alterum redire, secundum doctores in *dicta l. in rebus*, & facit quod habetur in *l. final. C. de codicillis, & in l. quod in haredem, § eligere, ff. de tributo*, & tenet *Bald. Nouel in dicto tract. 8 part. 25 speciali.* ¶ Ista iura difficultant totam istam materiam, & offuscant intellectum huius decretalis. Et propterea meritò *dom. Cardin.* in præsenti dicit hoc esse difficillimum, & hactenus non bene declaratum. doctores enim fuerunt varij. Ex quorum dictis possunt elici septem intellectus.

ADDITIO.

A ¶ Dantur plures actiones.] De pluribus actionum exercitio vno vel diuersis libellis, præter doctores in locis hic allegatis, vide *Iaf. & alios in l. fi idem cum eodem, de iurisd. om. iud.* & scribentes latè in *lege edicta, C. de edendo.* vbi habes optimam repetitionem *Purpurati, & Marian.* optimè in *cap. delicti, num. 35. & sequent. de libell. oblat.*

DOCT. IOANNES BARAHONA.

SVMMA RERVM.

1 *Papa omnia iura in scrinio pectoris sui videtur habere.*

§. V. PRIMVS fuit Tancredi & Vincentij, qui inhærendo iuribus prædictis, dicebant bene sententiarum à consulibus, vt ea eo, quòd iste Henricus vergebat ad inopiam, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura præstaret: quam quidem ipse non præstitit, & propterea non fuit assignata ei, sed deposita apud mercatorem.

¶ Periculosum mihi videtur iste intellectus, quia videntur ipsi velle, quòd Romanus Pontifex non recte decreuit. dicendo enim, quòd bene fuit sententiarum à consulibus, quorum sententia hic reprobatur per Papam, saltem ei non stator: per consequens videntur dicere, quòd decisio Romani Pontificis non fuit bona. quod non est dicendum. ¶ Sicut in simili dicit *Abb. in cap. Pisanis, colum. antepenultim. supra, de restitut. spol.* reputans temerarium intellectum quorundam ad illum textum, qui dixerunt Romanum Pontificem ibi sententiasse contra
1 ius. Cùm † Papa omnia iura in scrinio pectoris sui censeatur habere: vt in *cap. 2. de constitut. lib. 6. & Lemmum, C. de testam.* & hoc propter valentes viros, qui debeant sibi assistere. vt dicit *Abbas in capit. cum ex literis, de in integrum restitutione, in quinto notabi.* & sic non potest stare iste intellectus.

SVMMÆ RERVM.

1 *Mulier debet esse particeps infortunij & casus mariti.*
2 *Virum egentem alere tenetur vxor de dote, & num. 6.*
3 *Maritus est dominus dotis. & num. 6.*
4 *Paupertas viri an faciat locum repetitioni dotis.*
5 *Tutor suspectus removetur à tutela, quamuis satisdationem præstet.*
6 *Alienare non potest maritus bona dotalia.*

ET propterea alij aliter intelligunt hanc decretalem, & iste sit secundus intellectus. Dicunt enim, quòd si maritus solam habet inopiam, & non est aliter suspectus de dilapidatione, vt puta, quia vi fluminis vel hostium, possessiones suas perdidit, vel res amisit naufragio: tum mulier non potest conqueri de dote, quia † debet esse particeps infortunij, & casus mari- 1
ti: vt *dicta lege fi cum dotem, § si maritus.* Vnde dos soluenda est marito. & ita debet intelligi iste textus, quia satis potest ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus vxoris, vt dicit hic textus, & *in lege, hac lege, C. de pact. conuentu super dotem.* vbi textus dicit, bonum est mulierem, quæ se vitio committit, pari etiam res suas viri arbitrio gubernari. *glos. in cap. præcipimus, 12. quæstion. 1.* præsertim cùm † virum egentem vxor 2
de dote alere teneatur: vt dicit reatus *in lege nuptum, § manente ff. de iure dotium.* ¶ Et videtur hoc satis rationabile prima facie. quia † cùm maritus 3
sit dominus dotis, vt *lege duæ ancillam, C. de rei vendicatione.* iustum est cuilibet sua committi: vt *l. nemo, l. 2. C. de Iudeis.* ¶ Si autem vltra inopiam suspectus est maritus de dilapidatione, quia male vritur rebus suis, tunc non assignabitur dos marito, sed potius vxori. & ita dicunt intelligi iura deducta in ratione dobnandi. In hac sententia fuerunt *Laurentius & Bernardus in præsenti, & Hostiensis in summa tit. de dote post diuortium restituenda, in §. & quando competat. versicul. sed hoc tamen.* hos secutus fuit *dominus Cardinalis in præsenti, in sexta opposit.* qui omnes in effectu concludunt, quòd sola paupertas † viri non 4
facit locum repetitioni dotis, vt ipsa mulier possit repetere, sed mores viri, quia dilapidat bona. ¶ Et hanc intellectum videtur approbare *lex regni, 4. partit. titul. 11. l. 29.* Et ita, quoad propositum nostrum, dato quòd iste Henricus vergeret ad inopiam: quia tamen non erat aliter suspectus de dilapidatione, debuit audiri petens dotem, & cum effectu potuit consequi, vt hic fuit consecutus. ¶ Salua tamen pace tantorum patrum, non videtur hoc bene dictu: quamuis enim vxor corpus suum marito committat, non sequitur propterea, quòd etiam dotem committere debeat, quia non est tantum periculum consumptionis in corpore, propter paupertatem viri, sicut est consumptionis dotis. quia si subest periculum respectu corporis, potest fugere: & si postea eam repetat maritus, obstabit exceptio seueritatis, vt *cap. literarum, supr. de restitut. spo.* Vbi tamen maritus pauper est, non habet vxor dotem tutam, nec potest commodè sibi prouideri circa dotis conseruationem. Vnde licet maritus dicatur dominus vtilis dotis: vt *dicta lege, dote ancillam.* & propterea dos debeat sibi committi, debet intelligi, dummodo non sit suspectus, argum. *§. final. Instit. de suspect. tutor.* vbi dicitur, quòd † tutor 5
suspectus remouetur à tutela, quamuis satisdationem præstet. Maritus enim non dicitur 6 A
proprie dominus dotis, sed improprie: vt voluit

voluit gloss. in *l. rebus, C. de iur. dot. & in l. 3. §. sed vtrum ff. de minor.* quod patet ex eo, quia non po-
6 test † alienare bona dotalia, vt *Instit. quibus alie. licet vel non, in princip. & in cap. cùm contingat, sup. de iurejur.* ¶ Nec sequitur, quòd ex quo vxor teneatur alere virum egentem, propterea non possit dotem repetere, vel retinere, & debet illam periculo consumptionis exponere: præsertim quia vxor repetit, & retinet dotem, vt ex se, virum & familiam alat. vt dicitur in *dict. l. vbi adhuc, cum alijs, de quibus suprà.*

ADDITIO.

A ¶ Maritus enim non dicitur propriè dominus dotis.] Attende difficilem & nondum satis decisam quæstionem inter nostros, de qua vide *Zasium, lib. 2. intellect. cap. 5. Bald. Nouell. de dote, par. 8. priuileg. 8. & Campet. de pact. dotal. quæst. 7. Rimin. d. instit. quibus alien. licet, vel non. in princ. num. 310. cum seq. Chassan. in consuet. Burgund. rubric. 1. §. 4. num. 23. Mars. Man. singul. 609. Rota in nouis de iure patronat. decis. 10. Segur. de bon. lucrat. const. matrim. num. 51.* & latè pluribus citatis *Pinel. de bonis matern. l. 1. part. 3. num. 12. cum seq.* Ex quibus inferes ad quæstionem autoris, infr. §. 43.

Doct. Ioannes Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1 *Vir vergens ad inopiam, dos debet vxori restitui, nisi præstetur idonea cautio de ea saluanda.*
2 *Fideiussor potest dari in casu inopiæ.*

§. VII. ET sentiens fortassè istâ *dom. Anton.* in præsenti ponit alium & tertium intellectum, dicens quòd per istum textum limitantur iura prædicta, de quibus in ratione dubitandi, in
1 quantum dicunt, quòd viro † vergente ad inopiam, dos debet vxori restitui: quòd illud sit verum, nisi præstetur idonea cautio de ea saluanda, & si eam præstare non valet, præstet quam potest. & si adhuc per illud non esset bene cautum, attenta qualitate personæ, sequestranda esset, & vterque de fructibus alendus. Et ita vult *dom. Anton.* quòd si vxor petat dotem à marito vergente ad inopiam: offerendo marito idoneam cautionem de dote conseruanda, cuitabit restitutionem dotis per istum textum. Hoc idem voluit *Angelus*, & clarius *ibi Ludouicus Romanus in dicta lege, si constante. ff. solut. matrimonio* idem etiam tenuit *Bald. Nouellus in tractatu de dote, 6. par. in 21. priuil. in 5. limitat.* dicens, quòd licet mulier à principio non possit petere à marito sibi satisdari propter vergentiam ad inopiam, per text. in *l. 2. C. ne fideiuss. dotem.* Si tamen mulier peteret dotem sibi restitui propter talem vergentiam ad inopiam, secundum quod potest, vt habetur in iuribus, de quibus in ratione dubitandi: tunc potest vir, vt euitet talem restitutionem, offerre satisdationem, per istum textum quem ad hoc reputat singularem.

¶ Et sic ista satisdatio permittitur viro in eius fauorem, vt euitet restitutionem dotis quę est sibi magis damnosa & ignominiosa. Quo casu cessat ratio perfidiæ: immo hoc permittitur à iure, vt euitetur maior perfidia, secundum Abb. in præsenti. & ita debet intelligi, quod dixit *Bartol. in dicta lege si constante, §. quoties, ff.* A
solut. matrimon. dum vult, quòd † fideiussor po- 2
test dari in casu inopiæ per istum textum, non quando vxor à principio petit satisdari, sed quando petit dotem, & maritus sponte sua offert satisdationem: nam tunc ista satisdatio licet principaliter admittatur fauore viri, vt dictum est vt euitet dotis restitutionem: tamen etiam versatur hic fauor mulieris, in casu soluti matrimonij, si viri facultates non sufficerent.

¶ Subdit tamen *Baldus Nouellus, vbi suprà*, se credere, quòd si vir non inueniret fideiussorem, non deberet recurri ad iuratoriam cautionem: quia per eam non esset consultum indemnitati mulieris, & secundum ista ipse tenet intellectum prædictum ad istam decretalem. ¶ Sed contrarium tenet gloss. communiter approbata in *dicta lege vbi adhuc, C. de iure dot. & ibi Cyn. & Bal. 3. columna in fin. vers. sed statim quæritur.* Idem tenet *Bart. in dicta l. si constante, in 10. quæst. primæ partis*, & ibi approbat *Alexan. in 10. volumin.* Item tenet *Bartol. in dict. l. vbi adhuc. Ioann. Andr. in additionibus ad Spec. in tit. §. fin. in additione incipiente, idem nota.* & hoc sequitur *Campetus in suo tractatu de dote, 3. part. quæst. 29.* quia non est æquum mulierem se committere fragilitati cautionis, vt *l. 1. §. si pater, versic. item quæritur, & l. qui ita, §. 1. ff. ad Trebel.* & ista est communis opinio, & per consequens reprobatur iste intellectus.

ADDITIO.

¶ Quod dicit *Bartol. in l. si constante, §. quoties.*] A
Vltra eum ibi tu circa materiam fideiussoris dandi super dote, vide *autorem nostrum supra 5. notabili.* & alios doctores quos ad eum adiunxi.

Doct. Ioan. Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1 *Remedia plura si alternatiuè vel simpliciter concedantur actori, electio est actoris.*
2 *Cui damnus actionem, multo fortius exceptionem.*
3 *In legitima imputari ea debent filio id, quod perdit in ludo, vel meretricando consumpsit, & quod pater pro suis culpis & excessibus soluit.*

ET ob hoc forte *idem dominus Antonius* transit §. VIII.
ad alium intellectum, & erit quartus intellectus. & dicit, quòd remedium prædictorum iurium, de quibus in ratione dubitandi, & remedium huius decretalis locum habet. Itaque viro vergente ad inopiam, poterit vxor ab eo exigere dotem, vt voluerunt iura prædicta: vel poterit à marito petere, quòd præstet sibi cautionem idoneam de dote non peritura: quam si præstare non possit, deponatur dos apud mercato-

mercatorem, & siue vtatur muliet remedio dictarum legum, siue remedio huius decretalis,
A restitutio[a] vel retentio doris non est plena: quia vtroque casu vxor tenetur inde alere virum, & familiam; & hunc intellectum approbat *Alexan. in dict. l. si constante, 9. & 10 column. & Campetinus in dicto tractatu de dote, 3. 9 part. quæst. 30.* ¶ Et hunc intellectum videtur tenere *d. l. regni, 4. partit. titul. 11. l. 29.* & secundum hoc erit in optione mulieris, quod remedium velit intentare, an dictorum iurium, vel huius decretalis:
1 quia quando † actori conceduntur plura remedia alternatiuè, vel simpliciter, electio est actoris, vt *l. quod in heredem, §. eligere, ff. de tribut. act.* pulchrè *Bart. in l. cum proponas, C. de transact.* ¶ Salua tamen pace istorum patrum, iste intellectus, nec præcedens stare possunt, quia secùndum hoc iste text. qui loquitur in vxore excipiente contra maritum dotem petentem, extenderetur ad vxorem agentem, & dotem repetentem. & sic text. loquens in excepcone, extenderetur ad actionem. quod non est dicendum,
2 quia licet verum sit, quòd † cui damus actionem, multo fortius exceptionem, vt *dict. lege 1. §. quod autem, ff. de superfi. & l. etiam, ff. de compen. cum ff.* non tamen è conuerso. nam multa possumus iustè retinere, quæ non possumus petere, vt *l. 1. §. 1. ff. de ra. & extraordin. cognit.* Videmus enim, quòd contra obligarum naturaliter competit exceptio, vt *l. 3. §. pupillus, ff. de negot. gest. & l. id quod natur aliter, & l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* non tamen datur actio: vt *l. fideiussor, §. fideiussor. ff. de fideiuss.* tenet *gloss. fin. in l. rerum quidem amotarum ff. de re. amo. & in l. naturalis. ff. de act. & ob.* ¶ Et hinc est, quòd
B [b] si filiusfamilias viuo patre surripuit pecuniam patri, quam lusit, vel res patris dilapidauit, & consumpsit: deinde pater mortuus est, omnibus filijs æqualiter institutis, fratres dicunt, quòd iste qui pecuniam surripuit, tantum minus accipiat. Dicit *Bald.* quòd ex quo eo tempore, quo pecuniam surripuit, erat in patris potestate, & inde non fuit nata actio, sed obligatio naturalis, vt *l. serui & filii. ff. de furtu.* non subuenitur fratri ope actionis, sed ope exceptionis compensationis, si fortè alij percepissent fructus vltra quam deberent. Vnde si frater surripiens pecuniam agat, poterunt fratres compensationem opponere. Quod est bene notandum pro fratribus, vt sint cauti, cùm viderint, quòd frater suus pecuniam vel bona paterna consumpsit, vel dilapidauit; accipiant aliquid plus ex hæreditate paterna, quàm sibi pertineat. Nam tunc poterunt se iuuari per viam exceptionis. aliàs autem non dabitur sibi actio. Ita notanter dicit *Guilielmus in l. incerti, C. fam. hercis. & Bal. in l. filia etiam, 9 column. eod. tit.* & ibi etiam *Saly. penult. col. in 7. quæst. Petrus de Vbaldis in tractatu de seruitute, 8 part. quæst. 24.* quamuis aliter sentiat *Bald. in authent. ex testamento, circa finem, C. de collat. versic.*
3 *decimum sextum capitulum.* vbi dicit, quòd † imputatur in legitimam filio illud, quod perdidit in ludo, vel meretricando consumpsit, & quod pater pro suis culpis & excessibus soluit, vt ibi per eum, & in *authent. quod locum, in princip. versic. vltimò no. eod. tit. & ibi Bart. & alios. Ioan. de Plat. in §. sequens, Instit. de act. colum. fin.* Et sic ad propositum nostrum non videtur, quod iste text. qui dat facultatem vxori recipiendi contra maritum vergentem ad inopiam, si petat dotem, debeat extendi ad vxorem ex hac causa agentem. & hoc fuit de mente *Ang. de Perusio, in d. l. si constante, ff. solut. matrimon.* & ita isti duo intellectus dan per *dominum Antonium*, non videntur posse stare.

ADDITIONES.

¶ Restitutio vel retentio doris non est plena.] Vide scribentes *in l. si constante, in princip. ff. solut. matrim.* maximè *Bal. Raudl. num. 26. & Ioan. Crot. num. 12.* qui super ista quæstione diligenter contra Roman. & alios disputat pro nostri autoris sententia, quam communem dicunt, & circa eandem vide *Alexand. cons. 142. numer. 12. & 13. libr. 5. & Baptist. de sanct. Blas. de priuileg. dot. num. 40. & 41.* & quæ dicam inf. §. 18. ad fin. A

¶ Et hinc est quòd si filiusfamil. viuo patre.] Circa ista, lege *Alexand. in l. si cum dotem. §. si post solutum, num. 9. ff. solut. matrim. & Las. in authent. quod locum, C. de collat. & Anton. Gomez. l. 29. Tauri. num. 25. & ibid. Arias, num. 120.* B

Doct. Ioannes Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1 *Pactum per quod reuertitur ad propriam naturam dotis, valet.*
2 *Res de facili ad suam naturam reuertitur.*
3 *Pactum, quod maritus non teneatur tantam diligentiam præstare in rebus dotalibus, quantam præstare debet in suis, non valet.*
4 *Dos de sui natura debet constante matrimonio esse apud virum.*
5 *Prælati pactum, vel tacita renunciatio, potest præiudicare ecclesiæ, quando per hoc redditur ad sui commodum.*
6 *Filiusfamil. pacisci potest, vt de dote agat, cùm sui iuris esse cœperit.*
7 *Creditores si à principio putauerunt hæredem suspectum, & potuerunt eum in hæreditate morari, non possunt ex postfacto agere contra illum, tanquam suspectum.*
8 *Inquilinus, qui conduxit domum mansionis vnius, ita quod non poterat commodè morari, non potest agere contra dominum, vt sibi præstet cautionem damni infecti.*
9 *Molendinum in periculoso Tyberi conducens, quod postea fluminis impetu destructum est, tenetur ad pensionem.*
10 *Locator potest expellere conductorem ante tempus conditionis, nisi propter necessitatem, sua tempore locationis non immineb.*
11 *Mulier scienter contrahens matrimonium cum hæretico, perdit dotem.*
12 *Iudex si vult sententiam malam propter metum alienum tyranni, non excusatur, si à principio sciebat hoc posse euenire.*
13 *Vagabundum virum sequi non tenetur vxor: secus si tempore contractus matrimonij erat vagabundus.*
14 *De pauperiate conuenire potest quis eum, quem pauperem vt diuitem acceperat.*

Dico-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

15 *Dilapidare quis dicatur.*
16 *Debitor si tempore contractus coperat dilapidare, an possit vt suspectus capi.*
17 *Approbans mores alterius, non potest postea reprobare.*
18 *Accusare an possit maritus vxorem de adulterio nomine, si antea adulterium, quod commiserat sibi peperc-rit, & num. 22.*
19 *Venia delicti respicit praeterita delictum.*
20 *Legatus si delinquit in legatione, potest puniri.*
21 *Promissio de non offendendo, vel similis, non habet locum, vbi promissor de nouo offenditur.*
22 *Mandatum procuratorij simplicis videtur reuocari in praesumpta mente mandantis, si procurator mutat conditionem in peius.*
23 *Banniatur, qui habuit securitatem pro delicto antea commisso, si postea delinquat, videtur remissa securitas.*
24 *Gratia principis tenetur subreptitia, si ille, cui conceditur pro maleficio commisso, tantum, quod prius delinquerat.*
25 *Defensio nemini potest auferri.*

§. IX. ET propter ista forte *idem dom. Ant.* transit ad quintum intellectum, dicens; Si maritus à principio, cùm matrimonium contraxit, non erat pauper, & ex casu veniret ad inopiam, tunc potest mulier petere dotem: quia nihil potest ei imputari, ex quo à principio non erat pauper, & hoc modo intelligit iura, de quibus in ratione dubitandi. Si tamen à principio maritus A erat pauper, cum hoc casu sit quid imputerur mulieri: quis cum paupere contraxit, & contrahendo cum tali, committendo sibi corpus & bona, eius personam approbauit: non poterit petere dotem, sed assignabitur marito eo modo, quo hic exponit. ¶ Et ita debet intelligi iste text. secundum eum. & hunc intellectum ipse approbat, & videtur prima facie adaptari posse ad nostram decretalem, quæ videtur innuere, quòd iste Henricus à principio erat pauper, quod colligitur ex textu, dum dixit, quòd cùm magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro Henrico paupete, &c. & ita contrahendo cũ illo paupere, videtur approbare mores ipsius, & ideò non poterat postea pœnitere. ¶ Et quamuis *dom. Ant.* non dicat, reperio quòd multi egregij doctores, & valentissimi iuris vertices, tenuerunt istam opinionem. hanc tenuit *Collectarius in praesenti, Iacobus de Arenis, Petrus, Cynus, Baldus, Angelus, Ludouicus Rom. in d. l. si constante, ff. sol. matrim. Martinus de Fano, Cyn. & Bal. in dict. l. vbi adhuc, Oldrad. in authen. quod locum, C. de collat.* secundum quod ibi refert *Bal. 7. colum.* idem *Ioannes Andr. in addit. ad Specul. isto tit. §. fin. per si cùm maior.* ¶ Mouentur principaliter hoc 1
fundamento, quando per † pactum reuertitur ad propriam naturam dotis, valet pactum, & non dicitur conditio dotis fieri deterior: vt *l. si vnus, §. quod & in specie dotis ff. de pact.* Nam si mulier ab initio fuit pacta, quòd dos consistens in pecunia, restitueretur solut. matrim. incontinenti, & si non expectata dilatione legali, quæ hodie est annus: vt *l. vnica, §. cùm autem, C. de rei vxor. act.* & postea per pactum fuit contenta, quòd dos non redderetur incontinenti, sed posit aliquod tempos, licet per hoc pactum fieret conditio mulieris deterior in dote, tamen valet tale pactum: quia † res de facili redit ad 2
suam naturam, vt ibi dicitur. intellige tamen, dummodo talis dilatio postea non excedat dilationem legalem: aliàs tunc non valeret tale pactum, per id quod habetur in *l. de die, & l. Articulosus. ff. de pact. dot.* liert forte tunc non vitiaretur tale pactum vsque ad dilationem legalem, argum. *l. sanctimus, in princip. C. de donat.* ¶ Eodem modo non valeret † pactum factum 3
per vxorem, quòd maritus non teneatur præstare illam diligentiam in rebus dotalibus, quã præstat in suis: vt sentit glos. *in l. etiam, §. licet. ff. solut. matrim.* dum allegat *legem, Pomponium, ff. de pa. dot.* quia per hoc fieret conditio dotis deterior: vt *d. l. Articulosus. & l. licet, eod. tit.* intellige, quando fuit factum constante matrimonio, secus si solut. matrimon. & sic intellige text. in *l. contractus. ff. de reg. iur. & glos. in l. 1. §. si conuenerit, ff. depositi.* vbi culpa remitti potest. ita dicit *Ioannes Campetus, in suo tract. de dote, 2. part. quæst. 74.* Quando autem valeat pactum, per quod fit conditio dotis deterior, ad ptẽ iudicium mulieris, vel mariti, videas per *eundem in 4. part. q. 1. 2. 3. 4. & 5.* ¶ Et ex istis sequitur, quòd si mulier ab initio fuit pacta, quod vir teneatur non solùm de culpa leui, sed etiam de leuissima, & etiam de casu: & postea ipsa mulier remisit viro dictum pactum, ei renunciando, valeret tale pactum remissum, licet suæ dotis conditio deterior fieret: quia nõ fit deterior contra propriam naturam dotis, imò redit ad naturam dotis, quæ est, vt maritus non teneatur de culpa leuissima, nec de casu: vt habetur in *l. per in princip. & in fetum. §. 1. ff. sol. matr.* & firmat *Bald. Nouellus, in tractatu dotis, 7. part. 11. prin. in 7 limit.* ¶ Eodem modo videtur dicendum in casu nostro, quia natura † dotis est, quòd constante ma- 4
trimonio dos debeat esse apud virum. Ergo pactum vel renunciatio prædicta, quæ tacitè resultat ex contractu matrimonij scienter cum paupere, fouetur propria natura dotis, ergo valere debet. Quòd autem dos sit talis naturæ, apparet: quia talis consensus est ordinatus de mente iuris & partium contrahentium. ideò enim dos datur, vt apud virum constante matrimonio resideat: vt *l. 2. ff. solut. matrim. & l. pro oneribus, C. de iure dotium, & cap. salubriter, infr. de vsur.* & vt maritus sit dominus, quamdiu matrimonium durat, vt *l. dote ancillam, C. de rei vendi.* ¶ Ad confirmationem huius opinionis facit text. in *cap. 1. de pact. lib. 6.* vbi dicitur, quòd † pac- 5
tum vel tacita renunciatio præiudicare ecclesiæ, quando per hoc redit ad ius commune. ad hoc commendat *Abb.* illum textum in *cap. veniens, 8. colum. de præscript.* de quo facit festum *Franc. Aret. in rubr. ff. de verbor. oblig.* ¶ Facit etiam *cap. ab exordio, 35. dist.* & multa alia collecta per *Felin. in cap. cùm accessissent, 4. colum. supra, de constit.* quæ per te videas. ¶ Facit pro ista opinione textus singularis in *l. & heredi, §. filiafamilias,*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

familias ff. de pact. vbi litera dicit, Filiafamilias † paciſci poteſt, vt de dote agat, cum ſui iuris eſſe cœperit. Et ita eſt ibi text. quod mulier per pactum poteſt ſibi præiudicare circa exactionem dotis, ſaltem ad tempus. Cùm autem mulier contrahendo ſciceret à principio cum paupere, tacite videtur paciſci, quòd dos remaneat penes virum, & nõ poſſit eam ab initio petere, ergo valebit tale pactum tacitum. ¶ Ad idem text. ſingularis in *l. ſi u à quo, § fin. ff. vt in poſſeſſ. leg.* vbi ſi quis à principio malum fideiuſſorem accepit, non dabitur ei poſtea alius: imputari enim debet ſibi, ex quo à principio illum approbauit. ¶ Ad idem *l. ſi creditores, ff. de priuil. cred.* vbi ſi † creditores putauerunt à principio hæredẽ ſuſpectum, & paſſi fuerunt eum in hæreditate morari, non poſſunt ex poſtfacto agere contra illum tanquam ſuſpectum. ¶ Ad idem *l. qui bona, §. de illo. ff. de damn. infecto.* vbi inquilinus, qui conduxit † domum vitioſam, minantem minam, ita quòd ſecurè non poterat in ea morari, & habere res ſuas: non poterit agere contra dominum, vt præſtet ſibi cautionem damni infecti: imputet enim ſibi, quia à principio nõ prænidit. Hinc eſt, quòd qui conduxit † molendinum in periculoſo Tyberi, quod poſtea fluminis impetu eſt deſtructum, teneatur ad penſionem: vt per *Bald. in l. licet, quæſtio. 2. C. locati.* Item ſi ſciens rem alteri obligatam, illam emit, non poteſt agere contra venditorem, vt illam liberet. argum. *ff. de actis emp. l. 1. in fin. & C. de mic. l. ſi fundum.* ſecundum *Alber. in Lex prædys, C. in.* ſic limitantem illam legem. ¶ Ad idem *l. inter cauſas, § abeſſe, ff. matr.* vbi ſi fideiuſſor delegat debitorem, qui non erat ſoluendo, & ſcienter fuit receptus à creditore, liberatus erit fideiuſſor.

¶ Ad idem *c. propter ſterilitatem ſup. de locat.* vbi locator non poteſt expellere conductorem † ante tempus conductionis, niſi propter neceſſitatem, quæ tẽpore locationis nõ imminebat. Acõtrario ergo, ſi tempore locationis imminebat illa neceſſitas, non poterit iſtum expellere. Sic videbatur dicendum in caſu, de quo agitur. Ad hoc inducebat illum text. *Anch. & Ioan. de Imol. in princip.* ¶ Ad idem eſt bonus text. non ſolitus allegari ad hoc in *capitulo, decreuit, de hæreticis, libr. 6.* vbi mulier ſcicoter † contrahens matrimonium cum hæretico, perdit dotem. ¶ Confirmantur prædicta per illud, quod notanter dicit *Bald. in l. fin. in fi. C. de pœna in qui male iudica.* vbi dicit, quòd ſi † iudex mlit malã ſententiam propter metum alicuius tyranni, non excuſatur, ſi à principio ſciebat hoc poſſe euenire: quia tunc non debuit illud officium acceptare, ad quod poterat non accedere. argumẽtum *dict. l. qui bona, § defuncto cum aliis, de quibus ſuprà.*

¶ Ex his dicebat notat. *Bartol. in l. ait prætor. §. ſi debitorem, ff. de bis quæ in fraud. cred.* quod ſi quis facit contractum cum eo, qui à principio erat fugitiuus, non poteſt poſtea eum propria autoritate capere tanquam fugitiuum. idem tenet ipſe in *dict. l. ſi creditores, & in d. l. u à quo, § fin. in fine, & in l. quæſitum, ff. de pignor. & in l. ſi. C. de feriis, & in l. fin. C. de ſponſal.* & multi alii, de quibus per *Angel. & Iaſonem Inſtitut. de act. in princ. 19. columna.*

¶ Et hinc eſt, quod licet vxor non teneatur ſequi † virum vagabundum: a * vt dicit *gloſſ. in capit. 1. de cenſib. leproſo.* ſi b tamen tempore contractus matrimonii eſſet vagabundus, ſequi tenetur: quia tũc videtur approbare mores ſuos: vt eſt gloſſ. notat. in *cap. vnaquaque 13. quæſt. 2. & cap. ſi quis inexirabili 34. quæſt. 2.* & not. in *capit. de illa ſup. de ſponſa.* ita dicit *Abb. in dict. cap. 1. de coniugio leproſo. Ioann. de Imol. in rubr. ff. ſolut. matrim. §. columna.* qui ſecus dicit in marito carcerato, vel exulante, culpa ſua. quod tene meminit. vide *Bar. in l. Mania, ff. de annuis legatis. Cynum, Albericum, Bald. & alios, in l. 1. C. de vxoribus militum.* 13 A * B

¶ Bene facit ad hoc text. in *l. ſi arbitror, § fin. ff. qui ſatisda. cogant.* vbi non † poteſt de paupertate conueniri, quem pauperem vt diuitem acceptauit: niſi de nouo paupertas ſuperueniat. per quem text. dicebat *ibi Angel.* feciſſe relaxari à carceribus multos debitores captos, vt fugitiuos. Nam aſſeſſores ſequentes imperitos aduocatos, immediatè oſtenſo eis inſtrumento debiti, & præſtito iuramento de ſuſpicione & fuga, & conſueuerunt concedere familiam, & capi facere talem debitorem. Et male faciunt, ſecundum eum: nam debet c eis conſtare, quod tempore contracti debiti ille erat idoneus, & ſoluendo, & ſibi calamitas ſuperueneratinſignis, aut inopia magna, vt ibi. & hoc cauſa cognita ſaltem ſummarie debet ſibi conſtare: ſi enim eius conditio non eſt mutata, imputet ſibi: quia cum tali contraxit, & eius fidem fuit ſequutus, vt ibi. & ſi modica paupertas aut calamitas ſuperuenit, ſimiliter non ſuffiet ſecundum eum. Eodem modo, ſi poſt calamitatem diu tacuit: vt *d. l. ſi creditores. ff. de priuileg. credit.* Sic ergo cautus aduocatus actuos in faciendo fidẽ de debito per teſtes, vel inſtrumenta: & in narrando, quod tempore debiti contracti ille erat idoneus, & ſoluẽdo, & idoneus reputabatur, & quod ad notitiam ſui de nouo peruenit, quod eidem debitori inſignis calamitas aut inopia ſuperuenit, & ſuper his duos teſtes producat, & nihilominus delato ſibi iuramẽto, quod habet eũ ſuſpectũ & fugitiuum: & tunc index concedat licentiam capiendi, quouſque ſatisfecerit de indicio iſti. hæc *Angel. vbi ſuprà.* quem refert & ſequitur *ibi Paul. de Caſtr.* de quo videas *Franciſc. de Curte in repet. l. vnica, C. de prohibit. ſequeſtra. quæſtion. 9.* ¶ Ad prædicta adduci poteſt textus cum gloſſ. & quod ibi tradit *Bart. in l. ſi ſeruus. ff. de pignor. act.* vbi dicitur, quod ſi dominus cœpit facere ædificium in fundo ſuo, tempore quo erat diues: & propter caſum ſibi obuenientem, factus eſt pauper, ita quod non poſſet perficere: creditor, cui pignoratus eſt fundus, perficere non poteſt: quia debet intelligi rebus in eodem ſtatu manentibus: vt *leg. cum quis, & leg. ſi cum Cornelius, ff. de ſolut.* ſecundum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dum Bartol. quem sequitur Paul. de Cast. in d.l.si
15 seruos. ¶ Ad idem facit l.si pro ea.C.man. vbi ille † dicitur dilapidare, qui incipit postea dilapidare: & ille dicitur dissipare, qui taliter dissipat postea, quòd fideiussor eius meritò potest timere: alias secus. Vide si sua bona valebant decem milia, & male expendit mille: certe fideiussor non propterea agit, secundum Iac. Bu. ibi, quem refert & sequitus Bal. ibidem. ¶ Ex quo infert quòd si ante incepit dilapidare, siquidé taliter, quod deberet timere, sibi imputet fideiussor, vt ibi, & in iuribus prælegatis. Si autem antea dilapidat, sed non taliter, quod adhuc esset timor, tunc continuata dilapidatione, ad suspicionem per similes dat agendi causam, quia suspicio oritur de nouo: vt d.l.si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. co. quod Bald. dicit esse tenendum menti, de quo meminit Iason Insti. de act. inprin. 20 col. inferens ex hoc, quod si rempore con-
16 tractus † debitor cœperat dilapidare, non tamen tantum dilapidauerat, quin adhuc esset idoneus: postea cœpit adhuc fortius dilapidare, poterit vt suspectus capi, quasi mne de nouo oriatur ista suspicio. Secus si à principio taliter esset suspectus. hoc idem videtur sentire Angel. in l.si creditores. ff. de priuil. cred. idem erit, si debitor rempore debiti contracti non esset soluendo, & tamen dolo asserens se idoneum, induxit creditorem suum ad contrahendum secũ: quia isto casu poterit capi, etiam dato, quòd conditionem suam postea non deteriorauerit. arg. l. pen. ff. solut. matrim. ita videtur sentire Bartol. in l. alia, §. eleganter. in fin. ff. solut. matrim. quem sic intelligit & declarat Paul. de Cast. in l. etiam, §. licet, in fin. eod. tit. & sequitur Ias. vbi supr. & in l.si arbitro. 2. colum. ff. qui satisda. co. quod bene notabis. ¶ Ratio prædictorum potest esse, quia postquã
17 aliquis † approbauit mores alterius, non poterit postea reprobare: vt cap. horrendum 23. quæstion. 5. & d.l. fin. C. de sponsa. & cap. Quemadmodum sup. de iureiur. & ca. nulli inse de accus. concord. ibi allegat. in
D gloss. ¶ Ex 4 quo dicebat Sal. in l. quoniam Alexand.
18 in fin. C. de adult. quòd postquam † maritus pepercit vxori suæ adulterium, quod commisit, non poterit postea illam accusare de adulterio, quamuis nouum committat adulterium: quia per dictam reconciliationem visus est approbare mores illius. de quo est text. not. quem sic intelligit ibi Arch. in cap. de benedicto 32. quæst. 7. ibi: nullum ri duntaxat simile committenti periculum illaturus. Ad idem facit in l.si vxor, §. fin. ff. de adult. & gloss. fin. in l. castitati, C. eod. postquam enim venia delicti concessa est durè, non debet intelligi tacita condicio, nisi deliquerit: vt l. in commodato. §. ficut. ff. cõmod. l. quicquid astringendæ. ff. de ver. oblig. ¶ Contrarium tamen sentit gloss. 3. in cap. plerumque, suprà eod. & ibi not. Prepositus 3. col. in fin. ¶ Pro qua bene facit text. in d.c. quemadmodum sup. de iureiur. & 7 partit. tit. 17. l. 8. quod mihi verius videtur.

19 ¶ Quia † venia delicti, vel securitas præcedens delictum respicit non futurum: vt videtur casus not. in l. non aliter, §. 1. ff. de iudic. vbi dicitur, quòd licet legatus habeat securitatem de iure gentium: vt l. fin. ff. de leg. l. sanctum. ff. de rerum diu. & tradit Bart. in l. 1. in princip. ff. ad l. Iul. mai. & tamen † si delinquit in legatione, potest puniri: vt d. l. non aliter, §. 1. ¶ Ad idem facit in argum. text. in l. cum lex. ff. de leg. vbi dicitur, quòd cùm lex in præteritum indulget, in futurum vetat, dicit gloss. lex, id est, Imperator, qui est lex animata in terris: vt in authentic. de consulibus, in fin. collat. 4. Concordat l. vna, C. negociatores ne sui. lib. 12. & ibi not. Ioan. de Pla. Ad idem l. eu quidé, C. qui militare possunt. eod. lib. ad idem facit tex. & quod ibi not. in l. quæro, §. inter locatorem. ff. loca. & in l. qui seruum. de verb. oblig. & l. qui ergo, §. hæres de leg. 1. in quibus iuribus in effectu probatur, quòd † promissio de non offendendo, vel si-
21 milis, non habet locum, vbi promissor de nouo offenditur: vel vbi ille, cui fit promissio, potest offendi ex culpa suaxquia de nouo delinquit. Si ergo vxor post veniam adulterii aliud adulte-
22 rium † committit, poterit maritus illam accusare de nouo adultetio commisso. ¶ Imò, quod plus est, posset forsan arrentari, quod etiam potuisset illam accusare de primo adulterio: quoniam venia sibi concessa, vel securitas, seu gratia, habet in se hanc tacitam conditionem rebus in eodem stam permanentibus, scilicet, quod aliud adulterium non committat: alioquin gratia facta, vel securitas concessa, reuocata videtur respecto adulterii præcedentis, pro quo accusare poterat. argum. text. in l. cum quis & l.si cum Cornelium. ff. de solut. vbi mandatum † adiecti, vel procuratoris simplicis, videtur
23 reuocari ex præsumpta mente mandantis, si procurator mutat conditionem in peius. ergo eodem modo erit dicendum in casu nostro, quòd venia vxori concessa, videtur reuocata, quando vxor iterum fuit adulterata.

¶ Quod fere in terminis nostris tenet Ludou. in l. possideri, §. si seruus. ff. de acquir. poss. fin. columna. vbi dicit, quod si † bannitus, qui habuit securi-
24 tatem pro delicto antea commisso, delinquit post securitatem habitam, propter nouum delictum commissum, videtur reuocata securitas respectu delicti veteris, pro quo poterat impunè offendi, vel occidi. quod est valde notandum, secundum Francisc. Aret. ibi 6. colum. in princip. qui hoc firmat optima ratione: quia gratia principis non extenditur ad casum, de quo si verisimiliter cogitasset, non esset concessum: vt l. ex facto, in princip. ff. de vul. & pupil. ¶ Hinc est, quod in confirmatione, quam facit Papa de tyrannon, non intelligitur, quod perseueret in moribus tyrannicis, propter illum titulum: quia talis commissio Papæ non includit cõmina: vt ff. de cond. inde l. si procurator, & ff. de his quæ in fran. cred. l. si pater. ita notanter dicit Bartol. in tractatu de tyranno, column. 7. versic. decimo quero, in fin. refert & sequitur Felin. in cap. 1. sup. vt lite non contes. colum. 10. versic. per illam regulam. vbi aliqua similia cumulat, quæ videas. ¶ Facit text. in c. sug-

gestum,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

gressum, & in cap. nuper, supra de decim. qui etiam de nouo delinquit, quodammodo abutitur beneficio principis, & est odiosior. vnde non præsumitur, quòd si princeps hoc consideraſſet, fecisset ei gratiam. ¶ Facit optimè, quod singulariter tradit *Bald. in l. 3. C. de epiſc. audi.* vbi dicit, quod † gratia principis censetur subreptitia, si ille, cui conceditur pro maleficio commisso, B* racuit, quod prius rerum deliquerat: *b* quia non præsumitur, quòd princeps si sciuisset, fuisset gratiam concessurus, & hoc, quando princeps securitatem concessisset ex mera gratia: secus *f* si ex causa iusta. Nam tunc non reuocaretur propter nouum delictum: quia respectu causæ, propter quam fuit concessa, res dicitur eodem modo se habere ex quo ad hunc subest eadem causa, quæ fuit causa finalis concedendi securitatem. *lex 3. §. fin.* & quod ibi not. *Bartol. ff. de donat.* & *l. 1. §. sexum, cum ibi not ff. de poſtu.* quid enim si securitas fuit concessa bannito, vt posset se defendere? certe ex nouo delicto non potest videri reuocata, quia auferretur † defensio bannito, quam etiam princeps non potest auferre vt plene tradit *Bart. in l. cum mulier. ff. ſolut. mat. Bald. in d. l. quoniam Alexandr. C. de adulter.* vbi omnino est videndum, secundum *Franciſc. vbi supra.*

ADDITIONES.

A* ¶ Adde quis dicatur vagabundus, & vbi sortiatur forum, not. per *Mariannum Socin. in capit. fin. de ſo. compet. columna 20. poſt mediam*, & per totam sequent.

B* ¶ Adde, quod hoc etiam dicit pulchrum *Laſ. in l. nec damnoſa, C. de preſcri. Imperat. offer. columna 1.* vbi refert *Andream Siculum* dicentem, hoc iam fuisse practicatum Bononiæ: & fuisse quodam decapitatum: quia cum impetraret gratiam de secundo homicidio, de primo, quod commiserat, non fecit mentionem. quod est singul.

IOAN. BERNARDVS.

A ¶ Si tamen à principio maritus erat pauper.] Inter omnes scriptores *in l. ſi conſtante. ff. ſol. ma.* vide latè ac diligenter disputantes super ista quæstione, *Laſ. num. 170. & Ioan. Crot. num. 32. vtrumque cum multis seq. & Bald. in authent. quod locum, C. de collat. & Aut. Gome. l. 53. Taur. num. 33. & Caſtill. in l. 66. ibid. numer. 45.* & vide *autorem infra §. 23.*

B ¶ Si tamen tempore contractus matrimonii.] Adde *Guiller. Benedict. in cap. Raynutius, verſic. eaidam Petro tradiderunt, num. 89. de teſt. Tiraq. de iure marit. in connubial. l. 1. numero 39. Auſtrerium deciſion. Tholoſ. 86. Corſet. in ſingul. verſicul. Vagabundum.* Et ex nostris *Couarr. de ſponſal. part. 2. cap. 7. in princip. numero 5. & Bernard. Diaz in ſallent. regul. vltim.* & complures allegantem ad hoc *Didac. Perez. in l. 29. tit. 11. libr. 4. Ordin. columna 1569. cum sequent.*

C ¶ Debet eis constare quòd tempore contracti debiti.] Circa theoricam & praxim huius conclusionis vide *Ioann. Baptiſt. Cacialup. in ſuo tract. de debit. ſuſpect. & fugit.* maximè in *quæſt. 6.* vbi nominatim loquitur de quæstione præsenti. Addeque plures relatos per *Duen. regul. 175. & Hippol. de Marſil. ſingul. 282. & Tauriſtas in l. 66. Tauri, Ripam in cap. 1. de iudic. num. 88. & Suarez in §. ſed attende, num. 31. in repetit.* quam fecit ad text. *l. 2. titul.* [*de los emplaçamientos.*] *lib. 2. fori. & Aut. Gomez. de lucat. num. 6. & de qualitatibus contract. num. fin.* per quos dicuntur alia multa, allegantur que alii quorum lectione hunc locum ornabis. & adiunge singularem casum de iudice, cuius fideiussores tempore syndicatus petunt, vt capiatur, vel liberet eos ab obligatione fideiussionis cum nihil noui superuenerit his, quæ tempore fideiussionis aderant, vel verosimiliter spectabantur. de quo per *Aniles in capitulis ſyndicatus, 4. 3. num. 22.* Addeque hoc quæ dicit *Duenas reg. 42. limit. 9.*

¶ Ex quo dicebat Sal. *in l. quoniam Alexandrum.*] Adde *Couar. ſuper quarto de ſponſ. part. 2. c. 7. §. 6. num. 7. & Iacob. de Villalpando.* qui huius quæstionis examen ex professo suscepit in repetitione, quam fecit ad text. *l. 22. tit. 1. p. 7. in §. 23. per tot.* D

¶ Facit optime quod singulariter tradit Bal.] super ista doctrina habes text. *in l. 2. titul. 11. l. 1. Ordin. quæ est bodie in l. 2. titul. 25. libr. 8. in volum. nouo, & vide autorem supra, quarto notabil. numer. 11.* quinimo exacta veritas facti ipsius omniumque qualitatum requiritur ne rescripti vires corrumpat; de qua re plores adiungam infra d. numero 11. E

¶ Secus si rex insta causa.] Adde *Iacob. de Villalpando ſuper repetitione, text. l. 22. tit. 1. parte 7. in §. 8. limitatione 2. ad fin.* non autem intelliges iustam causam, quæ mouit ad dispensandum, puta, si propter facinus aliquod egregium, vel peritiam artis, vel magnum festum, dispensatione liberatus est delinquens à primo homicidio, nihilominus enim grauaretur secundum. Nam idem esset si prioris delicti pœnas fuisset passus: sed iustam accipe causam, quæ ex delicto, fecit, non delictum, vt si propter tutamen occidit, vel necessitate furtum fecit, de quo subtiliter *Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 1. n. 7.* & ita loqui videntur *author noſter & Villalpand.* F

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Indulgentia, quæ emanant à ſede Apoſtolica, pro remiſſione peccatorum intelleguntur de peccatis commiſſis.*
2. *Pluries indens, an pluries incidat in pœnam ſtatuti.*
3. *Delinquens ſub ſpe veniæ, non excuſatur, propter caſum ſuperuenientem.*
4. *Ceſſionis beneficio gaudere non debet, qui ſub ſpe cedendi bonis debita contrahit, nec ille qui in fraudem creditorum bona diſſipauit.*
5. *Per baptiſmum non conſequitur quis remiſſionem peccatorum, quæ ſub ſpe ante baptiſmum commiſit.*
6. *Immunitate gaudere non debet, qui deliquit in eccleſia ſub ſpe immunitatis.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§. X. EX quibus forsan poterit inferri, quòd † indulgentiæ, quæ emanant à sede apostolica, pro remissione peccatorum, intelligantur de peccatis commissis, non autem de committendis. glossi. in *cap. soli æstimare 23. quæst. 1. & Ludou. in l. 3. §. si quis seruum ff. de acquir. poss. & Moder. in tractatu malefic. in parte, famos publica, vers. 5. quæritur.* & quæ plenissimè dico in tractatu indulgentiarum. ¶ Quamuis in contrarium vrgeat decisio not. *do. Cardin. in cap. cum haberet sup. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* quem refert & sequitur *ibi Præpositus Alexandrinus 3. volumn. versicul. & idem infert.* vbi dicit, quod si quis tenebat concubinam, & per constitutiones synodales erat excommunicatus, propter hoc impetrauit literas, vt absolueretur: postea nihilominus perseuerauit, tenendo concubinam: poterit absolui à tali excommunicatione, etiam pro tempore, quo postea habuit concubinam: quia excommunicatione non inducitur nouum delictum. ¶ Ex quo dicit *Alexandrinus*, se in facto consuluisse, in quodam domino, qui son castello imposuerat vectigal, sine permisso superioris domini: & sic illicitum: per quod inciderat in excommunicationem papalem, quam Papa profert contra tales in die Ioannis Cœnæ: postea impetrauit literas absolutoonis, & post illas impetratas, tandem exegit illud vectigal, donec peruenisset ad actum absolutoonis: quod etiam pro illo tempore potuit absolui, vigore illarum literarum, quia videbatur vnum delictum, secundum eũ. Ad cuius confirmationem facit bonus text. in *l. si quis filio exheredato, §. irritum ff. de iniu. testa.* vbi si permittitur alicui inhabili facere testamẽtum, ipse verò testamentum antea fecerat, & voluit id valtae: fecisse id credidit: idem si nihil dixit: quia testamentum ante factum validum est, & ita facultas testandi respicit testamentum iam factum, nisi dicas, quòd testamẽtum illud sumit vires ex voluntate expressa vel tacita testatoris superuenientes, post facultatẽ, vt ex nunc, non vt ex tunc: vt colligitur ex d. §. ex quo infertur, quòd si quis non valens facere maioratum, sine licentia principis, prius fecit maioratum, postea impetrauit licentiam: valebit ille maioratus, vt ex nunc non autem vt ex tunc. quod est notandum. Cogitabis: & vide quæ plenius scripsi in tractatu maioratus.

A

B ad quod facit quod volunt *b Bart. in l. inficiando, §. infans, in ver. pro huiusmodi declaratione. ff. de fur. & in l. Pomponius in gestis ff. de negot. gest.* quem sequitur ibi *Bald. & alij, & Moderni in tractatu malefic. in parte, Metuori de Maledat. 14. volumn. versic. quæro si statutum.* in illa quæstione, an ille,

2 † qui pluries ludit, pluries incidat in pœnam statuti. Sed caue: quia illi se fundant in eo, quod non videtur aliud nouum delictum commisisse. Sed in casu nostro nouum committit peccatum, ad quod forsan indulgentia non extenditur. Fateor tamen, quod si præparans se ad indulgentiam, quæ conceditur certo tempore, & loco, dum sumit iter, cõmittit peccatum mortale, & statim doleat: tamen cooseguitur indulgentiam. Idem forte de eo qui habet indultum, vt possit absolui in articulo mortis plenariè: dummodo per annum ieiunet: quia si in illo anno committat mortale, poterit absolui, ita dicit *Archiepiscopus Florentinus 1. parte, titul. 10. §. 5. ad fin.* dicens, quòd aliud est dicendum de eo tempore & loco, quo conceditur indulgentia: & aliud de tempore, quo itur vel disponitur ad indulgentiam: nam de tempore, quo consecuturus est indulgentiam, vtique oportet quòd sit contritus, & per consequens quòd sit sine mortali: aliàs non prodesset. Item cum est in articulo mortis, quando fit ei talis absolutio, vel concessio, seu eo tempore quo visitat ecclesiam, vbi data est indolgẽtia. Sed tempore quo pergit ad vrbem, vbi sunt ecclesiæ, vel tempore quo dat eleemosynas, vel facit ieiunium per annum, secundum formam indulgentiarum, in articulo mortis: non videtur necessarium, quòd illa faciat extra mortale: quamuis vtique tutius & melius foret etiam tunc esse sine mortali, secundum ipsum: pro quo adde *Francisc. de Mayronis*, idem tenentem, *in 4. dist. 20. & Astensem in sua summa, lib. 5. titul. 39.* secundum *Felin. in sermone, Hodie mecum eris in paradiso, colum. 2. versic. viterius scias.* & tene meum. ¶ Intellige prædicta, nisi forsan qui habet indulgentiam, vel illam sperat habere, sub spe illius indulgentiæ peccaret: nam tunc non posset vigore illius indulgẽtiæ absolui ab illis peccatis taliter commissis, Moneor ad hoc per text. sin. in *l. 1. §. hæc autem actio ff. si quis testa. lib. inf. esse fu.* ibi, sed natura æquum est, non esse impunitum eum, qui hac spe audaciot factus est. Quod est not. secũdum *Bartol. ibi*, contra præfectum vrbis Romæ, qui coronat Imperatorem. nam de consuetudine Imperator tunc satisfacit omnibus creditoribus suis, & eum à debitis liberat: & ipse præfectus, quando sentit aduenum principis, audaciot factus, contrahit multa debita, propter spẽ liberatoonis fiendæ à principe: vt ab istis debitis non debeat liberari. ¶ Item facit ille text. contra eos, qui sectantur pacem promulgandam de proximo: & propter hoc festinant ad delinquẽdum, propter spem immunitatis, secundum *Bart. vbi supra* quem refert & sequitur *ibi Angel.* bene facit text. *in l. fluminum, §. item apud, & §. furum ff. de dam. inf. & in l. in quoque ff. de act. & ob. & in l. in rebus, §. quod autem ff. commo.* vbi probatur, quod quando quis † deliquit sub spe veniæ, quia tunc videtur culpa casum præcedere, non excusatur delinquens propter casum superuenientem. ita tenet *Dyn. in regul. peccatum, in fin. de reg. iur.* de quo meminit *Ang. in l. si rei bonis, ff. qui bon. cede. po.* dicens per hoc, quòd non gaudet beneficio † cessionis, qui sub spe cedendi bonis, debita contrahit: nec ille qui in fraudem creditorũ bona dissipauit: vt *l. si in fi. ff. de bis quæ in fraud. cre.* & non est alibi, secũdum eum: quem tetulit *Felin. in c. fin. vltim. col. supra de testi.* vbi comulae

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mulat alia similia, quæ videas per te. Adidem facit *l. cum ita legatum, §. 1 de leg. 2. & l. nomen debitoris, de leg. 3.* & vide *Bartol. in l. contra ff. de legib.* ad idem bonus text. in *capit. quando quis, de consec.* 5 *di. 4.* vbi per baptismum non consequitur † quis remissionem peccatorum, quæ sub spe ante baptismum commisit. Ad idem *cap. fin. de immun.* C 6 *eccles.* vbi qui † delinquit * in ecclesia spe immunitatis ratione ecclesiæ, non gaudet immunitate. dixi in *rub. de panit. & remiss. column. 447.* vbi etiam retigi de illo, qui sub spe veniæ delinquit, post *Abb. in cap. illud, de clericis excomm. mi.* ¶ Eodem modo videmr dicendum in casu nostro, quod ex quo vxor scientet contraxit matrimonium cum paupere à principio: cum ex hoc videtur approbare mores illius, non poterit postea illos reprobare, & sic ab eo petere dotem quamuis ad inopiam vergat. Ex quo dicebat not. *Paul. de Cast. cons. 392. incipit, viso libello. in 3. column.* quod si bona mariti sunt in loco periculoso, puta in mari, præsumitur, quod efficitur non soluendo. vt sentit *glos. 1. quæ incipit dixit quando, circa medium*, ibi: sed quomodo, &c. clarius *Bartol. in d. l. 2. ff. solut. matr.* de quo infrà, §. 18. vers. hinc est etiam illud debet intelligi quãdo post cõtractum matrimonium incipit mercari per mare, aut si prius hoc ignorabat vxor: Secus si ante matrimonium contractum sic faciebat ea sciẽte: quod præsumimr, ex quo cum ea contrahebat: vt *ff. de reg. iur. l. qui cum alio.* cum ibi not. vnde sciebat, vel scire poterat hoc coenire posse, & sic ei non prouidemr remedio huius decretalis, & prædictorum iurium per ea quæ dicta sunt. Et sic in effectu videtur *do. Paul.* approbare hunc intellectum Homini Ant. & aliorum, de quibus suprà.

ADDITIONES.

A ¶ Ex quo infertur.] Attende ad *l. 42. Tauri*, quam hodie habes *l. 3. tit. 7. lib. 5. in vol. nouo.* vbi contrarium disponitur, & præter Tauristas ibi fat multa dicentes, tu his authoris traditionibus in præsenti, adiunge quæstionem *Ias. cum scripta sint, in l. quoniam, numer. 127. cum sequent. de fluminibus.*

B ¶ Quod voluit Bart. l. inficiando. §. infans.] Adde *Auilez c. 25. glo. 1. ad fi. Placam. de delictis f. 1. n. 18. & seq.* & examine allegationeque multorum *Couar. l. 2. resol. 5. 10. n. 8.*

C ¶ Qui delinquit in ecclesia sub spe immunitatis.] Vide *l. fi. tit. 5. l. 1. Fori*, quam habes hodie *in l. 3. tit. 2. lib. 1. in volum. nouo, & Anferium decisio. Tholos. 422. Nauar. in suo Manuali, c. 25. numer. 20.* ac doctè copioseque multa dicentem *Couarr. lib. 2. resol. c. fin. n. 15.*

D. IOANNES BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Res viri sunt obligata pro dote, nec potest mulier pacisci in contrarium.*
2. *Mariteo fi dedit fideiussorem vxori pro dote conseruãda.* Palacios Rub.

da. & restituenda in casu restitutionis dotis, nihilominus bona mariti etiam restitutioni subiecta remanent obligata pro dote.

3. *Si litigans coram eo, quem non poterat sua voluntate eo iudicem facere, possum de nullitate experiri, licet à principio non excepcrim.*
4. *Communicans cum excommunicato, ab eo communicato, potest contra eum excipere de excommunicatione.*
5. *Testes contra se produci permittens, nihil protestando, vel excipiendo, an intelligatur consentire.*
6. *Transactio super beneficio ecclesiastico, sine consensu superioris, nullius est momenti.*
7. *Testamentum inofficiosum approbare videtur qui, per receptionem legati.*
8. *Legatus non potest committere causam cum clausula, appellatione remota, etiam de consensu partium.*
9. *Consensus priuatorum non potest facere iudicem eum, qui nullo iurisdictioni pr aest.*
10. *Rescriptum impetratum ab excommunicato super alio, quam excommunicationis, vel appellationis articulo, est ipso iure nullum, etiamsi de consensu partium fuerit impetratum.*
11. *Emologare siue approbare arbitrium nullum, non possunt partes, quando vitium nullitatis non dependet à consensu partium.*
12. *Mulier super dote non habet liberum facultatem.*

SEd quamuis iste intellectus per tantos iuris patres confirmatus existat: mihi tamen videtur de iure sustineri non posse: imò, quòd licet mulier à principio scieotet contraxerit matrimonium com paupere, nihilominus possit exigere dotem à viro. Et hoc ratione incommunicabili, meo indicio, oulier non potest aliquid facere, per quod deterior fiat conditio dotis: vt *l. de die, cum tribus sequent. ff. de pac. do.* Et inde est, quòd cùm mulier dat dotem, oon potest pacisci, quod † res viri oon sint obligatæ pro dote: vt tradidit *Baldus in l. etiam, C. ad Vellcian.* & sequitur *Alexand. in l. vbi ita donatur, ff. de donat. causa mor. in apostil.* ergo multo fortius non poterit doti præiudicare, per tacitum pactum, quod videtur resultare ex eo, quod dotem dedit, vel promisit mariro pauperi. Ad quod bene facit quod * voluit *Ludouic. Ro. in singul. 252. incipit, ego habui casum.* vbi dicit quod etiam si maritus dederit † fideiussorem vxori pro dote conseruãnda, & restituenda, in casu restitutionis dotis: nihilominus bona mariti, etiam restitutioni subiecta, remanent obligata pro dote: & ita per dationem fideiussoris non tollitur beneficium *authentit res quæ, C. communia de leg.* quia facto mulieris recipicntis fideiussorem non potuit fieri deterior conditio in dote: vt in prædictis iuribus. Hoc idem tenuit *Paul. de Castro. consilio 13. incipient. quia supra scriptum. in fin.* & latius per *eundem consilio 130. incipient. circa ea quæ superius, penultim. columna, versicul. hic non obstantibus.* de quo dixi suprà, in rub. de princip. column. 47. vers. ex hoc secundo. Facit etiam quod consuluit *idem Paul. consil. 131. & 235. incipient. licet ista domina. in 2. column. versicul. sed videndum est.* vbi concludit, quod si pater, vel frater, qui tenebatur filiam vel sororem dotare, aliquid ei legauit nomine dotis, prohibens ne possit plus petere: quamuis illa acceptasset

§. XL

A

2

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

legatum, non propterea perdidit ius petendi ſe dotari, ſeu ſupplementum dotis, etiam ſi ipſa daret patri, vel fratri, vel comm hæredibus, generalem quitationem. vt ibi ſingulariter per eum. quod teneas ſemper cordi, quia quotidianum & vtile. An autem valeat pactum reciprocum inter filias, cum maritorum conſenſu, ſuper dote, tetigi ſuprà, in rubric. §. 5. poſt principium, verſicul. ex quibus omnibus. Item ſi teneamus hunc intellectum, præſtaretur impedimentorum nuptiis: nam pauper nunquam inueniret vxorem cum dote, eo quòd mulieres viderent ſe auxilio dictarum legum deſtimtas. Vnde contraria ſententia eſt tenenda, veluti nuptiis fauorabilis: vt *l. hoc modo, ff. de condict. & demonſtrat. & l. adigere, §. ſi patronus, ff. de iure patron. Bart. in d. l. ſi conſtante ff. ſoluto matrim. 5. colum. verſicul. 6. quæro.* per iſtum text. & in *d. l. ſi in à quo. §. fin. vt in poſſ. legat. & in d. l. qui bona, §. de illo, ff. de damn. infect. Bald. in authent. quod locum 7. queſt. C. de collatione.* tenuerunt *Anchar. & Imol. in d. capit. propter ſterilitatem, in princip. ſuprà de locato, & do. Abb. in præſenti, in fin. verbi, & Ioann. Campetius in ſuo tractatu de dote 3. part. queſt. 25. & Bald. Nouellus in tractatu de dote 7. parte in 16. priuilegio.* Ipſe tamen reliquit cogitandum: quia ſecundum hoc vxor propter vergentiam ad inopiam viri poſſet ab eo petere fideiuſſores de dote conſeruãda, & reſtituenda: quamuis à principio vir eſſet inops, & non ſuſpicodo, & eſſet ſecundum eum magna reſtrictio *ad totum titulum C. ne fideiuſſor. do. dan.* maximè cum etiam tunc oõ eſſet ratio perfidiæ, ſuper qua ſe fundat illa prohibitio, & quæ monit legiſlatorem ad prohibendum fideiuſſores dari pro dote conſeruanda, vel reſtituenda. Vnde fatetur ipſe, quod bene poterit petere dotem, propter vergentiam patris ad inopiam, per iura deducta in ratione dubitandi: non tamen poterit petere fideiuſſores ſibi præſtari, ſecundum eum ibi, & latius in *ſexta p. 21. priuilegio in 15. limitatione.* & dixi ſuprà in iſto intellectu, in princip. Vide in effectu ipſe tenet opinionẽ *Bald. in d. authen. quod locum.* ¶ Quæ vltra ipſum confirmari poterit optima ratione.

B Certum eſt enim, quòd vbi *b* confirmatio ſeu habilitatio non dependet à voluntate approbantis, ſeu habilitantis, non obſtante communione ſeu tacita approbatione, poteſt pœnitere, & contra illud inſtare, faltem per viam exceptionis. iſta eſt not. theorica *de. Abb. in capit. 2. de except. in 2. columna.* eſt bonus text. ad hoc *in c. dilecto, de prebend. & in capit noſti. de elect.* & facit quod not *Ioan. And. in regula ſcienti, de re iur. li. 6. in Mercuriálibus, & glo. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport.*

4 quæ dicit, quòd ſi † litigani coram eo, quem mea voluntate non poteram iudicem facere: poſſum de nullitate experiri, licet à principio non exceperim. Et iſta eſt ratio, propter quam com-

3 municans † excommunicato ab eo connentus, poteſt contra eum excipere de excommunicatione: quia communicando cum excommunicato, non poteſt eum habilitare ad iudicia, quia non dependet à voluntate communicantis. vnde merito poteſt contra eum excipere de excommunicatione. Hinc eſt, quod licet permittens † contra ſe produci teſtes, nihil 5
proteſtando, vel excipiendo, intelligitur conſentire in his, quæ per eius conſenſum tolli poſſunt, vt in exceptione inimicitiæ, vel domeſticitatis: ſecus in his, quæ non ſunt introducta fauore recentis, ſed odio ipſius teſtis: vt in exceptione excommunicationis, vel banni. Ita not. dicit *Bald. in l. ſi quis teſtibus, fin. col. ver. dubitatur hic, C. de teſtib.* refert & ſequitur *Felin. in ca. cum ſit oporteat, de accuſ. 3. columna. ver. modo aduerte.* ¶ Ad idem facit text. notat. *in capit. conſtitutus, de tranſact.* vbi † tranſactio ſuper beneficio eccle- 6
ſiaſtico ſine ſuperioris cõſenſu, nullius eſt momenti. & propterea non officit paciſcenti, nec liti finem imponit, nec per mutuum conſenſum recipit firmitatem, & huic nullitati renunciari non poteſt, quia eſt inuitis partibus introducta *ff. de ritu nupt. l. à Diu.* & ibi not. ſecundum *Bald. vbi ſuprà.* ¶ Ad idem facit pulcher text. in ratione ſui, in *l. poſt legatum, in princip. ff. de his quæ vt indi.* & quod ibi not. *Bart.* quem rogo videas, vbi per receptionem † legati videtur quis ap- 7
probare teſtamentum inofficioſum, quia hoc dependet à ſua facultate, vel poteſtate recedere à querela. non tamen videtur approbare teſtamentum falſum, quia hoc non poteſt etiam expreſſe, vt ibi dicitur. ¶ Ad idem facit in ſimili, quod voluit *Rota, ſit. de iudicijs 6. in antiquioribus.* vbi dicit, quod † legatus non poteſt commit- 8
tere tanſam cum clauſula, appellat. remo. etiam de conſenſu partium. propter gloſſ. in *cap. fin. de hæreti. lib. 6.* quod dictum refert & ſequitur *Felin. in cap. 1. col. 2. de reſcript.* quia hoc non dependet à facultate vel poteſtate partium, ſed ſolius principis: vt traditur in plurimis locis de quibus ibi per *eundem 1. colum.* ¶ Ad idem facit text. in *l. priuatorum conſenſu, C. de iur. omn. in.* vbi dicitur, quod † priuatorum conſenſus eum in- 9
dicem facere non poteſt, qui nulli iuriſdictioni præeſt: quia non dependet ab eorum poteſtate. ¶ Ad idem facit notab. dictum *Ioann. Andr. in additio. ad Specul. titul. de reſcripti præſentatione, §. ratione autem impetrantis, pen. col.* & refert & ſequitur *Anton. in cap. ſæpenumero, fin. colum. ſuprà de reſcript. & Felin. in cap. fin. 2. colum. ſuprà de except.* vbi dicit, quòd reſcriptum † impetratum ab ex- 10
communicato ſuper alio, quàm excommunicationis, vel appellationis articulo, eſt ipſo iure nullum, etiamſi de conſenſu partium fuerit impetratum. & eſt magna extenſio ad dictum cap. 1. quod ideo eſt, quia iſta approbatio excõmunicati non dependet à facultate, vel voluntate partium: vt in expreſſo dixit not. *Abb. in ca. exceptionem, in fin. ſuprà de except.* licet ipſe non dicat. idem tenuit *ibi Cardin.* ſecundum quod refert & ſequitur *ibi Felin. in fin.* dicens, poſt eos, quòd adeò excommunicatus non poteſt vt actor eſſe in iudicio: vt *ca. intelleximus ſuprà, de iudic. & capit. cum inter, ſuprà de except. cum concord.*

quòd

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quòd non potest reuocare, quòd in iudicio admittatur, quia non dependet ab eius voluntate. ¶ Ad idem facit, quod not. voluit *Abb. in cap. examinata supra de confirm. vtil. vel inutil.* vbi dicit,
11 quòd licet † partes non possint approbare, vel emologare arbitrium nullum, vt ibi > vt tenet *Bald. in capit. 1. §. sententia quoque, in princip. de pace Constant. lib. feud.* hoc verum, quando vitium nullitatis non dependet à consensu partium,
C sed < vbi concinet merum fauorem earum, approbando scienter, teneotur ad obseruantiam
D laudi: per *l. 2. & C. communia vtriusque iud.* de quo dictum facit festum *Marianus, consil. 62. incipiente, monasterium.* vt refert *Felin. in cap. cum dilecta, de rescript. 24. column. versic. amplia octauo, & in cap. significasti, de fo. compet. 4. column. versicul. 2. declara.* vbi pulchrè apostillat dictam l. 2. videas per te. facit ad idem quod in simili vult *gloss. & Abb. in c. cum olim insta, de offic. & in c. fin. §. 1. 2. not. eod. tit. & Ant. de Burgos, in c. cum dilecti, de empt. & vendit. column. 9. & 10.*

¶ Sic ergo videtur dicendum in casu nostro,
12 quod cum mulier super dote † non habeat liberam facultatem, quia expedit reipublicę dotem mulieribus conseruari: vt *d. l. 1. ff. solut. matr.* nec potest illam alienare, nec alienationi consentire: vt *cap. cum contingat supr. de iureiur. & Inst. quib. alien. lic. in princip.* nec potest facere pactũ, per quod fiat deterior conditio dotis: vt *l. Attilicinus ff. de pact. do.* vbi *Bartol.* admirams est de illa l. de qua late & sing. per *Ioann. de Imol. & Alex. in l. si socer. §. Lucius, ff. solut. matrim.* Ergo per consequens tacitus consensus mulieris resultans ex illa tacita approbatione in præiudicium dotis: quia cum inope scienter à principio contraxit: non habet sibi nocere, quo minus pœniteat, & dotem suam repetat, vel retineat, si nondum tradiderit.

Additiones.

A ¶ Quod voluit Ludouic. Romanus singul. 252.] Adde *Curtium in anth. res quæ, C. communia, de leg. & ibi Iaf. num. 32. ampliat. 15. & Ant. de Menes. num. 49. & authorem nostrum supr. in rubr. §. 14. nu. 2. & sequent.*

B ¶ Vbi confirmatio seu habilitatio non pendet à voluntate probantis.] Adde *Felinum in ca. 2. de except. & ibi Decium in num. 5.* & post multa quæ dicuntur per doctor. in *l. nemo potest, de leg. 1.* vide *Bart. Iaf. atque alios in l. iusiurandum, §. procurator, de iureiur. and. & Matheslan. l. filios, num. 2. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. & Felin. in cap. tertio loco, num. 6. de præsumpt. & in capit. later. numero 1. de re iudic. & Alexand. libro 1. consil. 59. ad fin. & Vancium, de nullitat. titul. quis poss. dicere de nullitat. numero 2.* ex quibus habebis quando mrpirodinem nostram allegare, & facta nostra improbare liceat.

C ¶ Sed quando continet merum fauorem earum.] Adde *Tiraquel. in l. si vnquam, verf. reuertatur, num. 323. cum præced. & sequent. C. de reuoc. donat.* & late scripta per *Minchac. de succes. progress. p. 1. l. 1. §. 4. num. 19.*

¶ L. 2. C. communia de leg.] Adde *Decium, in* D
cap. examinata, numero 3. de confirmat. vtil. vel inutil. & prodigiosa quadam allegatione *Didac. Perez. l. 1. titul. 7. libro 3. Ordinam. versicul. dubitari, & Felin. capit. cum ex officij, numero 34. de præscript. & capit. significasti, numer. 7. de for. comp. & Mesiam in l. Tolet. part. 1. fundament. 6.* & rursus *fundamento 10. numero 50.*

D. Ioan. Barabona.

Summæ rerum.

1. *Dos restitui debet mulieri soluto matrimonio, vel eo constante, si vir ad inopiam vergat.*
2. *Pactum, per quod conditio dotis fit deterior, an, & quando valeat.*

EX his confunditur intellectus domini Antonii, & aliorum ad istum text. & etiam re- §. XII.
sultat < solutio ad fundamenta in contrarium A
adducta. Et primò ad illud, quod dicebatur, quod istud pactum tacitum, quod resultat ex contractu matrimonii cum paupere, reuertitur ad naturam dotis: cũ de natura dotis sit, quod debeat mulieribus conseruari: vt *d. l. 1. ff. sol. mat.* & quod dos † soluatur soloto matrimonio, vel 1
eo constante, si vir ad inopiam vergat, vt *d. l. si constante, & d. l. vbi adhuc.* ita dicit *Ioan. de Imol. in d. l. si constante 6. col.* ¶ Ad text. ũ in *d. l. & heredi. §. filia. ff. de pact.* respõderi potest, vt ibi respondet *Bald.* videlicet, quòd ibi datus erat alius expromissor idoneus, aduersus quem mulier regressum habere poterat, ita quòd molieri erat omnino consulrum. Vel aliter potest dici, secundom *Imol. in d. l. si socer §. Lucius.* quod d. §. loquitur in casibus, in quibus mulieri permittimur sibi in dote præiudicare. de quibus ibi per eum. ¶ Ad omnia alia præter quam *ad cap. decreuit*, dici potest, quòd non obstant, ex eo quòd loquuntur in casibus, in quibus approbans habet liberam facultatem super illud, quod approbat: nos autem loquimur in dote, in qua vxor non habet liberam facultatem, vt superius dictum est. ¶ Ad *cap. decreuit.* stat clara responsio: quoniam ille text. inducit casum specialem in fauorem fidei, secundum *Alexand. in d. l. si constãte 9. column.* & ratio specialitatis potest esse, quia ibi mulier approbauit mores ab ecclesia reprobatos, vnde merito ex hac causa perdidit dotem. Sed in casu nostro approbauit mores reprobatos à lege, & ideo permittitur vxori, quòd non obstante approbatione possit pœnitere, & contra factum suum venire: præsertim, quia si bene ponderentur verba huius decretalis, ex nulla sui parte potest colligi, quod iste H. erat pauper à principio, imò potius contrarium potest colligi ibi, dum dicit: Quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur. Ergo nondum erat inops, nec pauper, quamuis ipse pauper appellaretur: priuatio enim præsupponit habitum: vt *l. decem. ff. de verb. oblig. & capit. ad dissoluendum*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sup. de despons. impub. cum similibus. potuit enim esse, quòd illud verbum, Pauper, esset cognomẽ: sicut alius, quem ego noui, appellabatur Gundissalinus Dines, quamuis in veritate pauper esset. Vel forte ipse in sua petitione, quam obtulit Rom. Pont. dixit se pauperem, cùm nuo esset, vt citius sibi prouideretur. ¶ Vel potest dici, quod licet nunc, cum petebat dotem sibi assignari, fuisset pauper, non tamen erat pauper à principio, quando matrimonium contraxit. & hoc videtur velle ista litera, cùm dicit, quòd Consules pronunciauerunt, vt quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur, &c. Ergo nondum erat inops, seu pauper, sed tunc incipiebat ad paupertatem venire: & ita non erat pauper à principio, quando matrimonium cõtraxit. ¶ In eo autem, quod *Bartol. in d. l. si constante 5. colum. versicul. 6. quæro.* dicebat hic fore casum, quòdlicet vxor à principio scienter cõtrahat matrimonium cum paupere, nihilominus potest dotem repetere: salua eius pace, hoc non probat, sed solum prouidet mulieri, quæ nondum tradidit dotem: non tamen prouidet mulieri, quæ iam dotem tradidisset: vt supr. late dictum est. Vnde non meretur iste textus ad hoc allegari. ¶ Aduertas circa prædicta: quia quamuis regulariter non valeat † pactum, per quod conditio dotis fit deterior, vt supr. dictum est: decem tamen reperiuntur casus, in quibus valet: quos comulat *Bald. Nouellus, in dicto tractatu de dote 7. parte, 11. priuilegio.* quos videas per te, quia latè & singulariter loquitur.

¶ Adde alium casum, secõdum aliquos, quando esset pactum reciprocum: vt puta si filiæ dotatæ inter se cum maritorum consensu paciscerentur, quòd altera earum sine liberis decedente, eius dos, vel ipsius pars ad aliam deueniret, vel ad eius filios, per text. in *l. si pater puellæ, C. de inoffic. testam.* de quo latius dicetur infrà column. 169. versic. ad cuius confirmationem. quod tamen ad præsens non firmo, sed cogitãdum relinquo, quia lis est sub iudice. ¶ An autem per istud pactum factum, per quod dotis conditio fit deterior, valeat in præiudicium viri, aut patris, vel hæredis ipsius mulieris, vel aliarum personarum, videas singulariter *eundem in 12. parte quæst. 11.* Et per hoc sit expeditus iste quintus intellectus.

Annitio.

A ¶ Resultat solutio ad fundamenta in contrarium opposita.] Tu circa examen harum difficultatum & solutiones argumẽtorum, vide *Ioan. Cretum* post alios in *l. si constãte, in prin. ff. solut. matrim. num. 33. & sequent.* & latius *Lasson. ibi num. 172. cum aliis*, & huius quæstionis concordiam distinguendo, vide per *Anton. Gomez. l. 53. Taur. n. 33. ad fin.*

D. Ioan. Barahona.

SVMMA RERVM.

1. *Fructus sequestrari debent appellatione pendente, si timetur de dilapidatione.* 1

§. XIII. ALii sentiunt alium & sextum intellectum ad hanc decretalem, dicentes quod verum est, quòd dos propter inopiam viri debuisset remanere penes vxorem: sed hic non fuit sibi assignata, nec penes ipsam remansit, quia erat suspecta de minus idonea administratione, & de dilapidatione: & ob hoc fuit deposita apud mercatorem. bene facit ad hoc in simili text. in *l. imperatores, §. fin. de app. & in l. ab executione. C. quorum appellationes non recip.* vbi dicitur, quod si timetur de dilapidatione fructuum, pendente a † appellatione sequestrabuntur. A ¶ Et hunc intellectum ad istum text. tradit *Innoc.* in præsenti. & idem sentit *Bartol. in d. l. si constante 2. col. vers. quarto opp.* dicens, quod vbi mulier est furiosa, vel talis conditionis, quod dissiparet dotem: tunc non debet dos ei restitui, sed debet sequestrari apud tertium, vt sic viro & vxori consulatur. & sic intelligit ipse text. in *d. l. si cum dotem.* & iste intellectus placet domino Abb. in præsenti, qui dicit, sic debere intelligi hanc decretalem. ¶ Sed reuera si intelligamus hunc text. in dote iam tradita marito, quæ nũc repetitur ab vxore propter inopiam viri, nihil noui nobis adduceret, cum iam esset dispositũ per *d. l. si cum dotem.* quæ disponit de muliere furiosa, & sic de ea, quæ est de dilapidatione suspecta. Si autem hoc intelligamus in dote nõdum tradita, & in vxore excipiente, adhuc iste intellectus non placet, cum in nulla parte istius text. probetur, quod ista mulier esset suspecta. Dicere ergo illam suspectam, est diuinare. Intellectus autem diuinatorius non est tenẽdus: vt voluit glossa quam ibi not. *Abb. in cap. peruenit sup. qui filij sint legi. in prima gloss. post principium.* & tenet *Bald. in l. 1. C. de det. ti promiss.* & facit text. in *c. vnico, vt ecclesia, benefic.*

Additio.

¶ Pendente appellatione sequestrabuntur.] A Adde *Corset. in suis singul. vers. appellatio. num. 1. & Marantam, de ordine iudiciorum, tit. de appellation. num. 177. Decium in cap. cum teneamur, de appellat. Frãc. Curt. l. 1. C. prohib. sequest. pecu. n. 11. Did. Perez. l. 1. tit. 10. l. 5. Ordin. quæst. 10. & Bocrium in sing. vers. sequestratio, num. 1.*

D. Ioan. Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1. *Doctor vbi refert plures opiniones, vel intellectus, nec apparet, quam elegerit, videtur in dubio vltimam approbare.*
2. *Dos debet esse penes maritum.*

Et

§ VIIII. ET ob hoc fortè *Innoc.* videtur recedere ab isto intellectu, dicēs, quòd verum est, quòd penes ipsam vxorem remanere debet dos: vt probant iura deducta in ratione dubitandi: sed satis habebat vxor, ex quo pro ea mercator habebat. § Et iste intellectus, tanquam vltimus, videtur intellectus Innoc. quoniam hoc regulare est, quòd quando gloss. vel † doctor refert plures opiniones, vel intellectus, nec apparet quem eligit, in a dubio videtur vltimum approbare. a * vt est gloss. vulgata *in l. qui filium, §. Sabinum, in gloss. quæ incipit si paulo, ver. respondeo ff. ad Trebel.* quam ad hoc commendat *Bal. in auth. ex testamento 2. col. C. de collat. & in c. 1. post princip. in tit. an apud iudicem vel do. lib. feud.* tenet idem *Bal. in l. si mater, C. ne de ſta defuncto.* per illum text. tenet etiam *Ioan. Andr. in c. 2. de pœnit. l. 6. & in ca. 2. de sentent excommun. in lib.* Et plures alii, quos refert *Laſ. in l. si idem cum eodem, in fin. ff. de iurisdict. omni iudic.* dicam infrà 2. not. §. sed est pulchra dubitatio, in princip. vers. alii tamen. § Et hoc maximè verum est in dictis Innoc. vt expresse voluit *Bald. in d. auth. ex testamento, & collectarium in c. forus, infra de verbor. ſignific.* Et ita iste intellectus vltimò relatus per *Innoc.* dicetur suus, qui eodem modo placuit domino Abbati. § Sed mihi iste intellectus non placet: quoniam ex isto text. non potest colligi, quòd iste mercator, penes quem deposita est dos in terminis huius decretalis, debeat illam tenere nomine vxoris: imò potius videtur, quòd illam teneat nomine mariti: quia aliàs de iure est, quod † dos debet esse penes maritum, & istud est de natura dotis: vt *d. l. 2. ff. ſolut. matrim. & l. pro oneribus, C. de iure do.* Vnde ex quo propter suam inopiā non potest penes se retinere, retinebit penes alium, qui suo nomine eam teneat, cùm sit subrogatus loco mariti: ergo debet b sapere eius naturam. vt *c. ſanè sup. de offic. deleg. & c. ecclesia ſanctæ Mariæ el. 1. sup. vt lit. pendent.* cum similibus. Consignatio enim, vel sequestratio, quæ hoc casu fit apud mercatorem, non dicitur restitutio facta vxori. Imo differt à restitutione: vt not. *Bart. in l. si quis ſic ſtipuletur ff. ſolut. matrim. & in d. l. si conſtante, in 2. queſt. principali, queſt. 5.* ergo per consequens magis dicetur possidere maritus, quàm vxor. Hoc enidentius apparet ex eo, quod voluit *Host. in præſenti, prope fin. in ver. dictum vir.* & sequuntur *Ioan. An. Ant. & alij*, dum dicūt, quod hoc lucrum debet reddi marito, vt ex eo se, vxorem & familiam alat. & sic in effectu maritus percipit fructus dotis, & per consequens dotem possidet, mediante persona mercatoris: quia perceptio fructuum dependet à possessione: vt *l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. & l. 3. ff. de vſufru.* not. *Inno. in c. dilectus, de relig. do. Abb. in c. transmiſſam 3. colum. sup. de elect.* Et ita iste intellectus non videtur bonus. Et per ista euacuari sunt omnes intellectus, vsque in hodiernum diem, dari ad nostram decretalem, per antiquam & modernam inrisprudentiam.

ADDITIONES.

§ Adde hoc esse tripliciter limitandum, vt A* per *Iaſon. in l. ſi idem cum eodem §. fin. de iurisdict. omnium iudic.* quas limitationes rescripsit *Ioa. de Neviz. an. in ſua ſil. nupt.* copiosius allegando, *folio 20. column. 4.*

IOANN. BERNARDVS.

§ In dubio videtur vltimum approbare.] Vide *authorem* multos allegantem *infrà 2. not. §. ſed eſt pulchra dubitatio, n. 1.* & quia ista conclusio est vulgaris, ac tuta per omnes, tu circa alia notabiliora, de sequenda, eligenda, ac proponenda opinione glossæ vel doctoris cuius authoritas non est necessaria, vna cum examine multorum, quæ eodem spectant, lege quæ scribunt *Burgos de Paz. in proœm. leg. Taur. numero 162.* ac cursus *numero 219. cum multis ſequent. Aviles capite 1. verſicul. ſiel, numero 15. cum ſequent.* & latissimè *Neviz. an. in ſilua nuptial. libro quinto, per totum.* A

§ Debet sapere eius naturam.] Adde *Marc. Mant. ſingul. 12. & 37.* & plenius allegantem *Hippolyt. Marſil. ſingul. 255. & Nicolaum Everard. in ſua Centuria, caput. 93. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 10. numero 80.* B

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Verba diſpoſitionis alternativa, quando referuntur ad iudicem, iudicis eſt electio.*
2. *Finis iuris canonici eſt euitare peccatum & lucrifacere animas Deo.*
3. *Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit.*
4. *Remedia plura, quando datur alteri alternativa, electio eſt alterius.*
5. *Sententia lata pro marito petente dotem promiſſam, mandabitur executioni, licet ab ea ſit appellatum, quando maritus eſſet ita inops, quod eſſet ei impoſſibile, vel ſaltem difficile, onera matrimonij ſupportare.*
6. *Cauſa dotis eſt ſummaria, & in ea dilationes & termini debent abbreuiari.*

§ XV. RESTAT nunc videre, quomodo debeat intelligi iste text. Et salua decisione melius sentientis, ego eum intelligerem, prout litera iacet. vt dicamus, quòd si maritus vergens ad inopiam, qui vxorem à se expulit, propter dotem non solutam, petat dotem vxoris: assignanda est ei sub ea tautione, quam præstare potest: vel si iudici visum fuerit, deponetur apud mercatorem ad partem honesti lucri, ad onera matrimonii sustinenda. Et ita intelligo & sumo istam decretalem, & est nouus & singularis intellectus, hactenus non cogitatus.

§ Duo addidi ad summarium Abb. in quibus cōsistit veritas intellectus huius decretalis. Primū, in quantum dixi, qui vxorē à se expulit, propter dotem non solutā. Hoc dixi pro tanto, quia

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quia ad hoc, vt habeat locum deciſio huius decretalis, oportet quòd maritus vergens ad inopiam, qui petit dotem vxoris, expulerit à ſe vxorem, propterea quia dos non ſoluebatur ei, & hoc clare colligitur ex iſto text. in eo, quod dicit, quòd iſte magiſter R. oppoſuit exceptionem contra H. petentem dotem, quòd vxorē ſuam à ſe expulerat. Patet etiam hoc ex ſententia iudicum delegatorum, qui præceperunt eidem H. vt de dote ſoluēda caueret, & vxorem ſuam reciperet. Hoc idem latius patet in deciſione Roma. Pontific. dum in fine dicit: [Ne occaſione dotis detentæ vxor à viro dimiſſa, ſeu vir qui dimiſit vxorem, adulterij reatum incurrat.] Et ita clariſſimè cōſtat, quòd iſte text. loquitur in marito, qui vxorem à ſe expulit, propter dotem non ſolutam. Vnde ſi petat dotem ſibi aſſignari, aſſignanda eſt ei ſub ea cautione, quam præſtare poteſt. Et hoc ideo fit, vt euitetur peccatum adulterij, quod iſti contingeret ſic ſeparati incurrere poſſent. Quod eſt grauiſſimum delictum, vt dixi ſup. in rubr. §. 78. verſ. vxoris. Si autem maritus vergens ad inopiam, petat dotem vxoris, non tamen vxorem à ſe expulerat: tunc non haberet locum deciſio iſtius decretalis, quia teſſat periculum adulterii, ex quo maritus ſecum tetinet vxorem: ſed tunc temaneret dos penes vxorem, per iura prædicta, de quibus in ratione dubitandi. & per hoc videtur mihi, quòd non bene dixerit *Bald. Nouellus in dicto ſuo tractatu de dote, 7 parte 32 priuilegio, fin. col.* dum dicit, quòd licet iſte text. loquatur in dote promiſſa, non dum tradita: tamen idem videtur dicendum in dote iam ſoluta, vt ibi per eum. ¶ Addidi ſecundò ad ſummarium domini Abb. [Vel ſi iudici viſum fuerit, &c.] hoc ideo dixi, quia optio vel electio iſtius alternatiuæ, [Vel ſaltem committit apud mercatorem, &c.] datur iudici: vt voluit hic *Abb. prope finem. & Ioann. de Imol. in d. l. ſi conſtante 7 col. ff. ſolut. matrim.* Et reuera ponderatis verbis huius decretalis, hoc fuit de mente Rom. Pontif. qui loquendo iudicibus delegatis, qui prius de iſta cauſa cognouerunt, dixit, [Mandamus quatenus dotem ei aſſignari faciatis, &c.] Quando autem † verba diſpoſitionis alternatiuæ referuntur ad iudicem, iudicis * eſt electio * vt eſt doctrina vulgatiſſima *Bartol. in l. 2. ff. de effract.* & tenet *Bald. in l. quicunque, C. de ſeruis fugi. Abb. in cap. inter cæteras, de reſcript. & in cap. à cræpula, ſup. de vita & honeſtat. cleric. & in cap. ſicut infrà, de Iudeis.* ¶ Et præterea videtur, quòd non bene dixerit *Cardinal. in ſuo ſummario, & in 7 ap.* quòd æquum eſt, quòd dos aſſignetur viro, ſub ea cautione, quam præſtare poteſt. Vel ſi mulier contradixit, deponetur apud mercatorem. Et ſic volebat ipſe, quòd iſtius alternatiuæ daretur optio mulieri. quod etiam voluit *dicta lex regni 4 part. tit. 11. l. 19.* ſed quod dixi, videtur verius. Conſiderabit ergo iudex qualitatem perſonarum, & circumſtantias negotii: quibus conſideratis, faciet aſſignari marito dotem ſub ea cautione, quam præſtare poteſt. Et ſi viderit per talē cautionem non eſſe ſufficienter cautum conſumptioni dotis, faciet illam deponi apud mercatorem, ad partem honeſti lucri, ad onera matrimonii ſuſtinenda. ¶ Ratio huius deciſionis fuit, quia ſatis poterat ei modicum credi dotis, cui creditum eſt corpus vxoris: vt dixit hic text. *& in l. hac leg. C. de pactis conuentis ſuper dote.* vnde fuit ſumpta iſta ratio. Nam dicit ibi text. bonum eſt, vxorem, quæ ſe viro committit, pati etiam res ſuas viri arbitrio gubernari, à quibus ſumpta fuit *dicta l. reg.* quæ idem dicit. ¶ Iſta tamen ratio fuit impulſiua, non finalis: quia, vt dixi ſupr. non eſt tantum periculum circa conſumptionem corporis vxoris, ſicut conſumptionis dotis. Et ob hoc forte Rom. Pont. aſſignauit aliam rationem magis concludentem, ſcilicet, Ne occaſione dotis detentæ, vxor à viro dimiſſa, ſeu vir qui dimiſit vxorem, adulterij reatum incurreret. Et ſic intentionis Roma. Pont. fuit violare aliquo modo regulas iuris, vt euitetur peccatum: quod ex denegatione dotis poterat prouenire. Et hoc ideo, quia † finis iuris canonici eſt euitare peccatum, & lucrifacere animas Deo. vt voluit gloſſ. & ibi not. *in ca. cum contingat ſup. de iureiur. & in regula poſſeſſor de regu. iur. libr. 6.* Sicut in ſimili videmus in præſcriptione immemoriali, quæ ſecundum iura ciuilia procedebat, etiam cum mala fide. Sed ius canonicum conſiderans, quòd † iſtud non poterat fieri ſine peccato: ſtatuit quod poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribat: vt *cap. vigilanti, ſupr. de præſcript. & dicta regula, poſſeſſor.* Et ſic iſta decretalis decidit caſum alibi non deciſum, & inducit nouum remedium, vt dicebat *Ioan. de Imol. in dict. l. ſi conſtante 7. column. ff. ſolut. matrim. & ibi Alexand. 14 column. verſicul. nec obſtat tex.* qui dicit, quòd per remedium huius decretalis non excluditur mulier à remedio prædictarum legum: quia vbi † actori dantur plura remedia alternatiuè vel ſimpliciter, electio eſt actoris: vt *l. quod in heredem, § eligere, ff. de tributo.* & not. pulchrè *Bart. in l. cum proponas, C. de tranſactio.* Alia enim iura, de quibus in ratione dubitandi, loquuntur, quando vxor tradidit dotem marito, quam poſtea repetit ab eo, quia vergit ad inopiam: & tunc dos aſſignatur vxori. Noſtra autem decretalis diſponit, quando maritus vergens ad inopiam, qui vxorem à ſe expulit, propter dotem non ſolutam, & decidit, quod tunc dos debet ei aſſignari ſub cautione, Quam præſtare poteſt: vel, Si iudici viſum fuerit, &c. Vnde illa iura non tangunt caſum decretalis noſtræ.

¶ Et mirandum eſt quomodo tanti patres ſcribentes & inſiſtentes ſuper intellectu huius decretalis, nunquam ad hoc animaduerterūt, turbantes & confundentes eius intellectum, propter illa iura, quæ diuerſa & ſeparata ſunt à caſu iſtius decretalis. ¶ Ratio diuerſitatis ſtat clara, quia in caſu illorum iurium, ſcilicet, cum vxor repetit dotem à viro vergente

ad

ad inopiam: maritus & vxor simul cohabitant, vel cohabitare debent: quia non potest maritus propter hanc causam vxorem expellere à se: quia inter permanente, tunc vxor perdit dotē: ergo non propterea potest nec debet expelli. argum. *l. Gracchus, C. de adulter. cum simil.* & sic cessat periculum adulterii. & ideo iustum est, quod dos assignetur vxori. In casu autem decretalis nostræ iam maritus vxorem expulerat propter dotem non solutam: quod potuit de iure fieri: vt hic, & in *l. final. C. ad Velleian.* & infrà latius dicetur, vnde imminebat periculum peccati adulterij, quod alter coniugum poterat committere. Et propterea si maritus petat dotem vxoris, vt euitetur illud periculum: iustū est, quod assignetur marito dos sub ea cautione, quam præstare potest, &c. Nec facio differentiam, quo ad casum decretalis nostræ, an vxor sit industriosa, vel de dilapidatione suspecta: prout aliqui: vt *Innocent. Bart. & Abb.* faciebant, & male. quoniam vtroque casu dos debet assignari marito secundum distinctionem ibi traditam. quamuis aliàs cùm vxor dotem repetat à marito vergente ad inopiam, si sit industriosa, assignabitur ei: si autem sit de dilapidatione suspecta, sequestrabitur apud mercatorem: vt not. in *dict. l. si cum dotem, § fin autem in fin. ff. solut. matrim.* & firmat *Bald. in d. l. vbi adum 4. column. versic. sed pone. C. de iure do.* ¶ Ex istis resultat clarus & verissimus intellectus ad istam decretalem. Cuius decisio nec dum habebit locum in iudicio ecclesiastico, sed etiam in iudicio seculari: quia cùm iste casus non sit decisus per leges imperatorum, nec per leges regni: cum illæ disponant eo casu, quo maritus vergens ad inopiam receperat dotem vxoris: decretalis autem nostra, quando maritus vergens ad inopiam petit dotem promissam sibi assignari: vt supra dictum est in vtroque foro stabitur huic decisioni canonicæ, iuxta ex quæ notantur in *ca. 1. infrà, de operis non. nun. & in cap. si adiutorium, & cap. leges 10. dist. & in l. priuilegia, C. de sacrosanct. eccles.* leges enim non dedignantur sacros canones imitari. vt in *capit. clerici supra, de iudicijs. & in capit. fin. infrà, tit. proxim.* maximè vbi agitur de materia peccati, prout agitur in casu nostro: quia agitur de peccato euitando, quod poterat sequi ex adulterio commisso ab altero, vel ab vtroque coniugum, propter dotē detentam. Ad quod bene facit, quod in simili voluit *Anton. & Abb. in capit. cum esset, supra, de testam. & ibi Andr. Sicul. 5. & 8. column.* quod per te
B videas. ¶ Aduerte, [b] quòd adeo remedium huius decretalis est fauorabile, respectu mariti dotem petentis, quando vxorem à se expulit, propter dotem non solutam, vt per hunc modum euitetur peccatum: quod † à sententia in
3 casu huius decretalis in fauorem mariti lata, non poterit appellari, vel saltem non obstante appell. sententia mandabitur executioni, præsertim si maritus esset inops, adeò quòd impossibile esset sibi, vel difficile, onera matrimonii sopportare, sine dicta dote. Istud est nouum & singulare dictum, perpetua recordatione dignum *Bald. Nouelli, in tractatu suo de dote 9. parte in 7. speciali, & 12. parte quæstion. 23.* motus per text. *in l. fin. ff. de appell.* cum his quæ ibi not. per *Dyn. Bartol. & alios*, vbi dicunt, quod à sententia dotis in fauorem mulieris non potest appellari, sicut nec à sententia pro alimentis præstandis. Idem dicit *Bartol. in l. Mela. ff. de aliment. leg.* de quo etiam per *Specul. & Ioann. Andr. ibi, tit. de ap. § in quibus, versicul. 8. & sequent.* vbi loquendo de alimentis, post varias opiniones finaliter videtur hanc tenere, post *Gul. de Suza.* quia licet non reperiatur inter cautum, quòd à sententia in causa alimentorum pro alimentis non appelletur: dicunt tamen, æquum esse, quòd si ille pro quo lata est sententia, non haberet interim vnde se alat, quòd prodente appellatione pars appellans dabit alimenta. argum. *l. si instituta, §. pen. ff. de inoffic. test.* & facit quod habetur in *cap. ex parte insrà, de accusa.* Idem dicendum videtur, quando sententia lata est pro dote, fauore mu- *Not.*
lieris forte viduæ vel pupillæ pauperis, vt minde se possit nubere vel alere, cum nihil aliud haberet: nam licet tunc possit appellari, tamen propter hoc non impediretur eius executio, secundum eum: qui idem dicit, si sententia esset lata pro marito petente dotem sibi promissam: & sic contra mulierem vel socerum, vel extraneum, si maritus esset inops adeo. quod impossibile esset, vel saltem difficile onera matrimonii sopportare, sine dote. nam tunc, vt dixi, sententia mandabitur executioni. quod dictum alibi non legi. Et sic debet intelligi quod voluit *Bald. in l. 1. 4. column. ff. solut. matrimon.* vbi videtur sentire, quod à sententia super dote nō possit appellari, vt procedat scilicet ad finem, vt interim non impediatur executio talis sententiæ. quod teneas memoriæ. Ad quod facit, quod ipse voluit *in eadem parte 12. speciali, & 12. parte in fin.* vbi dicit, quod † causa dotis est sum- 6
maria, & in ea dilationes & termini debent abbreuiari per iudicem, vt celeriter expediatur: vt volunt glossæ. quam sequitur *ibi Bartol.* & communiter *omnes in dict. l. ff. solut. matr.* per id, quod habetur in *l. 2. ff. de re iudic.* dicit ipse hoc procedere, non solum cùm mulier agit pro dote, sed etiam quando vir ageret ad dotem promissam, pro sustentandis oneribus matrimonii, & sic pro alimentanda vxore, & sua familia. Et sic ad paria indicat virum & vxorem, quo ad executionem dotis. Ergo idem in casu prædicto.

Additiones.

¶ Iudicis est electio.] De ista conclusione in A
ciuilibus, & criminalibus tam pœnæ corporalis quàm pecuniariæ, vide *Abbat. in ca. sicut pro iu. de dol. & cont. & Felin. in capit. inter cætera, de rescript. & Capol. in l. 1. C. de ser. fugit. num. 16. cum sequent. & Angel. & Augustin. ad eum in tract. maleficior. vers.*

ques

quos non solueris, §. *quid si statutum, & dict.* qui in casu nostro loquuntur in *l. si constante, in princip. & Greg. gl. d. l. 29. tit. 11. part. 4.*

B ¶ Aduerte quod adeo.] Adde *Castill. in l. 53. Taur. num. 43. & ibi Ant. Gom. n. 54.* qui nominatim de ista quæstione scribũt, ac plura quæ huc spectant. cui ca text. *l. si instituta*, § *pen. ff. de inoffic. testã.* vide per *Couar. pract. quæst. c. 6. nu. 5. & authorem infrà*, §. 39. vbi dicam.

D. Joannes Barahona.

SVMMA RERVM.

1. *Bart. antequam scriberet inciperet, repetijt in ciuitate Pisarum legem. si constante. ff. sol. matrim.*

§. XVI. QVAMVIS ad huius decretalis intellectum prædicta sufficiant, cum generali remissione, ad ea quæ latè tradunt doctores in iuribus prælegatis: signanter *Bart. in d. l. si constante.* vbi miro quodam ordine hanc materiam orsus est. eoque mirabilior iudicatur ab omnibus, quia (vt *Paul. de Castro* testatur.) *Bart.* † in inuenitute sua iura ciuilia in ciuitate Pisarum legens, antequam ad præclarum opus, & admiranda commentaria in iure ciuili manus apponeret, legẽ illam repetiit. In multis tamen inueniliter scripsit: cuius contrarium ipse idem maturius considerans, alibi sensit. 1

¶ Vt tamen posteris ignotesceret, à quanta perfectione ingenium suum initium sumpserit: noluit postea in senectute quicquam de his, quæ antea scripserat, immutare, secũdum *Paul. de Castro.* ¶ Verum quia non omnes possunt singula perscrutari, præsertim ii, quibus (sicut mihi) copia librorum non est antiquorum, & modernorum: item vt labor prolixus etiam habentibus modernorum commentaria euitetur: quia iste locus accommodatus est, & doctores nostri lente scripserunt in hac materia vtili, & quotidiana: dignum duxi, quanto breuius atque compendiosius possibile sit, eam nouo saltem ordinem perstringere, communiorem semper opinionem amplectẽdo, in his, in quibus doctores inter se non concordant.

¶ Quo (Deo duce) fiet, vt posteris nostris alleuiatus sit labor, maxime Canonistis, qui (vt eorum pace loquar) in hac materia, & nonnullis aliis, mendicatis pascimur fragmentis. ¶ Procedo igitur per vnam conclusionem, cum aliquibus extensionibus, seu ampliationibus. Postea subiungam aliquas limitationes: per quas omnium scribentium dicta in locis ordinariis & alibi sparsa (adiuuante Domino) enucleabuntur.

SVMMÆ RERVM.

1. *Maritus si constante matrimonio sua sponte dotem vxori restituat, non liberatur.*
2. *Administratione abutentes, debent ea priuari.*
3. *Abutentes priuilegio, merentur illud perdere.*
4. *Castigans filium, contra debitam pietatem, debet priuari administratione personæ filij.*
5. *Pater scienter filium vult committere crimen læsæ maiestatis, tenetur illud propalare. & si filium principi præsentat, pœna filio remittitur.*
6. *Filius an teneatur propalare hæresim, vel delictum patris, vel eundem accusare.*
7. *Filius potest impune contra patrem insurgere, si aliquid contra principem vel rempublicam moliatur.*
8. *Præmium datum reuelantibus crimina, non datur participi reuelanti.*
9. *Præmium si promittatur primo intranti castrum, si plures simul intrant, quis debeat habere.*
10. *Currus ad bramam, si cecidit, & equus solus primus accessit, an lucretur bramam.*
11. *Pecuniam accipiens, vt indicet ea, propter quæ proximus iniuste damnatus patretur, an peccet.*
12. *Pater expellens, vel exponens filium, perdit patriam potestatem.*
13. *Pater si dissipat bona filij, administratio sibi auferetur.*
14. *Pater si propriis suis lucris malè vtatur, filius instare poterit apud iudicem, vt interdicat patri administrationem, vel assignet sibi legitimam.*
15. *Pater si aliquid donauit concubinæ, vel filiis eius, vel meretrici: hæc, vel alij inhonestæ personæ, vel eius nomini ornatur, filij possunt repetere.*

CONCLVSIO.

MARITO ad inopiam vergente, constante matrimonio, potest vxor dotem & donationem propter nuptias, ac bona paraphernalia à marito repetere: vt *d. l. vbi adhuc, & auth. de æquali. do.* §. *illud, col. 7. cum alijs sup.* de quibus suprà habita est mentio, à quibus sũptæ fuerint *leges regni 3. p. tit. 29. l. 8. incipit*, [*las mesmeras.*] *in fi. & 4. part. tit. 11. l. 29.* cuius verba sunt. ¶ Barattador & destruydor seyendo el marido, de lo que ouiere, de manera, que entendiesse la muger, que vernia el marido à pobreza por su culpa, ansi como si fuesse jugador, ò ouiesse ansi otras malas costumbres, porque destruyesse lo suyo locamente, si temiere la muger, que la desgastara, ò le malmetera su dote, puedele demandar por juyzio, que le entregue della, ò que le de recabdo, que no la enagenara, ò que la meta en mano de alguno que la guarde, è que gane con ello derechamente: è que de las ganancias guisadas è honestas les den donde biuan. Esto puede hazer en esta manera mientras dure el matrimonio. ¶ Mas si el marido fuere de buena prouision, en aliñar, y endereçar lo que ouiesse, è no malmetiesse lo suyo locamente, segun que es sobredicho, maguer veniesse à pobreza por alguna occasion, no le podria la muger demandar la dote mientra durasse el matrimonio. E en tal razon como esta se entiende lo que dize el derecho, que la muger, que mete el cuerpo en poder de su marido, que no le deue desapoderar del dote que le dio.] ¶ Et ita quamuis aliàs durante matrimonio vxori actio de dote contra maritum nõ detur: vt *l. 2. in princip. ff. solut. mat. & in l. in rebus*, §. *omnis, C. de iure dot. cum concordant.* imo † si ma- 1
rius sua sponte dotem vxori restituat, constante matrimonio, non liberatur: vt *l. 1. C. si dos constante matrim. &c.* Propter inopiam tamẽ mariti

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mariti in casu nostro aliter constitutum est, vt disponunt iura prædicta. Ratio est secundum aliquos, quia maritus vergēs ad inopiam, quodammodo dicitur abuti † administratione dotis sibi à lege concessa. Et propterea iustum est, quod dotis administratione priuetur, argum. *l. 3. C. de procur.* vbi si procurator abutitur potestate sibi commissa, quia dominum non defendit, vt debet: interdicitur ei procurationis officium à iudice: aliquando etiam interdicitur à lege propter morum mutationem: vt *l. si cùm Cornelius, ff. de solutio. & ibi Bart.* de quo suprà feci mentionem, in rubrica, §. 67. versiculo, & ex istis. Sicut dicimus de † priuilegio, quòd qui eo abutitur, meretur illud perdere. *11. q. 3. cap. priuilegium, de priuil. c. tuarum.* faciunt multa quæ cumulat *Guido in decisionib. Delphinatus decis. 196. Montaluus in repertorio Ordinationū, in verbo, generosus in principio.* inferentes ad generosum vel militem, qui malè vtitur sua generositate, vel militia, vt propterea illam perdat, saltem interim, quod perseuerat in male vtendo: vt ibi per eos. ¶ Ad idem facit text. in *l. fin. §. 1. ff. de admini. tuto.* vbi si curator nō defendit minorem, & sic abutitur officio suo, auferetur sibi omnis administratio: vt ibi Iarius per *Bart. & alios.* ¶ Idem videmus in patre, cui ℥ lege † conceditur filiorum castigatio: vt *l. vna. C. de emenda. propin.* Si tamen contra debitam pietatem filium percutit, vel flagellat, abutendo facultate sibi commissa, auferetur ab eo administratio personæ filij, *l. fin. cum gloss. ff. si quis à paren. fuer. manumi.* ¶ Idem si cogeret filium ad peccandum: vt puta si cogit filiam peccare in corpus suum, *l. si lenones, C. de episcopali audien.* facit *lex fin. C. de spectat. libr. 12.* ¶ Idem si alio modo, cum induceret ad peccandum, vt puta ad hæresim, vel apostasiam. Sicut Leonogildus Gothorum rex, inducebat Ermigildum filium ad sectam Arrianam: & quia noluit acquiescere, occidi eum fecit. vt narrant annales illius temporis, cùm de Leonogildo agunt. & textus in *c. final. 24. quæst. 1.* Si autem huiusmodi patris delictum sit occultum poterit filius illud propalare: & si tale est, quod vergit in damnū principis, vel reipublicæ, tenetur illud manifestare: vt est text. not. in *l. milites, §. desertorem, ff. de re milit.* vbi † pater sciens filium velle committere crimen læsæ maiestatis, tenetur [a] illud propalare: & si filium principi præsentat, pœna filio remittitur, secundum *Salycet. in l. propter infidias, C. qui accus. non possunt.* refert *Felin. in c. 1. de offic. deleg. colum. 2. in fine.* de quo Iarius per *Capollam in prima cautela.* Idem ergo erit de filio respectu patris volentis committere crimen læsæ maiestatis: quem velut patriæ hostem poterit impunè occidere filius: sicut de patre bannito dicit *Bartol. in l. amissione, ff. de capitis diminutione, Abbas in c. 1. col. 2. de conuersione infidelium,* de quo etiam per *Episcopum Abulensem, in libro, de amore & amicitia, parte 2ª. 17.* vbi pulchre loquitur. An amem † filius teneatur propalare hæresim, vel delictum patris, vel eundem accusare: vide infrà in tertio notabili, §. 26. post prin. versic. plus est. Adde in simili quod dicit *Petrus Anthoni in tractatu munerum, fol. 89. col. 2. ver. inter aliquos.* Ex quibus omnibus concluditur, quòd † filius impunè potest insurgere contra patrē, aliquid contra filium, principem, vel rempublicam molientem. Idem econtra dico infrà, §. 26. post principium. vers. plus est quod fecit Alexander: quo casu filius posset libere ab eo discedere, & eius delictum propalare, ex quo consequitur commodum, quia habebit sibi bona paterna, quamuis pater condemnetur: per *leg. quisquis, C. ad l. Iulium maiestat.* de quo habemus hodie extrauagantem *Federici, qua incipit, commissa. §. cæterum. verb. nec quidam.* & refert *Canchinus in tractatu hæreseos, qu. 25.* dum tractat de confiscatione bonorum. quod puto fore constitutum, vt filij alliciantur ad reuelandum paterna delicta: quia expedit reipublicæ, vt delicta puniantur: vt *l. ita vulneratus, ad legem Aquiliam, & c. vt fama, infrà, de sent. excommunic.* Ad prædicta facit text. not. in *cap. si quis Papa, in fine 75. dis.* vbi si quis scit de tractatu mortis Pontificis, etiam si sit particeps, liberatur, & debet præmiari, si reuelat. Et est mirabile, quòd socius reuelans præmietur, ex quo datur not. limitatio ad doctrinam *Bart. in l. 3. ff. de condi. ob turpem causam.* vbi dicit, quòd † præmium damn reuelantibus, non datur participi reuelantis: refert *Felinus in c. 1. de offic. deleg. col. 3. in princ.* nam debet intelligi, nisi in crimine læsæ maiestatis. vide *Bar. in l. idem est, in fin. ff. de cōdi. ob turpem causam, Bald. in sua tabula, in verbo, castrum, Felinum in c. 1. de offic. dele. col. 5.* Adde in simili, quod si † promittatur præmium primo intranti castrum: & [b] plures simūl intrant, omnes debent habere præmium, cùm ante eos nemo præcedat. ita dicit *Bald. per illum text. in prima cōstitutione, ff. veteris, §. itaque.* & plures, alij, de quibus per *Felinum in c. capitulum, sup. de rescriptis. ante finem, verb. de duobus castrum.* vbi videas plura similia. vide etiam *Paridem in tractatu, de ludo. colum. 14. verb. an sicut ludus.* An [c] autem si † currens ad braium cecidit, & equus solus primus accessit: an lucratur braium? Vide *Paridem de Puteo in tractatu, de ludo, colum. 15. ver. an si vnus, & Antonium Corsetum in tractatu, de braio.* vbi multa de hoc. Redeo ad propositum. Et propterea aliquando emanat edictum, quòd qui reuelauerint delictum occultè cōmissum, indemnitatem consequantur: quo casu, si plures commiserunt, & reuelauerunt, qui primo reuelabit, indemnitatem consequitur: vt notanter sensit *Fulgosius in l. finali, §. sed quia quidam, 2. columna, C. de iure deliberandi.* & clarius *Iason in l. annotationem 2. colum. ver. 2. infertur. ff. de pact.* quod tene meoti pro edictis quæ emanāt quotidie, quòd qui malefacturem ostenderit, habeat certam pecuniæ quantitatem: debet enim solui ostendenti, vel reuelanti. quod not. vide *Bart. in l. nulla, C. de delato. lib. 10. & in l. cum*

1 2 3 4 5 A 6 7 8 9 B C 10

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nexarchorum, C. de nauicula. libr. 11. & ibi Plateam, Albericum, & Bald. in l. 1. in fin. princip. ff. de iustitia & iure. & ibi Iason 5. col. Felinum in c. cum dilecti. 8. col. in principio de accusa. An autem quis† peccet accipiendo pecuniam, vt indicet ea, propter quæ proximus ininstè damnum pateretur, nisi tu manifestaret, præsertim cum ad reuelationem in tali casu simpliciter obligetur ex fraterna charitate de iure canonico saltem, vt c. qui cum fure de furtis. & ibi not. Antonius, quem sequitur Henricus Herp. in suo præceptorio præcepto 7. serm. 56. cogitabis. videtur tamen quòd sic. Si ergo pater fecit peccare filium, abutitur potestate, quam habet in eum: vnde meritò auferetur ab eo.

12 ¶ Idem si pater expulit à se filium, vel illũ † exposuit: nam per hoc perdit paternam potestatem: vt in c. vno. infrà, de infant. langui. expo. facit text. in authen. de sanctis. episcopis, §. monachos. col. 9. & in l. 1. §. sed scilicet, C. de Latina libertate col. & quod ibi not. Bal. de quo dicetur infrà, in 3. notabili, vers. si autem maritus. ¶ Ad ista bene facit text. & quod ibi not. Bartolus in l. fi. C. de sentent. pa. vbi † si pater

13 D dissipat bona filij, auferetur ab eo administratio, & datur curator bonis, quia abutitur facultate sibi à lege commissa.

¶ Et hinc est, quòd si pater fuit rogatus restituere filio fideicommissum vniuersale, & dissipat bona restitutioni subiecta: auferentur ab eo, & cogitur restituere filio etiam in potestate existens ante conditionis euentum. vt est casus singularis secundum Bart. & alios, in lege, Imperatum. ff. ad Trebellia. qui non reperitur alibi, secundum Ioannem de Imola ibi. Quinimo si pater

E suis propriis bonis malè vtatur, quæ nulli sunt

14 restitutioni subiecta, ea dissipando, poterit† filius instare apud iudicẽ, vt interdicat patri administrationem, vel assignet sibi legitimã, vel saltem rut bona, ex quibus percipere possit alimenta. arg. istius tex. & d. l. vbi adhuc. ita not. voluit Bart. in l. 2. C. si quid in frau. pa. quem refert & sequitur Ludou. Rom. in d. l. 2. §. quod si in patris, ff. sol. mat. & doct. signanter Paul. Ludo. & Alexand. in d. l. Imperator, col. 6. ver. item facit ista lex. & Iaso. in §. item si quis in fraudem, col. 2. Instit. de actio. reputantes hoc valde not. quãuis idem Bal. in l. non potest, ff. de adop. & Sulyc. in dict. l. 2. aliud senserint. ¶ Itaque non solùm poterit filius agere contra patrem bona propria dissipantem, ne ea dissipet: vt tradit Bar. in d. l. 2. §. quòd si in patris, ff. solut. matri. quem alij sequuntur Angel. & alij in d. l. fin. C. de sent. pa. sed etiam poterit sibi petere

F legitimam assignari: vt dictum est. ¶ Imo f si pater in fraudem filij alienauit bona, in aliquem de fraude participantem, etiam titulo oneroso: vt puta si pater habens odio filium, tractauit tecũ de priuãdo filio: tu suasisti, quod omnia bona tibi vendaret, & pretium prodigaliter consumeret: & ita fecit, certe filius saltem de æquitate canonica reuocat, vsque ad legitimam, ne emptor sua malitia glorietur: vt not. voluit Hostien. in c. Raynutius, suprà, de testament. quem refert & sequitur Bal. in d. l. 2. ver. quæro an filius, C. si quid in fraud. patro. de quo latius per Angel. & Iason. post alios, quos ipsi referunt in dict. §. item si quis in fraudem, in princ. vbi etiam per eos, quid de his, quæ pater in ludo perdidit, de quo dicetur infrà, in tertio nota. versic. sed quamuis hanc opinionem. ¶ Ex istis forsan posset attentari, quòd si pater † donauit aliquid concubinæ, vel filiis eius, vel meretricibus, vel alij inhonestæ personæ, vel eius nomine emanet, licet repetitio patri non competat, filij possunt repetere, & admittentur pro sua interesse. * argum. l. 1. C. de natu. lib. post princip. ibiúta vt quicquid talibus liberis pater donauerit, siue illos legitimos seu naturales dixerit, totum retractũ legitimæ soboli reddatur, aut fratri, aut sorori, aut matri. Quod est bene notandum ad ea, quę dixi suprà, in rubric. §. ex istis infertur. cum sequentibus. Cogitabis tamen.

15

* Nota. & vi. glos. Fo. lorum. tit. (de las mandas.) l. 9. ver. (mandas.)

ADDITIONES.

¶ Tenetur illud propalare.] Vide Hippolyt. de Marsi. in singul. 164. & Angel. de Maleff. in parte: che mi hai tradito. & Felin. in c. de catero, colum. vltim. de re iudic. & Gregor. glos. 1. d. 6. tit. 13. part. 2. & rursus in proœmio. part. 4. ad finem. glos. & Matth. de Afflict. in const. Neapol. lib. 3. rubric. 15. n. 11. & quæ dicam infrà 3. not. §. 26. num. 9. & Boerium part. 2. decisio. 262. A

¶ Et plures simul intrant, omnes debent habere præmium.] Adde quæ scripsit Tiraquel. de primogenitura. quæst. 17. & lege Mincha. qui huius quæstionis examen ex professo suscepit, in c. 90. per tot. lib. 3. quæst. illustrium. & rursus c. 81. n. 5. & lege eundem de quæstione simili c. 92. ibid. B

¶ An autem si currens ad bramium.] Vide doctor. maximè Iason in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acqui. possess. num. 43. & ex professo Mincha. libr. 3. quæst. illustrium, c. 92. per totum. & lege eundem c. 93. ibidem, vbi quæstionem consimilem latè prosequitur. C

¶ Si pater dissipat bona filij, auferetur ab eo administratio.] Vide Seguram, in Imperatus. n. 7. & ibi Didac. Perez. ff. ad Trebel. & Bart. de decimis cuto c. 4. num. 8. & rursus, c. 13. numer. 8. Antun. de Trigon. singul. 30, & post alios Ioan. Crot. num. 120. & Iason num. 196. cum sequent. in l. si constante. ff. solut. matrimon. & Pinel. de bon. matr. l. 2. parte 2. nu. 35. & sequent. & Lud. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. 16. à num. 1. D

¶ Quinimo si pater.] Vide Segur. vbi sup. num. 118. & Iason. d. num. 196. & Anton. Trigon. d. singular. 30. & Mincha. quæst. illust. cap. 37. E

¶ Imo si pater in frandem.] Vide Roman. singul. 616. Suarez. l. Quoniam in prioribus 16. ampliatione. ad fin. Covar. in c. Raynutius, §. 10. num. 6. de testament. Seguram l. 3. §. final. nu. 129. de lib. & posthum. Pinel. l. 1. par. 3. num. 76. cum sequen. C. de bon. matr. F

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVM-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

SVMMÆ RERVM.

1. *Administratio alicui remouetur propter eius malam administrationem.*
2. *Committit pro re mobili, si est suspecta, auferri debet sibi res, & poni in sequestrum.*
3. *Maritus quando dicatur vergere ad inopiam, ad hoc vt vxor possit contra eum agere pro restitutione dotis.*
4. *Tutor potest alienare mobilia posita in flumine, quæ deterioruntur quotidie, & similiter prælatus.*
5. *Flumina confitens loco fundamenti, vt ex primato in publicum adducant, & econtra.*
6. *Inundatio fluminis interrumpit præscriptionem.*
7. *Restitutio in integrum quando detur aduersus interruptionem per inundationem factam.*
8. *Fideiussor idoneus non reputatur, qui bona immobilia iuxta flumen impetuosum possidet.*
9. *Vsura sunt vtrò, iure prohibita.*
10. *Fideiussionis contractus periculosus est.*
11. *Vergere ad inopiam dicitur maritus, si bannitur, vel fiat exul à ciuitate, & etiam si damnetur in metallum.*
12. *Bannitus & deportatus æquiparantur.*
13. *Dotem repetere an possit mulier, si maritus eius est excommunicatus, & an excommunicatione & contumacia perseuerat.*
14. *Excommunicatio est sententia, per quam index ecclesiasticus peccatorem quodammodo excludit à regno seu gratia.*
15. *Gladium ecclesia non vtitur, sed vtrinsecat.*
16. *Minus malum quandoque sustinetur, vt maius euitetur.*
17. *Excommunicationem imponere non debet index, nisi quando viderit eam condecnare.*
18. *Excommunicari non debet quis, nisi pro contumacia.*
19. *Monitio si fiat ab homine, continens tunc contumaciam: si autem à iure, probatio ipsius iuris habetur pro monitione, & contra fatentem confessio in contumacia.*
20. *Obligati satisdare reidentiam, monitione facta in synodo, possunt primari, absque alia monitione.*
21. *Vxor bona, mouet, vel præripuit, sine æquipollens, habet tam triste significationis.*
22. *Excommunicatio non est frenanda pro leuibus culpis.*
23. *Excommunicationis vinculum dependet à voluntate iudicis.*
24. *Excommunicatus si per annum sustinuit excommunicationem, præsumitur contra eum de hæresi vel infidelitate.*
25. *Contrahens matrimonium per verba de præsenti, cum aliqua muliere, si illa vxorem propriam ante veritatem contraxit cum alia, præsumitur contra eum de hæresi.*
26. *Monachus professus, si velit claustro clam contrahit matrimonium, est ipso iure excommunicatus.*
27. *Contrahens matrimonium per verba de præsenti, si aliquem de facto ut dominus susceperit, matrimonium non dissoluitur, nec potest in susceptis ministrare, etiam si matrimonium non fuerit per verum copulam consummatum.*
28. *Vergere ad inopiam dicitur maritus, si eius bona effecta publicata, vel saltem eorum pars.*
29. *Item si à patre iusta causa fuerit exhæredatus.*
30. *Prodigus dicitur, qui vltra propriam substantiam expendit.*
31. *Maritus quod vergat ad inopiam, qualiter cognoscitur.*
32. *Paupertas vel alimenta quibus probantur per virum, quam per alios.*
33. *Damnum quod datur in agris, potius dicitur datum à vicinis, quam ab alijs.*
34. *Fortuna res, si apud aliquem reperiatur, an præsumatur quod sit sua.*

35. *Inopia mariti melius probatur per virum, quam per alios.*
36. *Delictum commissum nomine vniuersitatis, an imputetur vniuersitati.*
37. *Consuetudo legitimè præscripta, inducitur ex vnico actu, habente causam successiuam, per tempus legitimum durante.*

EX quibus omnibus satis apparet, quod propter malam † administrationem alicuius, inter dicimr & remouetur sibi administratio. Intellige, non solùm quando iam dissipauit bona, verumetiam quando est suspicio, quod in futurum dissipabit: per text. singularem in *l. imperatores, §. fin. ff. de appel.* vbi si est suspicio, quòd victor dilapidabit fructus rei, super qua victoriam reportauit: proceditur ad sequestrationem fructuum. ¶ Ad idem *l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan.* vbi si conueratus pro re† mobili est suspectus, auferetur sibi res, & ponitur in sequestrum. Ex quo dicebat *ibi Ang.* quem sequuntur *Paul. & alij*, quod ille text. facit contra transeuntes per ciuitates cum equis alienis, vel aliis rebus: nam domini recognoscentes, possunt per officium iudicis facere sequestrari tales res penes hospitatorem, quia sunt suspecti, quasi semper habeant pedem in stripedio: vt ibi per eos. quod sequitur *Iason in princ.* faciunt nor. in *l. vna C. de prohib. seque.* 1 2

¶ Et ex his infertur ad propositum nostrum, quòd dicitur † maritus vergere ad inopiam, vt vxor possit contra eum agere pro dotis restitutione, &c. non solùm quando maritus iam dilapidauit bona sua, ita quòd non possit dotem soluere: quo casu sine dubio dicimr male vti substantia sua, *l. si qui §. fin. ff. de tuto. & cura. dabit, & l. 1. ff. de cura fur.* sed etiam quando esset de dilapidatione suspectus: vt colligitur ex præallegatis in ribus, & videtur de mente gloss. *in dict. l. 2. ver suspectum ff. solut. matrim.* tenet *Bart. in dict. l. si constante. §. 1 col. 4. cod. titul. gloss. in dict. auth. de æquali do. §. illud, ver. inchoante.* ¶ Et inde est, quod si maritus erat quidá homo nobilis, habens sufficiens patrimonium ad dotis restitutionem, quem oportebat honorifice viuere, sed statum suum sustentare non potest, nisi bona sua vendat: propter huiusmodi cõiecturam poterit vxor dotem, & alia bona de quibus suprà, repetere. ita not. voluit *Bart. in d. l. si constante. 1 col. ver. 3 oppono.* & dixi suprà in ratione decidendi, col. 5. ver. sed adhuc. ¶ Hinc est etiam, quod si cœpit maritus facere mercantias, & ire per mare, & incipit nimis perdere & depauperari, secũdum vulgi opinionem, propter suspicionem & coniecturam futuri periculi, dicetur maritus ad inopiam vergere, secundum *Bart. in dict. l. si constante. 4. quæstio prima partis.* ¶ Hinc est etiam, quod si maritus haberet bona iuxta flumen corrodens illa, verisimile est, propter impetum aquarum, ipsum ad paupertatem deduci, vel quod male vtatus substantia sua: & per consequens dicetur ad inopiam vergere: vt sentit gloss. in *verbo, suspectus. in l. 2.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ff. solut. matrimon. secundum *Angel. in dict. l. si constante, in principio.* quod est bene notandum. vide *Paul. de Castr. consil.* 362. cuius meminí suprà, §. 10. in fin. ver. eodé modo. Ea enim quæ prope flumen posita sunt, propter aquarum impetum, aut inundationem, sunt in periculo totalis destructionis: vt dicebat *Angel. in l. non solum,*
A 4 *ff. de petitione hæred.* inferens a ex hoc, quòd † molendina posita in flumine, quæ deteriorantur quotidie, & quæ per impetum aquarum sunt in peciculo totalis destructionis, possunt alienari per prælatum, & tutorem. & facit secundum eum *lex, qua tutores, §. fin. C. de administrat. tut.* cùm sint res, quæ seruando seruari nó possunt: quamuis sint bona immobilia, non solùm ipsa molendina, sed etiam molæ molendinorum molendinis applicatæ: separatæ tamen à solo sunt mobilia: vt *l. cum qui ædes, ff. de vsucap.* secundum *Bald. in c. contingit, pen. colum. suprà, de dolo & contumac.* ¶ Ex quo infertur, quòd tutor vel prælatus poterit eas alienare, vel super eis trãsigere, vt seipsi in *c. contingit, de transactionibus, & in c. cum tempore, de arbitris, in vlcu recollectis.* & ista notabis contra maritum, qui bona sua habet in flumine, vel prope flumẽ: quoniam sunt in periculo totalis perditionis, vt plerumque fieri assoleat: vt dicit text. in *leg. 1. §. sunt qui putant, ff. ne quid in flumine publico. ibi:* ponere enim grande damnũ per flumen et dari solitum, prædia eius depopulari, &c. Et inde est,
5 quòd † flumina tenitoris loco sunguntur, vt exprimato in publicum adducant, & ex publico in priuatum: vt *l. ergo si insulam, § flumina ff. de*
6 *acquir. rerum domin.* Ex quo infertur, quòd † inundatio fluminis interrumpit præscriptionem: vt *l. naturaliter, §. 1. ff. de acquir. po. gloss. in l. 3. §. Labeo, in verbo, desinere me possidere, in fin. tex.* facit *l. si ager ff. quibus mod. vsusfructus amitt.* Vnde si quis confitetur, quod flumina inundauerunt possessionem, quam bona fide tenebat, & possidebat, videtur confessus interrupeam præscriptionem. vt *d. l. si ager.* Intellige tamen, quando confessio emanauit præscriptione nondum completa. & inundatio fuit per aquarum impetum insolitum, & quasi casus fortuitus occupans, & vsurpans locũ, & vt ita dixerim expellens possessores vi fluminis de naturali possessione, tunc interrumpitur præscriptio: vt *ff. de vsucapio. l. sequitur, §. Labeo.* Secus tamen, si inundatio est secundum vsum suæ regionis, vt in Ægypto, & idem à simili. Idem in pratis existẽtibus iuxta Ticinum vel Padum: quia prata indigeot inundatione. Idem si aqua ducatur per hortos gratia oleris, & porrinæ, quæ aqua prodest tunc nobis agris: ergo possessori non nocet: vt *l. 2. C. de aluuionibus & paludibus.* nam secus esset lex, si diceret, quòd per vberiorẽ culturam quis interueniret possessionem sibiipsi in toto, vel in parte, *ff. de legat. 2. Cæsa, §. 1. ff. finium regundorum, l. si irruptionem.* ita dicit notanter *Bald. in l. vnica, C. de confessis, colum. 21. ver. pone sic confessus.* Oportet ergo intelligi de inundatione insolita, quæ dicitur quasi casus fortuitus. Ad hoc ego allego text. singulatem in *l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahen. empt.* quem pro singulari allegat *Bal. in l. salsum, ad finem, C. de furtis.* & multi alij, de quibus per *Iason. in l. sed & si quis, §. quæsitum, colum. 6. ver. in ista quinta parte. ff. si quis caution.* qui pulchrè loquitur. ¶ An autem, & quando detur † restitutio in integrum ad- 7
uersus interruptionem per inundationem factam, vide glos. in *d. l. 3. §. Labeo, in ver. desinere, ff. de acqui. pos.* & per doctores, de quibus ibi latè per *Alexandrum.* ¶ Redeundo ad propositum nostrum, patet ex prædictis, quomodo non est rectum habere res in flumine, vel prope flumẽ. Et propterea *Plato in li.* quem *de Legibus* edidit, consulebat ciuitates non esse construendas penes flumina, quoniam aquarum impetus, vel inundatio poterat eas perdere, vel damnificare: vt in ciuitate Hispalensi quotidie videmus.

¶ Ex his infertur, quòd ille non dicitur † pos- 8
sidere immobilia sufficientia, adeo quod alleuietur à cautione, de qua in *l. secundum, in principio. ff. qui satisda. cogan.* si ea possidet in loco periculoso, vel ruinoso, & hoc etiã inspecto præsens statu. Istud senõt gl. in *d. l. 2. secundũ Bart. ibi, & in l. si quis sit stipulatus Stichũ, §. 1. in fi. ff. de ver. oblig. & in l. 3. §. fin. de liberatione legata. & in l. item, §. qui paratus, ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. & in l. si quis ab alio. in princ. ff. de rei vindicata. Angel. in repetitione l. nemo carcerem, C. de ædil. strib. lib. 10.* & sequitur *Alexan. in d. l. 2. col. 9. ver. in eadem gl. ibi:* in loco periculoso. & ibi etiam *Iason 6. col. ver. in eadem glos.* & ibi: & rea suæ. Ex quo ioserunt ipsi, quod talis nuo reputatur idoneus fideiussor, qui talia bona possidet. & ita limitant *d. l. secundum.* Puto tamen attendeodam qualitatem fluminis, ædificij, & loci: vt ex prædictis colligitur, in quo iudicis officium exuberabit.

¶ Idem dicas de eo, qui retinet pecunias sub vsuris, adeò quod verisimile est eum effici non solueodo: vt voluit gl. not. in *dict. l. 2. & ibi Bart. & in locis prælegatis.* pro quo est bonus textus in *capit. quanto in verbo, voraginem, de vsuris.* & *ibi Petrus de Ambara.* facit mentionem de dicta glos. & facit *clem. 1. eo tit.* Idem ego dicerem de eo, qui mutuat pecunias sub vsuris. quod hodie † prohibitum est vtroque iure, vt dicetur 9
infrà in sexto not. maxime bodie secuodum legem regni regis Alfoosi in Alcala, era 1386. *tit. 23. l. 1. qua incip.* [*la codicia.*] & rex & regina *l. 4. & 5.*
domini nostri in curiis Toleti, anno 1480. *l. 94.* *t. 6. lib. 2.*
qua incip. [*como quiera.*] in quibus imponuntur graues pœnæ Christianis fœnerantibus, & aliquo modo cõfiscantur bona: propter quod iustè dicetur male vti substãtia sua maritus, & ad inopiã vergere. facit text. in *authentica, nullũ credentem agricolæ, in fin. collatione.* ¶ Hinc est etiam, quòd si maritus est variis debitis implicatus, fideiubendo *b* pro multis, tanquam malè ge- B
rens negocia sua, etiam durante matrimonio, posset vxor agere contra eum, vt ponatur in loco tuto. ita oot. dicit *Angelus de Perusio, in*
d. l.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

d. l. si constante, in princip. & l. in personam, ff. de pactis, §. qui pecuniam, in princip. per illum textum dicit, quòd licet quis habeat liberam, tamen non poterit fideiubere pro alio, in causa suum dominum non tangente: quia fideiubendo patent eius negotia male gesta. concor. *leg. 3. & lex, seruum nescio, ff. de fideiuss.* secundum eum, quem refert & sequitur *Iason ibi, & Alexander in d. l. si constante 11. colum. ver. item est alius.*

¶ Benefacit ad hoc text. *in l. 1. ff. ad Velleian.* vbi prohibetur mulieribus, ne pro aliis intercedant: quia in hoc non sola opera eodumque ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris: vt ibi dicitur. ¶ Ex propterea *Salomon in Proverbiis* castigabat filium, ne pro alio fideiuberet: Fili mi (inquit) si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo, quod dico, fili mi, & memetipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui. *Proverb. 6.* facit *c. 1. de fideiuss.* ¶ Ex his apparet, quomodo con-
10 tractus† fideiussionis damnosus & incommodosus est fideiubenti: quia per hoc efficitur debitor eius, quod non debebat. Et hodie se-
C cundum iura regni, poterit conueniri non discusso principali: vt *Foro legum libr. 3. titul. 18. l. 3.* per quam corrigitur *authen. presente, C. de fideiuss.* Meritò ergo tanquam debitis implicatus maritus, dicetur malè vti substantia sua, & per consequens ad inopiam vergere: quod tene memoriæ. vide in §. 32. in fine, versicul. ad ista.

¶ Ad hoc bene facit quod voluit *Petrus de Bellapertica, in l. spadonem, §. si ciuitatis, ff. de excusat. tuto. & ibi Iacob.* quos refert *Petrus Ancholi in tractatu de muneribus, charta 22. columna fin.* vbi dicunt, quòd si baro introducit, quòd nullus eius subditus debitor in centum accederet ad conductionem pedagiorum suorum, sub certa pœna: Titius fideiussit pro aliquo in centum, qui conduxit pedagium: incidit in pœnã, præsertim si debitor principalis non erat soluendo, quasi ille sit debitor propter fideiussionem. argum. *ff. de donatio, l. non is.* ¶ Hinc est etiam,
11 † quod si maritus est bannitus, vel exul à ciuitate, & sic efficitur peregrinator, dicetur vergere ad inopiam: quia peregrinatio sumptibus affligit homines. in *authen. de introducendis reis, in princip. colum. 6.* ita dicit *Specul. isto titul. §. fi. ver. quid si vir. Bart. in d. l. si obstante 5 colum. ver. quintò quæro, & ibi Alexand. 12. colum. versic. item in quantum, Bart. in 5. quæst. & in l. si cum dotem, §. si marito, 1. col. ver. ex his infert. Ioan. Camp. in suo tract. de do. 3. parte q. 23.* ¶ Idem dicas, si maritus damnetur in metallum: nam & tunc dicetur maritus vergere ad inopiam: per *l. 1. C. de repu.* sentit *gloss 2. post medium in d. l. 2. ff. solut. matr.* & ibi tenet *Bart. Bald. & alij.* † Bannitus enim & deportatus æquiparantur. glos. & doct. in *§ relegati. Instituit. qui mod. ius patr. pote. solu., & in titulo, huc fuitur lex Corradi. libr. feu. circa principium.* tenet *Bart. in l. si constante 5 colum. in princip.* quem alij
12 sequuntur, signanter *Alexand. 12. col.* & idem tenet *Bartol. in aliquibus libris, in l. 2. cod. tit. & in l. 1. C. de repudijs. Bald. in d. l. 2. Angel. in l. cùm notissimi, §. illud, C. de præscriptio. 30. ann. Ioann. de Imol. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matrimon. Paul. de Castr. in l. si marito. in princip. eod. tit. Ioan. Andr. in Spec. isto titul. §. fin. versis. quid si vir est in bauno, authen. in præsenti.* ¶ Idem forsan dicendum est, si maritus est excommunicatus: nam & ipse videtur ad inopiam vergere, quoniam excommunicatus æquiparatur deportato. glos. in *§ minor. Instit. de capit. di. & in c. pastoralis supra, de appel.* & ibi not. *Abb.* quem videas. Poterit ergo mulier agere contra illum ad restitutionem doris, &c. vt videtur sentire *Alber. in d. leg. vbi adhuc, colum. 3. vers. quid si maritus.* reuocans ad *Ioan. Andr. in Speculo, isto titulo, § fin. colum. 6. ver. secunda quæstio fuit.* vbi dicit, quod si† maritus est excommunicatus, & in excommunicatione & contumacia perseuerat, mulier dotem repetere potest de iure ciuili: per *d. l. 1. C. de repudijs.* Subdit tamen, quòd de iure polit. & diuino secus esset, cùm duret matrimonium, & vxor marito cohabitare teneatur. vt *capit. inter alia. infrà, de sentent. excommun.* & quod ibi notatur in *penultima glos.* Hæc sunt ferè verba *Ioan. Andr. vbi suprà.* in quibus (vt mihi videtur) sentit, quòd de mero iure ciuili à marito excommunicato, & in excommunicatione perdurãte, vxor dotem repetere potest: quamquam *Albericus in d. l. vbi adhuc, colum. 3. ver. quid si maritus. & Ioann. de Imol. in d. l. si constante, colum. 6. ver. & ad de etiam. & Alexand. ibi colum. 12. verb. item in quantum, Bartol. hic in quinta quæstione, & Ioan. Campetius in suo tractatu de dote, tertia parte, quæst. 24.* aliter eum referant, & intelligant, dicentes quòd à marito excommunicato vxor dotem repetere non potest. Ista sunt quæ in hoc articulo scripta reperio: & quia articulus est quotidianus, in quo incidenter aliqua veniunt tangenda, quæ gustum habent saporis, oportet aliquantisper insistere: in quibus videbimus, an, & quando, & pro quibus causis, vel culpis, maritus potest excommunicari, & consequenter examinabitur verus intellectus *cap. multa, & c. nemo 11. quæst. 3.* videbimus etiam de marito excommunicato, & in excõmunicatione perseuerante, quomodo sit procedendum contra eum, & qualiter sit puniendus: videbimus insuper excommunicationis vim & effectum. ¶ Præmitto igitur in primis, quòd † excommunicatio est quoddã me- 14
dicamentum seu medicina, per quam iudex ecclesiasticus peccatorem quodammodo excludit à regno, seu gratia. Vnde non debet excludere, nisi indignos, seo peccatores: nec aliquis redditur indignus, nisi per peccatum mortale amiserit charitatem: quæ est via ducens ad regnum. Ideo nullus excommunicari debet, nisi pro peccato mortali. Et quia damnificãdo aliquẽ corporaliter, vel in rebus mortalibus, aliquis mortaliter peccat, & contra cha-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

charitatem facit: ideo pro damno temporali illato ecclesia aliquem excommunicare potest. Sed quia excommunicatio est ᵈ grauissima
D pœnarum, cõem nulla maior, quàm inter homines non esse, & hominum carere consortio. *Ibi qui sanctã, C. de apostat. & c. corripiatur. 24. q. 3.* Pœnæ autem medicinæ sunt, secundum *Philosophum 2. Ethicorũ.* de quo pulchrè, *Plato 9. de Legibus.* propterea excommunicatio appellatur medicinalis *c. 1. de sent. excomm. lib. 6.* Sapientis autem medici est à leuioribus medicinis, & minus periculosis incipere: ideo excõmunicatio infligi non debet etiam pro peccato mortali, nisi contumax fuerit, vel non veniendo ad iudicium, vel ante terminationem iudicij sine licentia recedendo: vel determinationi non parendo: tunc enim postquam monitus fuerit, si obedire contempserit, contumax reputatur, & excommunicari debet à iudice, iam non habente quid contra ipsum faciat amplius. Hæc sunt verba *sancti Thomæ 4. sen. dist. 18. q. 2. quæstiuncula 3. in solutione.* ¶ In quibus sentit duo, quæ sunt aduertenda. primo, quòd excommunicatio est medela, per quam peccator corripitur & purgatur. quando enim videt se hominũ consortio, & sacramentorum participatione priuatum: vt *c. 2. supra, de exceptionibus*: satisfacit, & liberatur à peccato ad ecclesiam rediens, pristinum recupe*E* rat statum. Si autem ᵉ iudex videt vel cognoscit excommunicationem non esse medicinalem, sed mortalem: quia ille contra quem est proferenda, non parebit mandatis ecclesiæ: imò deterior fiet, non debet ipsam proferre: vt notanter voluit *Hostiensis in c. Romana. de sen. excom. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. colum. 3. ver. in glos. supra eod.* quem refert & sequitur *Dominicus ibi in §. sed nec, in finalibus verbis, & Ioan. Andreas in c. constitutionem in fin. eodem tit.* & ibi etiam *Petrus de Ancharano. 2. col. ver. circa hoc. & Dominicus in §. fin. in fi. & ibi Phi. in finalibus verbis.* & per hoc increpat *Hostiens. vbi supra*, quendam legarum qui exercitibus armatis, & volcotibus iam aggredi, præcepit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne congrederentur: nã spreto eius mandato, perierũt multorum corpo*15* ra & animæ. † gladius enim ecclesiæ non occidit, sed vinificat. *c. inter hæc 24. qu. 2.* bona glos. *in c. ex literis, el secundo, supra de sponsa.*

¶ Idem in effectu voluit *Host. in c. 2. in verbo, cognouerit, supra de offic. dele.* & sequitur *ibi Antonius pe. colum. & Ioan. de Imol. in fin.* vbi dicit, quòd si prælatus videt turbatores suę iurisdictionis adeo peruersos, quod si excommunicarentur, peiores facerẽt: nec per cautionem mederi potest: necesse est censuram suspendere, vel non imponere, quousque mutentur tempora, vel per Deum, vel eius vicarium aliud consilium apponatur. ¶ Et *F* hinc est, quòd si prælatus cognoscit, quod clericus concubinarius efficeretur deterior, si præcise compelleretur dimittere concobinam: poterit ad tempus tolerare † *16* sine peccato. Nam quandoque sustinetur minus malum, vt maius euitetur *13. dist. c. duo. 33. q. 2. c. sine de coniugij.* ita notanter dicit *Abbas in c. vt clericorum mores 2. colum. supra, de vita & honestate clericorum*, ad quod ego allego text. singularem, de quo ipse non meminit, in *c. requisiuit supra de sponsalibus.* vbi probatur secundum eundem *Abbatem*, quod ecclesia non compellit quẽ ad pœnitentiam, sed patitur eum stare in peccato: vt euitetur maius malum futurum: tolerandum est ergo minus malum de præsenti, de quo ecclesia certa est, vt euitetur maius malũ, verisimiliter futurum, licet illud non posset contingere: vt ibi probatur, & est valde notandum: & facit ad multa facinnt not. in c. *inter apera charitatis sup. de sponsalibus.* & quæ dixi in rubric. §. 4. in fin. versic. quintum fundamentum. facit quod de correctione fraterna dicimus, quòd licet sit de præcepto, tamen fallit vbi dubitatur vtrum monitus efficiatur deterior: quia tunc meritoriè omittitur, secundum *Archi. in c. si peccauerit 2. qu. 1.* de cuius dicti veritate vide *per Abb. & alios in c. nouit. supra, de iudi.* Adde pro opinione istorum bonorum text. in *c. est iniusta. 23. quæst. 4.* præsertim in fine, dum dicit, nonne etiã cùm vni indulget indigno, ad probationis contagium prouocat vniuersos? facilitas enim veniæ, incentiuum robuit delinquendi. vt ibi, & in *d. c. vt clericorum mores.*

¶ Ex quibus omnibus satis patet, quòd non debet index † excommunicationem imponere, *17*
nisi tunc demum, quando viderit eam medicinalem, & animabus profuturam, quarum intra nostra canonica curam principalem gerunt: vt dicit glos. in *c. cum contingat, supra de iureiurando, & in regula, possessor de reg. iur. libr. 6.*

¶ Imo quod fortius est, quamuis iudex contumacem iam excommunicauerit: si tamen videat eius saluti expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata est: poterit discrete excommunicationem instẽ latam reminere, & sic excommunicatum absoluere, etiam manẽte contumacia. Ista est mirabilis doctrina *eiusdem sanctæ doctoris eadem distin. 18. q. 2. artic. 1. quæstiuncula 2. in solutione secundi argumenti.* quam vt singularem referunt & sequuntur *Ioann. Andr. Ancha. Dominicus & Philippus in c. 1. de sent. excom. lib. 6. Abbas in c. ab excommunicato. fin. colum. verſ. sed no. vltimo, sup. de rescriptis, & in c. ad reprimendã sup. de offic. or. col. 1. ver. 2. no. ex glos. & in c. fin. col. 31. ver. item facit. supra, vt lite non contestata. & in c. significasti, in fin. supra de testibus. quam pollut. & in c. clericus, de coh. cle. & mulierum, Ioan. de Imol. in cle. 1. post principium, de pœn. & remissionibus.* & quamuis ipsi non dicant, idem fuit de mẽte *Pauli de Liazaris, in c. & si vnanimiter, supra de postu. prælat. colum. 2. verſicul. numquid inuictus, Andr. Sicul. in d. c. fin. §. fin. colum. 10. ver. sed illæ pulchra dubitatio. supra*, vt lite non contestat. Ad hoc bene facit text. not. in *c. presbyter. 81. dist.* ibi, corporis & sanguinis Domini ne indurescat, particeps fiat. ᵃ *¶ Intellige tamen, dum- A**
modo spes sit de reuersione excommunicati.

aliis

aliàs non est absoluendus. Ita notanter limitat *idem Abb. in c. ab excommunicato.* motus per text. quem reputat singularem in *c. prudent. in fin. 23. q. 5.* quod est valde notandum contra tyrannos obstinatos. Hæc sint, quo ad primùm, quod ex verbis sancti Thomæ colligitur. Idem tenet *Abbas in d. clericos, de coha. clericorum & mul.* & per hoc aliqui audent dicere, quòd cùm experimento compertum sit in Hispania, quod conuersio hæreticorum ad fidem non sit vera, eo quod ferè omnes relabantur in hæreses abiuratas: hodie non sit aliquis ad reconciliationem admittendus, cum non sit spes bonæ renersionis: imo quod seuerius contra eos exerceatur: per text. in *d. c. prudent.* ficut olim consuluit fieri Ioann. Dominic. Cardinalis ordinis Prædicatorum, vir sanctæ vitæ, qui à Papa Martino ad instantiam Imperatoris Sigismundi missus fuerat ad Bohemos, apud quos magnæ ambulabãt hæreses, anno 1425. qui expertus, quod duræ essent cernicis, & incorrigibiles, Imperatori persuasit, quòd illos gladio exponeret, antequam illam regionem totam infecerent: non enim ita inualuerant, quin multi adhuc immunes ab errore illo remanerent: & ideo cum adiutorio illorum facilè posse infectos extingui. Sed Imperator nimis illis compatiens, quia regnum suum erat, cogitauit processu temporis posse sine materiali gladio illis mederi, & ab errore reuocare. Sed contrarium accidit: nam cum quotidie augerentur, auersi à veritate, in errorem illum declinantes, coacti magno exercitu, armis vrbaotor, cogentes vatis cruciatibus omnes ad assensum sui erroris: monasteria religiosorum, quia contraria prædicabant eis, combusserunt, enerterunt que, occidendo resistentes, vel de patria eiiciebant: ficéque totum illud regnum Bohemiæ à fide deuiauit: quia cancer vlcerosus non citu, vt oportuit, adustus est. Itaque Cardinalis cernens rem irreparabilem, nec verbis apus esse, sed gladiis, quibus falsa pietate Sigismundus parcendum exstimauit. Ista sunt fere verba *Archiepiscopi Florentini 3 parte historiali, titul. 22. c. 7. in principio.* & latius tradit *Pius secundus in sua Bohemica historia, c. 35. & 36.*

¶ Secundum, quod ex verbis sancti doctoris colligitur, est, quod regulariter nunquam aliquis est excommunicandus, nisi pro † contumacia. Nam & ipsa est delictum: vt *l. omne delictum, §. contumacia, ff. de re militari.* imò est grauissimum delictum: vt *c. sciendum 8. q. 1.* & peccatum infidelitatis: vt *c. si qui presbyteri. 81. di.* Vode istum est, quòd propter eam debeat quis excommunicari: vt not. in *c. 2. supra, de iudic.* est textus valde singularis, non solitus allegari ad hoc, in *capit. 2. supra de maiori. & obed.* vbi litera dicit: Si quis non obedierit principi, morte moriatur, id est excommunicetur, secundum expositionem *Abbatis, in c. per venerabilem, sup. qui filij sint legitimi, & in c. 1. infrà, de homicidio.* Quamuis enim aliquis gra-

uissimum delictum committat, propter ipsum tamen delictum non excommunicabitur, sed propter contumaciam in obtemperando & satisfaciendo pro ipso delicto, postquam delinquens fuit monitus ab homine, vel à lege, vt non delinqueret: & si deliquit, vt satisfaceret. Itaque delictum est causa mediata ipsius excommunicationis: sed contumacia est causa immediata: vt notanter voluit gloss. in *c. episcopi, 11. quæst. 3.* & probatur *in c. sacro. inf. de sent. excom.* Est gloss. in *c. de presbyte. 17. quæst. 4. in fin. Abb. in c. efficaj. in primo notabili, de sent. excom. & in rubric. eod. tit.* Vnde si † monitio fiat ab homine, constituit eum contumacem. Si autem à iure, prohibitio ipsius iuris habetur pro monitione: & contrafacientem constituit in contumacia. vt not. voluit *Ioann. Andr. in c. proposuit. infra, de clerico excommun. mutuit. Rota in nouis. 456. aliàs reperitur sub titulo, de dolo & contumacia. vltima.* Vbi dicunt, quod quando aliquid mandatur in synodo, vel prohibetur fieri per episcopum in statuto, sub aliqua pœna: id habetur loco trinæ monitionis. ad hoc bonus text. in *cap. ad apostolicæ, de re iudic. lib. 6. in fin.* & ibi not. *Dominicus in §. ista res.* itaque dicens per illum textum quod quando profertur excommunicatio, propter delictum famosum, non est necessaria trina monitio, sed sufficit prohibitio sola, quasi illa habeatur pro trina monitione. quod tene menti. vide *Bald. in leg. si quis semel ad fiscum, C. de fur. & ann. in 1. 1. in fin. de reparatione.*

¶ † Et inde est, quod obligati facere residentiam monitione facta in synodo, possunt priuari, absque alia monitione, tanquam ter monit. secundum *Fredericum, consil. 109. incipiente, quæstio magni colligitur.* dicens, † quod sine in constitutione sit verbum, moneo, hoc præcipio, sine æquipollens, talia præcepta edicta loco trinæ monitionis habentur: vt ibi latius per eum. ¶ Inde est etiam, quòd monitio facta in synodo generaliter contra executores testamentorum, negligentes exequi in annum, deuoluit executionem ad episcopum, absque alia speciali monitione. ita dicit *Franciscus Panormi in additionibus, quas fecit ad sum gloss. extrauagantium. fol. vltim. tarnm. column. 1.* quod plenè examinat *Ioann. Andr. & alij in c. nos quidem. sup. de testa.* ¶ Inde est etiam, quod vbicunque excommunicatio fertur propter delictum à iure damnatum & prohibitum: non est necessaria alia monitio, vt notanter voluit *Abb. in 1. final. 2. column. de vita & honest. cler.* est text. singularis, & forte uno alibi, in *c. reprehensibilis. sup. de app.* ibi: nisi talis sit culpa, quæ ipso suo genere suspensionem inducat. ¶

¶ Idem si index extra iudicium defendendo iura sua, vtendo mucrone, vel censura ecclesiæ tanquam armis materialibus, aliquem excommunicat: potest enim sine aliqua monitione, vt notanter voluit *Imol. in c. venerabilis, sup. de consil. m.* & sequitur *Ias Antonius, & alij. Le-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

pus allegatione 73. Angel. in l. vt vim. in fin. ff. de inſt. & iur. Abb. in c. cùm veniſſent, pe. colum. ſup. de iudicijs, Ioan. Andr. in c. dilectis, de ſent. exc. lib. 6. & ibi Dominicus, 2. colum. in fin. quod eſt valde notandum. prohibitio enim legis vel ſtatuti, habetur pro monitione, vt prædixi. Ex his omnibus clarè liquet, quòd excommunicatio non pro delicto, ſed pro contumacia, quæ propter delictum emanat à iure, vel ab homine, ferenda eſt: licet aliquando excommunicatio feratur propter reatum, vt ex prædictis colligi poteſt: eſt boni text. *in cap. fin. de pœnit.* ex quo dicebat *ibi Andreas Sicul. in recollectis*, ſe conſuluiſſe, cum quidam Prior eſſet iniuriatus à ſuis canonicis: quia cum ipſe cantaret miſſam, & antequam compleuiſſet, venerunt canonici, & ceperunt cantare alta voce: vnde ille Prior eos excommunicauit: valuit excommunicatio: quia proceſſit culpa ex parte canonicorum, niſi infra triduum ſatisfacerent de iniuria ſibi illata. per *cap. Romana, §. cauſant. de ſentent. excomm. libr. 6.* vnde non fuit neceſſaria alia monitio ſecundum eum. quod dicit eſſe valde not. ad limitandum *c. ſacro. de ſentent. excomm.* potuiſſet allegare edictum *Inno. in d. c. venerabili. de cenſibus.* de quo per *Felin. in d. c. reprehenſibilis, de app. colum. 2. verſic. 2. quod dicitur, & Felin. in c. cum ſit Romana, eodem titul. 8. colum.* de quibus ego memini in *cap. 1. de indic. fol. 5 fin colum. verſi. idem dicas in meis recollectis.* Caueant tamen prælati,
1 & iudices eccleſiaſtici, ne ſint faciles in † ex-
22 communicando, maximè pro leuibus culpis: vt dicit text. in *c. nullus, & capit. nemo 11. quæſt. 3.* Apoſtolum imitantes, qui non niſi ter excommunicauit, & pro grauiſſimis criminibus. vt habetur *Galatarum 1.* vbi Apoſtolus excommunicauit angelos, & alios euangelizantes aliud Euangelium: dicit *ibi S. Thomas*, quod hanc excommunicationem protulit Apoſtolus non propria auctoritate, ſed auctoritate Euangelicæ doctrinæ, cuius miniſter erat: cuius doctrinæ auctoritas habet, vt quicunque contra illam dicunt, excludendi & repellendi ſint: iuxta illud *Ioan. 10.* Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. & propterea iſta excommunicatio comprehendere poterat angelos, ſecundum eum. ¶ Item *prima ad Corinthios 5. Apoſtolus* excommunicauit fornicantem patris vxorem, & tradidit eum Sathanæ in interitum carnis. ¶ Item *prima ad Timotheum 5.* Apoſtolus excommunicauit Hymenæum, & Alexandrum, circa fidem naufragantes, tradens eos Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare. ¶ *Matthæi* etiam 18. dicitur de illo, qui eccleſiam audire contemnit: Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus, & habetur in *c. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. & in cap. nouit. ſup. de iudicijs.* Vide *Archiepiſcopum Florentinum, parte 2. titul. 4. c. 6. §. fin.* Ethnici enim ſunt extra eccleſiam: ergo & illi, qui eccleſiam audire contemnũt, per excommunicationem extra eccleſiam ſunt ponendi. per excommunicationem quidem ſeparatur quis à communione fidelium, & participatione ſacramentorum: vt traditur in *c. 2. ſuprà de exceptio.* & priuatur ſuffragiis, quibus homo munitur contra impugnationem Sathanæ. propter quod de eccleſia deijcitur, iuxta illud *Canticorum 6.* Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, ſcilicet, de omnibus. ita declarat *ſanctus Thomas 1. ad Corinth. 5. colu. 2.* vide bonum text. & ibi *Inno. & Abb. in c. ſi quis presbyterorum, ſup. de vit. & cle. non alien.* & habetur in *cap. audi denique 11. quæſt. 3.* ex quo dicebat *ibi gloſ. ſignanda*, quòd excommunicatus dicitur tradi Sathanæ, quia diabolus habet in eo poteſtatẽ, quaſi in pecore ſuo: vt *24. quæſt. 2. §. hiis auctoritatibus, in fin.* & tenet *Hoſtienſ. in c. ita quorundam infrà de Iudæis.* quem refert & ſequitur *ibi Ioan. de An. 4. col.* & hinc eſt ſecundum eos, quòd excommunicatus non ita facilitèr reſurgit, non recuperat gratiam Dei, ſicut alius peccator nõ excommunicatus. Et orationes, & eleemoſynæ, & alia opera de genere bonorum, ſunt excommunicato debiliora, quàm in alio peccatore: & angelus deputatus ad eius cuſtodiam, non ita operatur in eo, ſicut in alio. ¶ Eſt enim excommunicatus ſeparatus ab eccleſia, & tentationibus Sathanæ expoſitus, vt liberius ruat in peccatum, ſecundum illud *Apocalypſis, vlt. c.* Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Traditur excommunicatus Sathanæ in carnis interitum: quia, vt dicitur *Galatarum vltim.* qui ſeminat in carne, de carne & meter corruptionem. ita declarat *ſanctus Thom. vbi ſup.* Cui adde bonum text. in *c. omnis Chriſtianus, cum c. ſequenti. 11. quæſtione 3.* vbi dicitur, quòd excõmunicatus ſit membrum diaboli, & extra eccleſiã Dei. Quæ ſunt valde notanda contra excommunicatos, vt nullomodo excommunicatione ferant, nec in ea perſeuerent: quoniam maximam vim habet excommunicatio, vt ex prædictis apparet. Ex quo videtur meritò reprehendenda gloſſ. in *c. quodcunque 24. quæſt. 1.* dum dicit, quòd excommunicatio, quo ad Deum, parum aut nihil operatur. de qua meminit *Abbas in c. ad probandum, de re iud. 4. colum. & in c. dilectus, in fin. de appell. & in d. c. ſi quis presbyterorum, in princip.* vel oportet eam intelligere de excõmunicatione iniuſta, ſecundum *Abb. & Ananiam in d. c. ita quorundam.* qui latius loquuntur. videas per te. ¶ Ecce quàm graue damnum affert excommunicatio iniuſta, & conſequenter quomodo iudices (quantum poſſibile ſit) debent ab excommunicatione abſtinere, vt non excommunicent, niſi pro grauiſſimis culpis: non autem pro leuibus, vt dicebant canones prædicti. ¶ Ex quo infertur vnum mirabile & quotidianum, quòd excommunicatio generalis ab homine, lege, vel ſtatuto prolata, contra furantes res eccleſiæ, non arctat eos, qui res paruas & infimas ſubtraxerunt, vt puta candelam, vel clauum, &c. quia cum canones prædicti prohibeant excommunicare pro leuibus culpis, & excommunicatio non liget, ni-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nisi ex intentione proferentis: vt dicit illa gloss. notanda in *c. ad apostolicæ, infrà, de clerico excommunic. mi.* non est verisimile, quod iudex voluerit excommunicare contra dispositionem iurium prædictorum. ista est noua & singularis decisio *domini Abb. in d. c. sup. de iudiciis 3 columna.* quem alij Moderniores sequuntur. quod dictum ego sequutus fui, dum ordinariè legerem illum text. Sed dicebam, rutius esse pro animabus tenere contrà: quia voluntatem iudicis ignoramus, & bonarum mentium est ibi timere culpā, vbi culpa nō reperitur: vt *c. consilij sup. de obseruatione ieiuniorum, cum com. ordinarius.* A vo-
25 luntate autem † iudicis excommunicationis vinculum dependet, gloss. not. in *c. ad apostolicæ. de clerico excom. mi.* de qua sup. habita est mentio. ¶ Secundo infertur aliud non minus aduertendum, quod si aliquis fuit vocatus ad iudicium pro re leui, & venit, noluit tamen parere mandato iudicis aliquid præcipientis: non est excommunicandus, quia ista est leuior culpa, quam eius qui noluit comparere: ille enim qui non comparet, dupliciter peccat, quia non comparet, & quia non paret: ille verò qui comparet, & non paret, peccat in vno: ideò minus venit ponendus: vt in simili not. gl. in *clem. vnica, de dolo & contuma. alias in l. properandum, §. sint autem, C. de iud.* facit text. cum gloss. *in l. creditor. §. iussus. ff. de appellat.* ita decidit dominus *Abbas in d. c. 1.* reputans hoc valde notandum ad intellectum prædictorum iurium, *nemo, & nullus.* & gloriatur se dixisse rem nouam. quem refert & sequitur ibi *Franciscus Aretinus 6 vol. Andreas Siculus in c. de causis 7 col. supra de offic. dele.* Sed *ipse idem Andreas Siculus in c. causam sup. de rescriptis, & in cap. olim. eod. tit.* dicit Abbatem vehementer errasse, & dixisse contra casum expressum in *c. ex litteris supra, de constitut. in verficul. quia non paruit.* vnde propter hoc ille magister fuit excommunicatus. & istam opinionem ego sequor, & vltra ipsum allego text. expressum in *c. certum, 11. quæst. 3. qui non patitur calumniam.* vbi litera dicit, Certum est pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere: cum ad synodum vocatus venire contemnit: aut si postquā illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis, &c. & sic vult ille text. quod propter contumaciam in non parendo potest aliquis excommunicari. Nec valet, si dixeris, quod ibi loquitur text. quando fuit vocatus vt veniret ad synodum: & sic non pro leui re, vt dicebat *Abb.* quoniam meo iudicio in hoc non est vis, vtrum contumacia insurgat ex re magna, vel leuissimò tanto maior est contumacia, quanto ex minori re surgit: vt dicit gloss. in *c. duo sunt 96. dist.* Qualitercunque ergo reperiatur contumax, etiam in non parendo, poterit excommunicari. vt in expresso voluit *sanctus Thomas, 4. sentent. dist. 18. quæst. 2.* cuius verba supra retuli. vnde iura prædicta, *c. nemo, & c. nullus.* non considerauerunt causam immediatam ipsius excommunicationis, quæ est contumacia: vt supra declarani: sed causam mediatam, id est ipsum delictum, vel crimen, super quo emanauit contumacia, præsertim quia illa iura de consilio & non de præcepto disponunt. vnde si pro leuibus causis vel culpis velit iudex excommunicare, valebit excommunicatio. ¶ Istis sic præhabitis, à quibus propter saporem calamum reprimere non valui, ad rem venio: & dico, quòd si maritus ob aliquam contumaciam fuit excommunicatus, in qua excommunicatione induratus longo manfit tempore: si ex hoc vxoris dotis periculum futurum verisimiliter timeretur, ego vxorem circa dotis exactionem consulendam crederem. Quid enim, si maritus de hæresi suspectus excommunicatur, & in excommunicatione † durauit per annum? cuius perseuerantia addidit præsumptionem præsumptioni, propter quam de iure potest, vt hæreticus, condemnari: vt *capit. cum contumacia, de hæreticis, libr. 6.* & per consequens, eius bona confiscarentur. vt *cap. cum secundum leges, eodem titul.* nonne propter huiusmodi periculum verisimiliter præsumptum, vxori consulendum est? Negari enim non potest, quin per hoc dicatur maritus ad inopiam vergere. nam si ex hoc, quod cœpit mercantias exercere per mare, vel habeat res suas prope flumen, vel in flumine: & ex aliis causis, de quibus suprà, & infrà. dicatur ad inopiam vergere: pari, imò fortioti ratione idem erit dicendum in casu nostro, quamuis nullam habeamus certitudinem futuri periculi: sola enim suspicio ad hoc sufficiens est: vt traditur in præallegatis iuribus. ¶ Idem forsan dicendum est, † si pro 24
alia exuta excommunicatus esset, & per *l.* annum excommunicationem sustinuit: nam & tunc præsumitur de hæresi, vel infidelitate cōtra eum: vt notatur in *c. rursus, & in c. quicunque 11. quæst. 3. & in c. 1. supra de iudicijs.* vbi dixi in meis recollectis. Ex qua præsumptione resultat effectus magnus: præstat enim instam causam procedendi contra eum, per ordinarium, vel inquisitores fidei iudices, vt sciatur qualiter sentiat de fide, eiusque articulis & sacramentis: vt notatur in præallegatis iuribus: præsertim per gloss. in *d. c. cum contumacia. & ibi Philippus in fin. Hostien. Ioan. Andr. & alij, in c. excommunicamus, §. 1. eod. titul. Abb. in c. postulasti, de homicidio, in fin.* qui dicit sic debere intelligi text. in *c. fin. inf. de pœnis.* qui de bieuno facit mentionem: facti enim contingentia narratur. Sic etiam debet intelligi gloss. notat. in *c. contingit, sup. de dolo & contum. in verb. nanciscitur in princ.* quæ dicit, quod si quis pro causa ciuili fuit excommunicatus, & per mille annos in excommunicatione perduranit: non per hoc censetur conuictus. secus in criminali, & sic intelligit *dictum cap. rursus, & c. quicunque.* quā gloss. volut singularem commendant *ibi Antonius, Abb. & alij, & Ludouic. singulari 305. incipiente, de hac beri.* idem videtur sentire gloss. 3. in di-

K

L

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cto. c. fi. inf. de pœnis. vbi vide *Marianum in 3. notabili.* Sed quamuis non habeatur pro conuicto, post annum tamen habetur pro suspecto de hæresi, vt possit contra eum procedi, vt prædixi, & meritò: nam cùm excommunicatio tantam habeat vim, vt per eam excommunicatus tradatur Sathanæ possidendus, vt dictum est: si maritus tanto tempore à Sathana possideri, & quodammodo eius membrum effici patiatur, præsumendum est quippe eum infidelem, & hæreticum.

M 25 ¶ Sicut [m] videmus in simili de eo, qui cum aliqua muliere matrimonium † contraxit per verba de præsenti: postea illa viuente, propria autoritate contrahit cum alia: præsumitur contra eum de hæresi, adeò quòd poterit inquisitor hæreticæ prauitatis contra taliter contrahentem inquirere, qualiter sentiat de sacramento matrimonij. ita notanter dixit *Lapus, Abb. in c. accusatus, de hæreticis lib. 6. in §. sanc.* qui dicit, quòd sic aliàs fuit consultum. refert & sequitur *ibi Dominicus in fi. & Philippus in principiu illius c. & Doctor de Villadiego episcopus Ouetensis, in suo tractatu, de hæresi quæst. 9. post princi. ver infertur etiam.* quia taliter contrahendo videtur committere contra vnum de sacramentis ecclesi. & per consequens hæreticus est habendus: vt *c. ad abolendam inf. de hæreticis.* bene facit textus *in d. c. accusatus §. cum verò.* Adde, quòd ille, qui prima vxore viuente aliam superduxit, est infamis, & debet acriter puniri, *l. neminem C. de incestis nuptiis, & ibi Bald.* qui dicit idem de habente duas concubinas. Idem si habet vnam vxorem, & vnam concubinam, secundum eum. & talis coniugatus habens concubinam, est excommunicatus, secundum *Cardinalem Salucensem in suis constitutionibus, tit. de adulteris*, vide *Abb. & quæ ibi addo, in c. 2. de sponsa duorum.* meritò contra eum, qui duas habet vxores viuas, inquiretur.

¶ Idem fuit de mente *Iacobi Butr. in l. 3. C. de summa Trinita.* quem refert & sequitur *Bald. ibi prope finem, Abb. in c. cum quidam, fi. col. ver. item faciunt hæc supra de iureiurand. & in c. de homine 2. col. ver. & ex istis infrà, de celebra. inf. episcopus, in* 26 *prælegato loco.* vbi dicunt, quòd si † monachus professus, relicto claustro, clam matrimonium contraxit, est excommonicatus ipso iure, vt *clem. vna de consan. & affini.* & potest inquisitor hæreticæ prauitatis contra eum procedere. quod reputant valde notandum, quia facit ad N multa. ¶ Ex [n] quo meo iudicio idem posset dici de eo, qui in sacris ordinibus constitutus, clàm matrimonium contraxit: vt uno solum perdat beneficia, & incurrat alias pœnas, de quibus in *cap. 1. sup. de clericis coniugatis. & prima partita. tit. 6. l. 42. quæ incipit, casando.* & est excommunicatus ipso iure: vt *d. clem. vna.* imò etiam reddatur suspectus de hæresi, vt possit contra eum per inquisitores procedi. quod tenementi, ad extentionem iurium prædictorum.

27 ¶ Idem ego dicerem econtrà de eo, † qui post matrimonium contractum per verba de præsenti, etiam si per carnis copulam non fuerit confirmatum, aliquem de sacris ordinibus clàm suscipere præsumpserit. quo casu matrimonium non dissoluitur, nec ipse in susceptis ordinibus ministrare potest, nec ad superiores ordines prouehi, nec ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticum valet promoueri, nisi religionem approbatam ingressus profiteatur: vt disponit notabilis *extranagans, quæ incipit, Antiqua concertationi.* & vltra hoc potest per inquisitores contra eum procedi, vt appareat qualiter sentiat de sacramentis. D

¶ Idem ergo erit in casu nostro in marito excommunicato, & in excommunicatione perseueranre per annum, nam per hoc videtur contemnere excommunicationem, & superiorem excommunicantem, vel ius excommunicationem imponens: quia tanquam inobediens grauissimè peccat. *c. secundum 8. qu. 1.* & idololatriæ peccatum incurrit, quia peccatum ariolandi est, non obedire, & scelus idololatriæ, non acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se esse asserit, & sedi apostolicę obedire cõtemnit. ita dixit *Gregorius*, vt habetur in *c. fi. qui presbyteri 81. distin.* Tanto igitur tempore maritus ferendo excommunicationem, non videtur bene sentire de sacramentis, cum non faciat, nec facere possit, quod alij fideles faciunt, & facere tenentur: non ergo longe distat ab hæresi, & per consequens meritò contra eum procedi potest per inquisitores. in quo processu expensas non modicas facere oportet (vt experientia docet) propter quas verisimiliter cum ad paupertatem, vel inopiam venturum credendum est: vergit ergo ad inopiam, vt sit locus repetitioni dotis: præsertim, quia vltra prædicta taler excommunicatos, lex regni, quam edidit rex Ioannes in oppido de Guadalajara, era 1390. a- *l. 1. tit. 5. lib. 8.* criter punit: dixit enim, quòd si excommunicatus in excommunicatione triginta diebus perseuerat, pœnam sexcentorum nummorum incurrat. Si quidem sex mensibus in eadem perdurauerit, sex mille nummos exsoluat: & deinde qualiber die sexaginta nummos: insuper à loco suæ habitationis expellatur. Et ita quodammodo fit exul, vt sit locus repetitioni dotis. Concludo igitur ex omnibus prædictis, quòd vbicùque excommunicatio mariti affert de præsenti, vel afferre potest in futurum vxori dotis periculum, poterit vxor illam repetere: aliàs secus. Et ista tene memoriæ tanquam ab alio non tacta. in quibus si aliquid impertinenter dictum est, parce lector: tantum enim salis habebant, quòd (me inuito) inobediens calamus laxauit habenas.

¶ Redeundo igitur ad propositum, vnde fumus egressi, dicetur maritus ad inopiam † ver- 28 gere, si eius bona essent publicata, vel saltem eorum pars: ita notanter voluit *Bart. in d. l. si constante, in quinta quæstione prima partu.* per text. *in l. si marito.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

marito. eodem titul. Sed *Ioan. de Imol. in d. l. si marito, in fin.* tenet contrarium. & ad illum text. respondet, quòd loquitur, quando matrimoo. est solutum. quod sequitur *Lancelotus Decius in d. l. si constante. 2. col. in princ.* quia leges illius tit. communiter loquuntur in casu soluti matrimonij: vt per *Bar. in rubr. eo tit.* Item si in casu *l. si marito.* matrimonium constaret: obligatio, qua tenetur maritus, cùm sit conditionalis, si matrimonium soluatur, non transiret in fiscum, per *l. quoties, in fin.* secundum intellectum *Bart. ff. de nouatio.* Cum autem obligatio dotis transeat ibi in fiscum per publicationem patris bonorum, videtur purificata, & sic solutum matrimonium, secundum eum. Sed mirandũ est, quod non viderit eundem *Ioan. de Imol. in d. l. si constante in 5. col.* vbi dicit, quod licet ista procedant secundum illa tempora, hodie tamen etiam sine aliqua publicatione bonorum, dicetur maritus ad inopiam vergere, vt sit locus repetitioni dotis: & multo fortius quando pars bonorũ, quãuis maritus aliàs sit dines, & soluẽdo ex bonis sibi manentibus. & hoc teneas.

¶ Dicetur etiam maritus ad inopiam vergere: vt paretur vxori actio pro restitutiooe dotis à
29 tempore aditæ hæreditatis, † si à patre suo fuit exhæredatus ea iusta causa: vt *l. filium. § sed cum exheredato. ff. de con. tabulas, & l. Papinianus, §. si conditionis ff. de inoffic. testa. & 6. partit. 7. d. 2.* tenet *Bart. in d. l. si constante. § si exheredato.* de quo ibi per *Modernos, & per Ioan. Campetium, in tract. dotiu 3. parte. q. 64.* & latius per *Bald. Nouellum. in tractatu dotium parte 7. priuilegio 32. 33.* vbi videas.

¶ Ex prædictis arrentari potest, quod si maritus omnia bona sua habet in ædes, & ex negligentia vel desidia earum cloacas non mundauit, vel non refecit, cùm pulli; dicetur malè vti substantia sua, & ad inopiam vergere: quoniam immunditiæ cloacarum ruinas minãtur, si non reficiantur: vt *l. 1. §. sub hoc tit. ff. de cloacis.*

¶ Idem si fundamẽtum ædium aqua vitietur, seu corrodatur, quod maritus cum possit reparare negligit: nam vitiato fundamento, corruit ædificium. *l. fluminum, §. idem Seruius. ff. de dam. infect.* ¶ Idem si maritus ædes habeat apud puteum altè fossum: nam ibi parietes domus securè stare non possunt: vt *d. l. fluminum, § fin.* Si ergo ex hac causa maritus habet res suas, vel maiorem partem earũ in periculo, dicetur ad inopiam vergere. ¶ Idem si recta domorũ non repararet: quia tectorum neglecta procuratione, ædes pluuiis infectæ pereunt: vt *leg. cum ad quemlibet. C. de conditis in publicis horreis, libr. 10.*

¶ Idem si haberet omnia bona in frumẽto, & illud inueterascens non erogauerit: quia vetustate species corrupta, damnum affert: vt *l. 1. eod. tit.* ¶ Idem si frumento arenam, vel quid aliud immiserit, ita vt difficilis sit separatio: quia talis commixtio corrumpit frumentum, & damnũ affert. *leg. si seruus seruum, § item si quis frumento. ff. ad l. Aquiliam.* ¶ Idem si maritus habens omnia bona sua, vel maiorem partem in iumentis, ipsa malè tractaret, ita vt eius culpa pereant, vel perire possint, argum. *leg. 1. C. de cursu publico, lib. 12.*

¶ Idem si aggeres maritus ooo faceret, vel flumina non auerterit, vel ædificia vetera non fulcit, si iter non refecit, si arbores in locũ mortuarum nõ imposuit, si seruos infirmos non curauit, si seminaria pro vtilitate agri non fecerit, vel horreum non construxit: si moles in flumen non proiecit, causa faciendi portum, vel causa munitionis, vel domus, vel fundus rueret, vel pro clusa molẽdini: quia omnia ista sunt impensæ necessariæ. sine quibus res perit, vel minuitur *l. 1. 2. 3. & l. impen. ff. de impen. in rebus dot. fact.* Et sic maritus ea omittens, dicetur malè vti substantia sua, si exinde sequitur vel sequi potest totalis rerum perditio, vel diminutio *in* omnibus bonis mariti, vel maiori parte eorum: & per consequens dicetur vergere ad inopiam. ¶ Idem si maritus incepit nauigare cum omnibus bonis suis, vel maiori parte, tempore non apto ad nauigandum, puta à Calendis Octobris vsque ad Calendas Aprilis: quia verisimile est, quòd patietur naufragium: vt *l. quoties. C. de naufragiis lib. 11. & quinta partit. tit. 9. l. 9.* ¶ Idem si maritus fornacarius sit negligens in custodiẽdo ignem, quia nec extinguit, nec ita monit, ne euagetur: vel si est negligens in eligendis ministris, qui diligenter ignem seruent, *d. l. si seruus seruum §. si fornacarius, cum sequenti ff. ad legem Aqui.* Si ex hac causa sperarur periculum totius substantiæ, el maioris partis rerum ipsius mariti, dicetur malè vti substantia sua, & ad inopiam vergere. ¶ Idem si maritus fuit negligens in petendo sibi caueri de damno infecto, cùm vicini ædes minarentur ruinam: quæ postea cadentes, mariti ædes destruxerunt. non enim tunc habet actionem damni infecti: vt *l. quod forte. ff. de damno infecto.* & non sibi prospicere cautione damni infecti, cùm possit: culpa est, *l. qui bona fide, §. cum inter ædes, ff. eod.* Si igitur ex hac causa maritus patitur, vel pati speratur omnium bonorum, vel maioris partis periculum: dicetur malè vti substantia sua, & consequenter ad inopiam vergere. ¶ Idem si habeat ædificia in loco palustri, vel arenoso: quia naturaliter sunt loca vitiosa ad ædificandum. *l. fluminum, §. vitium autem, ff. de damno infect.* quæ lex bene facit ad ea, quæ supdixi, eod. lib. de ædificio in flumine, vel prope flumen appositio. ¶ Idem dicendum est, si maritus incipit facere maiores expensas, quàm supportare facultates. nam per hoc verisimiliter creditur cum ad paupertatem venturum, & per consequens dicitur ad inopiam vergere. ita dicit singulariter *Paul. de Cast. in d. l. si constante, colum. 2. ver. posita per authenticam* ad quod bene facit textus notandus *in l. 3. in prin. ff. vbi pupillus educari debet.* vbi iurisconsultus consulit tutori, quòd moderatè alimenta pupillo decernat, ne non vniuersum redirum patrimonij in alimenta consumat. inde sumpta fuit *lex regni 6. partit. tit. 17. l. 10.* ex quo collegit gl. *in d. l. 3. ver. reditum.*

quod

quod non debet quis omnes fructus quos ex suis possessionibus, vel alunde habet, expẽdere, sed semper ita facere, vt ex reditu aliquid supersit. & not. *ibi Bald.* facit *c.1. de restitutio.* ad idẽ text. in *authen. vt determinatus sit numerus clericorum, in princip. colum.* 1. vbi dicitur, quod non debent esse tot ministri in ecclesia, vt illorum expensis sanctissima ecclesia incidat in causam mutuorum maximorum, & paulatim ad notissimam inopiam deponantur. & paulo post dum dicit: Sed ad inopiam descenderent notissimam. & postea subdit, Et quemadmodum non fiat, prouidemus. nam si non aliquis ferret libenter eum, qui vltra substantiam suam expendit, quomodo non de his nobis est cogitandum, &c. dicit *Angel.* quòd ille text. est no. tradit enim doctrinam quisnam dicatur prodigus: appellatur enim † prodigus, qui vltra
30 propriam substantiam expendit. Expendere vltra propriam substantiam dicitur, si expẽdit vltra suam substantiam, quam habet tempore, quo expendit. quod intellige, quando expendit vltra necessitatem, in casu, vbi nõ debet expendi: vt *l. fin. C. de cura furios.* & per istas leges habes determinatum, quis intelligatur prodigus, secundum *Angel. vbi suprà.* Ad prædicta fuit glos. 1. iuncto text. in *c. quoniam sup. de vita & honest.* dum dicit, habendam rationem expensarum. & dicit *Abb. ibi*, quòd debent aduertere, maximè iuuenes, vt tantum expendant, & nõ amplius, quàtum habent in reditibus: imò cõsilium est, vt semper aliquid supersit: nam si quis expẽdit tantum, quantum habet in reditibus, ex casu aduerso, efficitur pauperior: vt patet in iuribus prælegatis. hoc idem consuluit *sanctus Bernardus, in epistola, de regimine domus.* Audi, inquit, & attende, quòd si in domo tua sumptus & reditus sunt æquales, casus inopinatus potest destruere statum eius. fortuna ergo cadet, si maiores fecerit sumptus quã sint reditus. in textu illud: Quin plus expendit, quàm census summa repẽdit, Non admittetur, si paupertate grauetur. *Abb. in capitulum, secundo notabilis, de censibus,* & tex. *in c. de monachis, de prab.* & quæ ibi addo. & *c.1. de sublimitatibus.*

¶ His, & aliis similibus casibus, dicetur maritus tunc vti substantia sua, & per consequẽs ad inopiam vergere, vt locus sit petitioni dotis constante matrimonio. De qua tamen inopia debet euidentissimè constare: vt vult text. in *d.l. si constante in prin.* ibi: ex quo euidentissime apparuerit. ¶ Constabit, autem euidentissimè de †
O 31 inopia mariti, vel eius vergentia ad inopiã, per eiusdem mariti cõfessionem, etiam extraiudicialem, si confitetur se inopem, & propterea mulieri dotem consignat: standũ est enim huic confessioni, nec præsumetur simulata, secundum Dy. *in d.l. si constante.* quem refert & sequitur *ibi Ang. in prin.* idem tenet *Bartol. in quarta qu. quarta partis.* & etiam *Bald.* idem sequitur *Ioan. de Imol. 10. col. ver. circa quartam partem.* dicens, quòd si vir confessus est extra iudicium se vergere ad inopiam, & restituit dotem vxori: tenet restitutio: dummodo nõ excedatur modus circa pretium rerum: quia talis cõfessio tendit ad executionem obligationis præambulæ, nõ autem ad obligationem inducendam. Hoc idem tenet Cy. *in d.l. vbi adhuc, q. 12. & ibi Saly. in § creditoribus in prin. & Albe. per eo. ex prædictis, & ibi Ioan. Fab. & Collectarius in præsenti, ver. sed numquid maritus, Camerin. in tract. dotis 3. p. qu. 67.* quod tamen ipsi intelligunt, quo ad præiudicium solius mariti, non autem creditorum: vt latius per eos videre poteris. quod etiam tenent multi, de quibus sup. in rubrica, col. 135. § ex prædictis inferri potest. & *Bald. Nouellus in tractatu dotis 9. p. 12. speciali.* de quo inf. fiet mentio, in f. ver. fateor tamen. ¶ Constabit etiam per opinionem vulgi, quæ habet, quòd maritus ad inopiã vergit. ar. tex. in *l. cum de lanionis, § asinam, ff. de fundo instru. & l. de tumore, ff. de quæstio & l. 1. ff. de flumin.* ita dicit glos. *in d.l. vbi adhuc, & in d. authen. de equa. do. § illud, in ver. inchoante.* ad quod bene facit text. & quod ibi not. *in l. si vno. in prin. ff. locati. & in l. si pro te. C. mandati.* vbi dicitur, quòd si dubitatur vtrum fuerit sterilitas, vel vberitas, vulgi opinio attenditur. ita dicit glos. in *dict. l. vbi adhuc. & ibi Odofredus. & in authentica, quod locum, C. de collatio Cy. in d.l. vbi, in prima oppo. & ibi Bald. in 5. colum. in prin. ver. quarti hic glos. Albe. & Saly. in prin. ver. & subiungit glos. Bart. in d.l. si constante, col. 2. ver. circa primum quæro, & Henricus in præsenti, prope fin. & Hostien. in summa tit. de dote post diuortium restituenda, § & quando comperat. ver. hodie autẽ intelligitur.*

¶ Vulgi autem opinio sunt vicini, per quos melius quàm per † alios probantur paupertas 32
vel diuitiæ: vt voluit glos. singularis secundum *Angelum ibi, in l. 2. C. quando fiscus vel prima.* & tenet *Bald. in d.l. vbi, & in l. scimus, § 1. colu. 6. ver. & nota quòd vicini, C. de iur. delibe.* ¶ Ratio prædictorum est, quia vicini præsumuntur scire ex, quæ vicinos suos tangunt. *l. dominus horreorum, ff. locati, l. 1. § 1. ff. de flumi. c. cum dilectus, de purga. cano. & c. quanto, & c. quosdam, & c. literas, de præsumpt.*

¶ Et inde est, quòd si testis dicat, scio Titium ad inopiam vergere. interrogatus de causa, dicat, scio quia sum vicinus. probat, secundum *Bartol. in l. 1. ff. si cer. pe. & in l. de ætate, in 2. quæst. principali, ff. de minor. & in tract. de testi. 3. colum. & in l. de tutela, C. de in integ. restit. min. Bald. in authen. quas actiones, in fin. C. de sacrosanct. eccles. & in l. conventicula 6. colum. C. de episcopis & cler. & in l. testium, fin. co. C. de testi. & in l. 16. colum. vers. nunc venio ad secundam partem, C. de seruis fugi. & in leg. quicunque, in princ. eo. tit. & in l. 1. C. de collu. dete. & in c. 1. § farrancentum, de consue. recti fin. & in l. de inopera colum. 13. C. qui accusa. non poss. Angel. in authen. de hæredit. & falci. § hinc nobis 2. colum. & in authen. testis in fin. princ. Abb. in d.c. quosdam, Andr. Su. in c. 1. sup. de offic. deleg. colum. 12. Franciscus de Curte, in repetitione l. admonendi. ff. de interdict. charta 29. colum. 1. Felinus, in d.c. literas.* Adde prædictis, quod notat *Bartol. in l. si ita § fin. ff. de fundo instructo.* vbi dicit, quòd damnum, † quod 33
datur

datur in agris, potiùs dicitur datum à vicinis, quam ab aliis. Idem dicit de furto, de quo etiam per eundem *Bar. in l. dominum, ff. locati.* vbi dicit, quòd officiales, quando committuntur maleficia occulta, consueuerũt capere vicinos, à quibus verisimiliter potest declarari veritas, & de facili possunt torqueri. vide *Bald. in l. 1. C. locati. Bar. in l. in vs, in fi. ff. furti aduersus nautas, & in l. in princip. ff. de officio præfecti vigilum.* vbi dixit, quòd quando de nocte fiet aliquod furtum, possunt costodes torqueri, vt furem iudicent. facit quod voluit *Bar. in l. dominorum, § sed mouta, ff. de quæstionibus. & Bal. in l. similem, C. de furtis. in illa quæstione: Si res furtiua inueniatur apud aliquem, an præsumatur,* † *quòd sit fur?* Et concludit secundum gl. quòd non, nisi propter qualitatem personæ, & frequentiam actus de aliquo malè præsumeretur: secus si esset persona gratis, & honesta. Ista iustificant constitutionem villæ de Madrid, quòd vbi reperitur damnũ datum de nocte, & nescitur quis damnum dederit, præsumitur damn ab animalibus, quæ damno proximiora reperiuntur. quæ præsumptio haberur pro sufficiente probatione ad condemnationem. ¶ Ex quibus omnibus patet, † quòd inopia mariti melius probatur per vicinos, quã per alios: apparet enim aliquando in patrimonio alicuius multa esse bona, & tamen latet grande æs alienum: vt *l. fi. C. de alimentis pupi præf. & l. fin. in prin. C. de iure deliber.* quod extranei scire non possunt, sed vicini, qui quotidie conuersantur cum eo. ¶ Hoc tamen intellige, quando inopia viri prouenit ex actibus habentibus causam continuam, vel successiuam: vt puta si paulatim crescunt vel decrescunt facultates alicuius. quo casu, testes vicini, concludunt dicendo, scio quia sum vicinus: vt viderut de mente *Bar.* in similibus terminis, in *l. cives, C. de app. & in l. hæredes palàm, in prin. ff. de testa. & in l. si verò § qui pro rei. ff. qui satisda. cog. & in l. ab Anastasio § mũtiatores. ff. ad Turpi.* quem refert *Alex. in d. l. si constante col. 11. ver. item inquantum.* dicit enim, quòd factũ affirmatiuum habẽs actum permanentem, potest transire in notoriũm. & hoc bene probatur per testes vicinos diœses, quòd sciunt, eo quod vicini sunt. vt nota. voluerunt *Saly. & Fulg. in d. l. 1. ff. si ce. per.* & ibi alij moderniores, *And. Sic. in d. c. 1. de offi. delegã. n. 12. & Felin. in d. c. Interea ce. 2. ver. est verum.* inducentes ad hoc in simili vulgarem doctrinam *Abb. in c. cum causam, & in c. constitutis, de testib.* dum dicit, quòd factum familiaris vel consanguinei, si habet causam continuam, vel successiuam: vt ibi per eos, & per *Fel. in c. Petrus, 1. col. ver. fallit secundò, inf. de homicidio. & in c. cum omnes, sup. de constit. colu. 30. verfi. sexta declaratio.* vbi inter cætera allegat not. decisionem *Anch. cons. 258. incip. in Christi,* &c. *ex narratis in facto 6.* quem sequitur *Ioan. de Ana. in c. dilectus el 2. n. 8. inf. de fide.* idem *Ant. in clem. 1. de pœnis, & ibi Card. in verfi. circa 11, in 2. qu.* vbi dicunt, quòd † delictum commissum nomine vniuersitatis, imputatur vniuersitati, si habeat causam successiuam: quamuis non præcedat tractatus, quod est valde notandum, & facit ad multa, de quo ego latè scripsi, *in c. fi. sup. de appel. fo. 4. col. 2. ver. sed ne dictum Bar. in meis recollectis,* loquens de mero adhibito per familiares indicis. ¶ Ad cuius confirmationem facit text. singularis, qui alibi non reperitur, in *c. cùm de beneficio. de prebend. lib. 6.* vbi ex vnico actu habente causam successiuam, durante per tempus legitimum, inducitur consuetudo † legitimè præscripta: ad hoc commendatur per *Abb. in c. fin. sup. de consuet.* & per *And. Sicu. in c. 1. 12. co. sup. de offi. deleg.* Idem sentit *glo. antepenul. in princ. in c. cum ecclesia Sutrina, sup. de causa possessio.* & propriè bene facit text. in *c. vno §. si quis per triginta, si de feudo inter dominum & agnatum vasalli lis oriatur.* ex quo aliqui dicunt, quod si quis possideat aliqua bona iuro maioratus per tempus sufficiens, ad causandam securitatem maioratus in illis, amplius dicentur bona maioratus, quamuis non intercedant duæ vel tres generationes, vel successores: vt videntur requirere *Cynus, & alij, in l. 2. C. quæ sit longa consuet. & Ioann. Fab. in §. ex non scripto. Instit. de iure natu. 3. colum. ver. sed an necesse sit.* Sufficiat ergo consuetudo talitet inducta, vt videtur de mente *Ioannis Andr. in Spec. de instrum. edi. §. compendiosè, verfic. sed numquid dicemus.* de quo meminit *Angel. in l. 3. ff. de testam. in princip.* cuius contrarium tenet *Alexand. in l. si non speciali. C. de testam. colum. 2. verfi. & an illud.* de quo amplius non insisto, quia non est præsentis speculationis. scripsi aliàs latè in mea allegatione 35. incipiente, & si per ea quæ. fol. 4. 1. colum. verfi. ex istis tollitur.

¶ Concludo igitur ad propositum nostrum, quòd si inopia mariti prouenit ex facto habente causam successiuam, vicini sunt testes legitimi, & forsan meliores, quàm extranei: quia melius præsumuntur scire facta vicinorum. Secus tamen esset, si inopia proueniret ab actu momentaneo, vt quia maritus vna nocte in ludo perdidit totam substantiam suam: vel si merces, quas alibi habebat, incendio perierunt, vel in mari fuerunt submersæ: tunc enim vicini forte de hoc ignari, non essent legitimi testes. Bonus ergo iudex ex diuersitate casuum hoc poterit cognoscere. ¶ Fateor tamen, quòd cùm in casu nostro, cùm de viri inopia tractarur, non fit grane præiudicium ipsi marito, sed leue: ex quo de fructibus dotis debet alimentari, vt infrà dicetur: probationes non requirantur adeò integræ, ac si de pleno ageretur præiudicio: vt voluit *Bart. in d. l. si constante, in 6. quæst. 3. partis.* facit quod in simili voluit ipse in *l. à duo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudi. & in l. 1. in fin. ff. de prato stipul.* Propterea sufficit sola mariti confessio, etiam extra iudicium facta: vt dictum est suprà, verficul. constabit autem. adeò quòd si maritus, qui etiam in veritate non vergebat ad inopiam, rebus dotalibus vxori redditis, velit pœnitere, & confessionem reuocare non potest: quia per hanc restitutionem non fit

deterior conditio dotis, imò melior. Nec est verum, quòd ex tali restitutione resultet donatio inter coniuges: vt aliqui dicebant, & malè, in *d.l. vbi adhuc*. quoniam vxor non lucratur fructus, cùm habeant matrimonij oneribus deseruire: vt *dict. l. vbi*. ita signanter tenet *Bartol. in dict. l. si constante, in quarta quæst. quarta partis*. quem alij moderniores sequuntur, & *Petrus de Ferraria, in sua practica, in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, vxor quondam, in fi.* ¶ Si tamen ageretur contra extraneum ex dicta causa, puta hypothecaria, cùm in eo versetur plenum præiudicium, vel si ageretur contra virum, vel eius hæredes ad dotis restitutionem, sol. mat. tunc requiretur plena & integra probatio, & potuissent dicere contra marito confessionem, & ille potuisset eam reuocare de dolo de errore, vt dicit glo. in *c. si de mutuis lib. 6.* tenet *Bart in d.l. si constante*. quem alij sequuntur, refert & sequitur *Bald. Nouellus in suo tractatu dotis 9. parte 12. speculi*. quod tene menti. ¶ Vnum finaliter non est omittendum, quod eo casu, quo de probanda inopia maritia agitur, vel contra eum, vel contra extraneum non sufficit, quòd testes dicant, scio quòd talis vergit ad inopiam, sed oportet, quòd dicant, manifestum esse, maritum ad inopiam vergere. ad hoc est text. valde singularis, qui forsan alibi non reperitur, in *l. in rebus §. si. in verbo, staruerit, C. de iure dotium*. quem ad hoc no. *ibi Bar.* & sequitur *Alexander in d.l. si constante. col. 12. ver. & vnum no. Ioan. Campetus in suo tractatu de dote 3. parte, qu. 20. in fin.* quod tene memoriæ, quia quotidie venit in practica. Adde, quòd eo casu, quo repetit vxor dotem à viro vergente ad inopiam: res viri non adiudicabuntur sibi pro dote ex secundo decreto: quia etiam si maritus assignaret, non transfertur dominium: vt no. *Guilielmus de Cunis, in l. si noxali. § denique, ff. de peculio*. Ista ergo non est plena restitutio, sed ad cautelam. vnde non liberatur vir, nec alia eius bona ab hypotheca. quod tene menti. ita dicit *Bald. in cap. 1. sup. vt lite non contestata, in princip. vers. quæro si vxor*, &c. vide iuxta hoc infr. §. 21. ¶ Et per hoc me expedio de prima ratione, quam aliqui assignant, quare remouetur administratio dotis à marito ad inopiã vergente, scilicet, propter malam administrationem.

Q

ADDITIONES.

A * ¶ Adde not. per *Felin. in c. apostolica, de excess. colum. 1. vers. seq.* vbi vide, *in colum. 3.* vnum verbum Richardi, quod ibi refert, videlicet quòd excommunicatus à iure indistinctè, non debet absolui, sine voluntate & requisitione. quod dicit se alibi non legisse. & multum declarat supra dicta. ideo no.

B * ¶ Adde quæ scripsi in meis regulis & fallentiis in regula incipiente, monitio in 2. fallentia.

C * ¶ Adde *Felin. in c. 2. de fur. exco.* qui ponit 50. casus, in quibus monitio non requiritur.

D * ¶ Aduerte, quòd cum iste dominus requirit, quòd hoc casu vt delictum imputetur vniuersitati, fiat eius nomine. Doctores, quot ipse refert hoc non sentiunt (ni fallor) sed solum volunt, quòd ideò illud delictum imputetur vniuersitati: quia cum sit continuum, non obuiando ei, dicitur relinquere: etiam si non præcedat consiliũ, seo tractatus. & sic illud operatur, non quòd fuerit à principio eius omine commissum, sed quia pòst, quamdiu durat non obuiando ei, & hæc est mens doctoris nostri, & doctorum quos ipse pridie vidi cõsulsus in casu, qui accidit durante in his Castellæ partibus commnnitatum seu factionum tyrannide seruissima, hoc anno 1521. vide latius in meis fallẽ. vltra *Soci. in litera v. in regula, qua incipit, Vniuersitas non dicitur*.

IOAN. BERNAR.

¶ Infereos ex hoc.] Circa istam Angeli opinionem, vide *Tiraq. de retract. municip. §. 1. glo. 7. n. 92. & seq. & Pinel.* qui contra eum tenet, in *l. 1. C. de bon. mat. 3. part. num. 28.* & rursus in *l. 2. C. de rescind. vend. p.* A

¶ Fideiubendo pro mulcis.] Vide *Bart. de decimis tutorum c. 2. nu. 82.* & hunc casum cũ multis aliis, quorum autor hic meminit, ad præsumptionem eius, quod quis ad inopiam vergat, vide per *Iason. nu. 158.* & alios doctores, in *l. si constante, in prin. ff. sol. mat.* B

¶ Poterit conueniri nõ discusso principali.] Vide *Ant. Gom. de fideiussoribus nu. 14.* & circa legem 3. for. hic allegatam vide *Suarez, in l. 2. tit. [de los emplos amigos.] lib. 2. for. § quæritur vltrius nu. 12. & Duen. in reg. 335. limit. 18. & Benuent. de mercatura. tit. quomod. in cauf. merc. proced. fit. §. de exceptio.* C

¶ Excommunicatio est grauissima pœna.] Vide *Marc. Mant. singul. 508. & Berouium in c. si quis presbyterorum, num. 8. de reb. eccl. non alien. & Fel. in c. qualiter & quando num. 51. de accusat. & D. Soto super 4. dist. 22. qu. 1. art. 1.* vbi excommunicationis plura mala recenset. de quibus etiam scribit *Nauar. Azpik. in suo manual. c. 27. num. 7. cum seq.* & idem *D. Soto vbi sup. art. 2.* grauissimam pœnam esse dicit & docet. D

¶ Si autem iudex videt vel cognoscit.] Vide *Ias. l. quod iussit, n. 41. de re iudic. Felin. in c. apostolicæ, de except. Couar. in c. alma mater, parte 1. in prin. ad fin.* & vide quæ mox dicam addit. sequenti. E

¶ Et hinc est quod si prælatus cognoscit.] Vide quæ dicta sunt additione proxima, & adiunge *Bernard. Diaz. in sua practica criminali, c. 73. ad fin.* & quæ scribuntur per *Couar. de sponsalibus par. 1. in princip. num. 7.* F

¶ Regulariter nunquam aliquis excommunicandus nisi pro contumacia.] Vide *D. Sot. d. q. 1. art. 2. & Couar. in c. alma mater. de sentent. excomm. lib. 6. p. 1. c. 9. nu. 3. ver. est tamen nu. 4. & Nauar. d. c. 27. n. 9. & Silueftrum ver. excommunicatio 1. nu. 12.* quibus adde quod scribit *Corsetus in sua singul. vers. contumax. & l. 10. tit. 9. parte 1.* G

¶ Nam & ipsa est delictum.] Vide *Aluis. Alber. singul. 61. & Couar. in d. c. alma mater. p. 1. §. 6. nu. 3. in vers. hinc definiri potest, Felin. ex litera n. 27. de const. & Iason. in l. sanctimus, C. de indic. num. 20. &* H

Didac.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Didac. Perez in l.1. versic. [nacue dias.] vbi viciosè *Felinus* allegatur *tit.3.lib.3.Ordin.*

I ¶ Caueant tamen prælati.] Vide *Nauarr.d.c.27.nu.9.Domin.Sot.d.art.2.& Couar.d.§.9.quasi per tot.& autorem sup.nu.13.* & quæ hodie habes in concilio *Trident. sessio.25.cap.23.*

K ¶ Duranie per annum.] Vide *l.32. tit.9.p.1. & Couar. in c.alma mat.p.1.§.7.nu.11. Gundisal.de Villadie.de hæres.q.12.& Simanc.de hæret.c.27.nu.2.*

L ¶ Per annum excommunicationem sustinuit.] Adde hoc ex iure regio tex.quem habes, *l.1.tit.5.lib.8.*& vide *Simanc.d.nu.2.* vbi plures allegantur.& lege *Cou.d.§.7.nu.11.& Greg.glo.d.in d.l.32.* & rursus *eundem Cou.de sponsal.p.2.ca.6.§.8. num.17.& autorem inf.num.27.*

M ¶ Sicut videmus in simili.] De huius delicti pœna in seculari for.dixi sup.§.60.num.6. hinc autem adde *Gundisal.de hæret.qu.9. Castr.lib.1.de iust. hæret.punit.c.1. Simanc.de hæret.c.4. Couar. de sponsal.p.2.cap.7.§.3.num.6.*

N ¶ Ex quo meo iudicio.] Vide *Simanc.d.c.40. num.5.& 6.& Bernar.Diaz in pract. criminal.c.74. Bermondum tit.de public.concub.pag.243.num.4.& Couar.de sponsal.p.2.cap.6.§.3.*

O ¶ Constabit autem euidentissimè de inopia mariti.] Locus omnium copiosissimus de modo paupertatis probandæ est per omnes doctores in *l.si constan.ff.sol.mat.in prin.* quibus adde *Alex.cons.37.vol.7.*& compendiosa verba *Bouerij in sing.15.ver.notorium.* & latè pluribus citatis *Cou.* qui plura in examen solita eruditione deduxit *lib.2.resol.c.6.num.3.* & 8. cui adde quod obnet scribit *Tiraq.de retract.municip.§.32.gl.1.nu.94.& Ant. Gom.l.53.Taur.an.33.versi.item adde quòd hoc casu.& Castill.in l.10.Taur.num.19.& l.61.num.25. ibid.& Did.Per.glo.1.in l.1.tit.7.lib.3.Ord.*

P ¶ Imputatur vniuersitati.] Vide *Bern. Diaz* late *in suis fallentiis reg.791. Ant.Gom.de delict. nu. 52.& 53.* & quæ scribuntur per *Auil.c.3.ver.[iurisdiction.]n.25.cum seq.* à quibus traditur quo pacto puoiatur vniuersitas,& an possit delinquere,circa quod vide pulchrũ apophthegma *Guid. Pap.* quòd à supra d. noo refertur *in singul.788.*

Q ¶ Noo est plena restitutio.] Circa hoc vide suprà §.8.sup.tex.vbi reuli plures,ex quorum traditionibus confirmatur *Bal.*& autoris nostri doctrina hæc, & repete quæ scribit *autor inf.§. 20.& 21.in proximo.*

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Maritus bannitus, an alimentari debeat de bonis vxoris.*
2. *Matrimonium non soluitur, licet vir damnetur in vita ultimo.*
3. *Bona, si ex vi statuti auferantur homicida.& applicentur filijs, filij non tenentur ex eis patrem alere.*

§.XIX. SEd quamuis ista iusta causa videtur, alia tamen vrgentior colligitur ex prælegatis iuribus,scilicet speciali fauore dotis,ne pereat: vt voluit *glo.1.ver.ex prædictis,in d.l. vbi adhuc*, & tenent ibi communiter omnes,signanter *Salyc.in Palacios Rub.* 4.*oppositum*, & *Bal.in l.decc ancillam*, *C.de rei vend.* Interest enim reip. dotet mulieribus cõseruari: cùm dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam,replendamque liberis ciuitatem,maximè sit necessarium. ¶ Voluerunt ergo iura prædicta, quòd dos hoc casu ponatur in nto, & noo solùm *a* fauore dotis cooseruandæ, sed etiam propter liberorum & familiæ alimenta præstanda. & ideo oon solùm petitur dos, sed etiam dooatio propter nuptias, quæ ad dotis securitatem præstatur: vt dixi suprà in rubrica. colum.70. versi.& ex istis.imo etiam petuntur bona paraphernalia, vt ex eis alatur maritus, vxor,filij,& familia: vt *d.l.vbi adhuc, & l.mutus, §.manente ff.de iure do.* cum aliis,de quibus infrà. A

¶ Et non solùm sunt filiis commoues, sed *b* etiam filiis mariti ex alio matrimonio:imo & socero, si tanta est dos, & tot sunt bona,quæ omnibus sufficiant: secundum *Cyn.in d.l. vbi adhuc*, quem sequitur *Alber.3.colu.in fi.ver.quærit etiam* Cy.idem tenet *Bart.in d.l.si constante, in vltima quæstione,quarta partis.* & sequitur *ibi Alexand.in fi.principij,& Collectarius in præsenti ver.sed nunquid exiget.* ¶ Sed *Lancelotus in d.l.si constante, in fin. principij* hoc reprehendit,motus,quia si hoc verum esset, ex talj restitutione fieret conditio marini deterior. quod esse ooo debet:nam dure ooo restituta, maritus ex fructibus dotis vxoris suæ noo tenetur alimentare priuignos:imo illos lucratur, si soperexcedoot onera matrimonij, *l.dotis fructus, in principio, ff.de iure dotium, iuncta l.si paterno affectu.* & quod ibi notat *Bald. C.de neg.gest.* ego allego text. de quo ille oon fuit memor, in *l.quamuis ff.solut.mat.* vbi permittitur marito coostante matrimonio soluere dorem vxori, vt coosuleret filiis vxoris ex alteso matrimonio indigenobus ad alimenta,vel aliàs: ex quo sequitur, quod maritus nno tenetur eos alimentare.ita intelligit text.in *d.l.mutus §. manente, ff.de iure dotium.* dum dicimr,se suosque alat, scilicet, filios eimdem matrimonij, non autem alterius. Non ergo poterit mulier ex fructibus sic excedentibus onera matrimonij, alimentare filios alterius matrimonij:quoniam isti fructus excedentes onera matrimonij debent marito restitui: vt decidit *Bartol.in d.l. si constante, in 7.qu.vltim.part.* & boous text.in *l.Lucius in §.à te pete.* & quod ibi not. *Ioann.de Imol.ff.de leg.2.* Aduerte, ne decipiaris: quia meo iudicio *Lancelotus* infideliter recitat Bart. & impudenter eum reprehendit, *Bartol.* coim loqnitur de filiis mariti alterius matrimonij, quos sine dubio patet alimentare tenetur: vt *l.si quis à liberis, ff.de liberis agno. & l.qui liberos, ff.de rerum nuptiarum.* De fructibus igitur excrescentibus potuisset marirus eos alere, cùm sint sui: ergo & vxor poterit & debebit similiter eos alere: filios autem vxoris ex altero matrimonio non potuisset alimentare per prædicta. quæ teneas cordi. B

¶ Quod autem de alimentis marito præstandis dixi,intellige, etiam *c* si delictum commisisset, C

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

1 miſiſſet, propter † quod eſſet bãnitus, in quòd non conuerſetur cum vxore: nam & tunc mitteret ſibi alimenta, ſecundum *Specul. iſto tit. §. fin. verſicul. quid ſi vir eſt in banno.* quem referunt & ſequuntur in præſenti *Ioan. And. prope fin. in verſi. & ibi virum, Antonin. in vir. & dic quòd illud. Cardinalis in 5. queſt. Alber. in d. l. vbi adhuc. column. 3. verſic. quid ſi maritus, Ludouic. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſolut. matrimon.* & dixi in rub. column. 314. verſi. & hinc eſt, per tex. in *l. aduerſus, C. de crimin. expi. haer.* vbi dicitur, quòd maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus: vt latè dixi ſuprà in rubric. colum. 294. verſi. operatur alium & quintum effectum. ¶ Ad idem *l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſolut. matrim.* ibi: quid enim tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum vel vxorem viri participem eſſe? Vxor enim non obſtante banno, vel excommunicatione, viro cohabitabit: infrà, *de ſententia excom. inter alia.* & facit gloſſ. no.

2 *in l. 2. ff. ſolut. matrim. glo. 2.* quæ vult, quòd † licet maritus damnetur in metallum, non ſoluitur matrimonium: vt *authen. de nuptiis, §. quod autem.* & tamen dos repetitur: vt *l. ſi marito, cod. ſit.* ex qua glo. colligit *Bal. ibi* argumentum, quòd propter bannum mariti, quandoquidem non ſoluatur matrimonium, tamen dos venit reſtituenda conſtante matrimonio. & ad hoc allegatur quòd die illa glo. ſecundum eum ergo exet alimentabitur maritus, vt prædixi, poſt *Specul. vbi ſup.* quem refert & ſequitur *Bart.* & dicit eſſe menti tenendum in *d. l. ſi conſtante 5. col. in fi. 5. qu.*

¶ Ad quod facit ſecundum eum *d. l. mutus, §. manente ff. de iure dot.* ibi: vt in exilium vel inſulam relegato parenti præſter alimoniam: aut vt egentem virum, fratrem, ſororemve ſuſtineat. & ita vult ille text. quòd filius tenetur alere patrem exulem. Idem vult text. in *authen. de inceſtis nupt. §. ſi verò contigerit.* ibi: paciſcentur autem, & ibi no. *Bart. in l. 3. & in authen. inceſtas, de inceſtis nu.* ibi: ab eis alatur, & ibi no. *Bald.* Pari ratione tenebitur vxor maritum alere. ¶ Intellige ſanè, niſi marius deliquiſſet in vxorem contra legem matrimonij, committendo forſan adulterium, propter quod vxor indirio eccleſiæ receſſit ab eo, quo ad rorum, & mutuam cohabitationem: quo caſu dos reddenda eſt vxori: non tamen tenebitur vxor ex ea maritum alimentare, quia peccauit in lege matrimonij, & per conſequens propter matrimonium non debet conſequi præmium. arg. *l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir. ff. ſolut. matrimon.* ſecundum *Bald. in d. l. vbi adhuc 5. col. verſic. pone vir.* ¶ Facinnt multa, quæ adduxi ſuprà in rub. colum. 256. ver. limitabis

* ſecundò, & col. 350. dum dicebam, donationem factam viro ab vxore non cõfirmari morte vxoris, quando marius vxorem occidit.

¶ Facit in ſimili *cap. quia fruſtra infra de vſur.* vbi fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. facit etiam text. in *c. 1. §. ſi omnem de pace tenenda, & eius viola.* vbi ex bonis, quæ alicui auferuntur propter delictum, non debet quis ali. ¶ Et inde eſt, quòd ſi ex † vi ſtatuti homicidæ auferuntur bona, & applicantur eius filiis, 3 filij non tenentur ex ea patrem alere, ſecũdum *Baldum in authent. bona damnatorum, C. de bonis damna. 1. col. verſi. hic quæro.*

Additiones.

¶ Non ſolum fauore dotis conſeruandæ, ſed A etiam.] Attende duplicem rationem, propter quam vxor agit conſtante matrimonio, & vide *Caſtillo in l. 61. Taur. num. 24. & Iaſon in l. ſi conſtante, ff. ſol. mat. num. 45. & nu. 47. & autorem noſtrum d. l. 61. num. 12.* & ioxta hæc dicebant non repelli vxorem mariti ſatisdatione, quominus dos in ſequeſtro ſit, vel aliàs in turo ſecundum huius actionis naturam, niſi de vtroque ſatisfietur, ſcilicet, de dote reſtituenda, & conſeruanda pro oneribus matrimonij. vt notaui infr. §. 33. & vide quod notabitur inf. §. prox. in principio.

¶ Sed etiam filij mariti.] Vide *Caſtill. in l. 61. B Taur. nu. 24. ad fin.* & quæ ſcribuntur per *Tellum Fernand. in l. 10. Tauri num. 10.* vbi pluribus citatis reſoluit, ei qui alendus eſt, deberi alimenta quoque præſtari quæ familiæ, puta vxori, liberis & famulis neceſſaria ſunt, quæ faciunt ad præſentem quæſtionem, & vide ſcripta per *Anend. reſponſ. 7. num. 1.*

¶ Etiam ſi delictum cõmiſiſſet propter quod C eſſet bannitus.] Vide *Bald. Nouell. in l. ſi conſtante, num. 49. & ibi Cretum num. 31. ff. ſol. mat. & Caſtillo in l. 10. Taur. num. 20. & l. 61. num. 24. ad fin.*

Doct. Ioan. Barahona.

Summæ rerum.

1. *Vxor an ſit domina dotis reſtituendæ.*
2. *Priuilegium à principe conceſſum, intelligitur ſine præiudicio alterius.*
3. *Res noſtra nobis non debetur.*

EX his reſultat effectus reſtitutionis dotis, & §. XX. donationis propter nuptias, & aſſignationis rerum mariti. Fit enim ſolummodo ad tuitionem dotis, & vt ex fructibus maritus, vxor, filij, & familia alimententur, ſecũdum * doctores A communiter omnes in *d. l. ſi conſtante.* & etiam in præſenti. ſignanter per *Antonium, in ver. vel dic quòd illud & iſtud.* quem alij moderniores ſequuntur. Per hoc † tamen vxor non conſequitur earum dominium, vt liberè poſſit de eis diſponere: & propterea aliqui dicunt, quòd non datur vxori ad ea conſequenda directa actio ia rem ratione dominij, ſed ſolum ratione hypothecæ: vel perſonalis; vt voluit gloſ. *in ver. venducare, in d. l. vbi adhuc, & in d. l. dote ancillam, C. de rei vendic.* quas multi doctores non leuis auctoritatis ſequuti ſunt. & *Angel. in d. l. ſi conſtante, & in l. ſeruum, ff. de manumi.* fuit de mente *Specul. iſto titul. §. fin. colum. 5. ver. ſed numquid.* quem ſequitur *Bald. Nouell. in tract. dotu 3. parte, in 6. priuilegio, in limitatione 10. & in vltima,* vbi hanc partem pulchrè comprobat: vt per eum videre poteris, cõcludens, quòd per hanc reſti-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

restitutionem dotis, vel assignationem terum mariti, vxor non acquirit dominium: imo apud maritum remanet. Quamuis *Cy. Bar. Bal. & Cuma. consi. 92.* & nonnulli alij aliter sentiant, vt ibi per eum, & per *Campe. in tract. dotis 3. parte q. 55.* ¶ In casu enim *d. l. vbi adhuc* non dicitur propria & vera restitutio dotis, cum adhuc sit matrimonium, & fiat hoc ad finem, vt mulier exinde se, suosque alat, vt dictum est. Et iden licet aliàs in casu veræ & propriæ restitutionis transferatur dominium in mulierem sine traditione: vt *l. in rebus, C. de iure dot.* tamen in casu nostro non transfertur dominium in vxorem, & sic nō potest intentare actionē in rem ratione dominij: quia non reperimus iure cautum, quòd bonis dotalibus, vt marito vergente ad inopiam, detur rei vendicatio mulieri: sed solum iura loquuntur de personali actione, & etiam de hypothecaria. igitur, &c. ¶ Nec obstat text. in *d. l. vbi adhuc, in verbo, vendicare.* quia Imperator non non habuit respectum ad vendicationem ratione dominij, sed ratione hypothecæ: vt ibi sensit gloss. quia largo modo dicitur vendicari res, quæ auocatur per hypothecariam, cùm ipsa sit actio in rem scripta: vt *l. pignoris, C. de pignor. & in §. item Seruiana, Instit. de actio.* & ideò dicitur res vendicari per hypothecariam: in *l. si fundus, § in vendicatione, ff. de pignori.* hoc colligitur ex principio *dictæ l. vbi adhuc*, ad quod se refert illud verbum, vendicare. dum loquitur de bonis mariti suppositis pro dote. hoc etiam declaratur per text. in *l. in rebus, C. eodem tit. ibi*: hypothecas suas exercere iam nostra lege humanitatis in tuitu diffinitum est. ¶ Præterea *d. l. in rebus.* dum loquitur de actione in rem danda mulieri, solum loquitur quando solutum est matrimonium. Item quando lex, vel †princeps indu- 2
cit aliquid de nouo in beneficiū alterius, illud debet censeri prouisum sine iactura tertij, maximè quando posset tale beneficium transire sine damno ipsius tertij, *Impuberibus. ff. de admi. tuto. l. 2. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pu. in c. quamuis, de rescrip. lib. 6.* Sed si mulier efficeretur domina rerum dotalium, propter superuenientem inopiam viri: consequenter maritus perderet dominium suum, & afficere- B
tur damno. Pone enim dotem esse amplam, adeò quòd fructus valde superexcederent onera matrimonij: si vir remaneret dominus, tales fructus superabundantes cederent eius lucro: & si domina efficeretur mulier, eos perderet vir, & sic adderetur afflictio marito afflicto, & infortunium patienti: quod esse non debet vt *c. ex parte sup. de clerico egrotante, cum concordantiis.* & consequenter vxor non esset particeps infortunij mariti, vt debet, per *l. si cùm dotem, §. si maritus, ff. sol. mat.* & faceret contra *l. tam demētis, cum similibus, C. de epi. audi.* Pro hac opinione vrget vna ratio satis euidens. Si enim vxor à principio, quando matrim. contraxit, sciuit maritum inopem, & sibi tradidit fundum dotalem: inopia mariti non impediret translationem dominij: quia concurrit titulus habilis, & voluntas tradentis, volentis cōstituere fundum dotalem: vt *l. traditionibus C. de pactis, §. per traditionem, Inst. de rerum diui.* & si vxor vellet transferre dominium, non constitueret fundum dotalem, *§. 1. ff. de fundo dotali.* qui text. est notabilis. Si ergo inopia mariti à principio non potuit impedire dominij translationem fundi dotalis: ergo inopia supeueniens non auferet à marito tale dominium, arg. *l. patre furioso, ff. de his quæ sunt sui vel alieni iuris.* Item pro hac opinione videtur text. in *l. seruum dotalem, ff. de manumiss.* dum vult, quòd viro ad inopiam vergente, res dotalis debeatur mulieri. Si debetur, ergo non est domina. † res enim nostra nobis non de- 3
betur. *§. 1. Institut. de actionibus.* Item si diceremus eam dominam, & dari sibi rei vendicationem ad fundum dotalem, concurrerent quatuor specialia, contra *l. 1. C. de dotis promissione.* Primum, quia constante matrimonio fieret dotis restitutio, contra *l. 2. in princip. ff. solut. matrim. tam concordantia.* Secundum, quia transferetur dominium sine traditione, contra *l. traditionibus C. de pactis.* Tertium, quia mulier haberet hypothecatam rem suam, contra *l. nec pignus, ff. de re iudicat.* Quartum, quòd mulier fieret domina sine titulo aliquo, contra *l. nunquam nuda, ff. de acquir. rerum domin.* Hanc partem finaliter reperio tenere *Lancelotum Decium in d. l. si constante, column. 6.* qui pulchrè respondet ad *authentic. quod locum, C. de collat.* vt per eum videre poteris. & ista magis placet, propter prædicta. Vel potest dici, prout dicebat *Hostiens. in titul. de dote post mortium restituenda, §. & quando competat. ad finem, ver. in his autem.* quem multi alij sequuti sunt, quòd debitur vxori hoc casu rei vendicatio vtilis: mariti enim est dominium directum de subtilitate legis: vt *Instit. de rerum diuisio. §. per traditionem, & C. de rei vendicatio, l. duce ancillam, & C. de iure dotium. l. in rebus*, vt ibi latius per eum, qualiscunq; sit actio, ipsa non consequitur dominium verum, sed solum administrationem dotis, vt ex fructibus ipsa, maritus, filij, & familia alantur: vt in præcedentibus dictū est. & propterea non est opus super hoc vltra procedere. Vel potest dici, quòd tunc demum vxor acquirit dominium terum 3
mariti sibi redditarum, quando egit contra maritum actione personali pro sua dote, quæ forsan consistebat in pecunia, & loco illius data fuerunt vxori in solutū bona mariti: quia cùm datio in solutum vicem venditionis obtineat: vt *l. si prædium, C. de euictionibus.* cum similibus, meritò earum rerum acquirit dominium: vt est de mente *Bart. in d. l. si constante.*

ADDITIONES.

¶ Secundum doctores communiter.] Attende verum & communiter receptum esse, vt propter dotis securitatem, & fructus eius detur hæc actio, vt not. sup. §. proximo, ad ea quæ ibi dixi, & infrà, §. 33. A

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

B ¶ Pone enim dotem.] Adde hanc autoris nostri ratiocinationē, ex qua subortur maxima rario dubitandi super his quę cum eodem autore notaui sup. in rubric. §. 66. nu. 23. ver. illa ergo commoditas. in quibus aliud forte dices, si per hanc restitutionem, efficitur vxor domina dotis: aliud si non.

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Dos à marito propter vergentiam ad inopiam restituta vxori, si deterioretur, vel pereat, cuius erit periculum, & num. 7.*
2. *Res perit illi, cuius est.*
3. *Res empta ex pecunia dotali, efficitur dotalis, marito non exhibente solvendo. in qua re vxor præfertur omnibus creditoribus.*
4. *Æstimatio rei dotalis an faciat emptionem, & quando.*
5. *Æstimatio rei facit quem teneri de casu fortuito, & inducit generalem renunciationem casuum fortuitorum.*
6. *Bona dotalia, si vxori ex falsa causa inopiæ restituta pereant, vel deterioretur, imputari debent marito, ex quo vxor non est facta locupletior.*
7. *Maritus si ex causa necessaria (puta quia vergit ad inopiam) solvit dotem, si res pereunt, vel deteriorentur, an erit liberatus ab vxore.*
8. *Venditor si non vult recipere pretium, & emptor illud deposuit: si pretium perdatur, imputatur venditori periculum.*
9. *Si rem tuam tibi per nuntium, quem misisti, remisi, periculum erit tuum: sicut si elegeris nuntium.*
10. *Casus fortuitus contingens, non imputatur eligenti, si non fuit in culpa male eligendo.*
11. *De casu fortuito non tenetur quis, si culpa præcessit si talis casus interuenisset, etiam culpa non interueniente.*
12. *Res si erat æqualiter peritura apud dominum, non tenetur detinens ad eius æstimationem.*
13. *Ius offerendi, quod competit possessoribus bonorum maritii, contra vxorem repetentem dotem, non habet locum, quando vxor repetit dotem constante matrimonio.*
14. *Fundus in dotem datus marito, si maritus non præstitit domino feudi seruitia debita, an mulier perdat feudum.*

§. XXI. EX istis infertur ad vnum satis notabile, & quotidianum, quod tangit solus *Bart. in d. l. si constante, in prin. col. 18. in 5. q. quarta partis*, vbi quærit, Quid si res, quas maritus vxori pro sua dote ex causa inopiæ restituit, fierēt † deteriores, ad quem incommodum pertineret? Decidit, quòd si fuerunt restitutæ in pignus & hypothecam, periculum est viri: vt *C. de pigno. act. l. pignus.* Hoc mihi satis placet in terminis, in quibus loquitur *Bart.* scilicet, quando vxor egit hypothecaria pro sua dote contra maritum ad inopiam vergentem, & ex bonis mariti loco pignoris fuerunt assignata vxori certa bona mariti. & quòd sic loquitur, apparet ex his, quæ antea dixerat in quarta quæstione. Pone, inquit, quòd vir constante matrimonio extra iudicium vxori restituit cætera bona pro sua dote, &c. in quæst. 5. dicit, Quòd tales res restituet, &c. & sic loquitur de rebus, de quibus in quarta quæst. fecit mentionem: & in hoc nihil dubitationis habet sua decisio. Nam ex quo bona data in pignus erant mariti, eius est periculum: vt *d. l. pignus, & l. quæ fortuitus, C. de pig. act. & l. sancimus, C. si certum per. & cap. vno. de commodato.* nisi culpa vxoris accidisset: vt traditur in prælegatis iuribus.

¶ Secus tamen esset, si vxor pro suis rebus dotalibus egit cōtra maritum ad inopiam vergentem, quod potest: vt est casus in *l. in rebus C. de iur. dot.* & res illæ dotales fuerunt assignatæ iure pignoris vxori, quæ passæ fuerunt incommodum. Nam tunc periculum ex fortuito casu supernenies, vxori imputatus, si res fuerūt datæ inæstimatæ. Secus, si æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionem: vt *d. l. plerumque & 4. part. tit. 11. l. 18. & 26.* Nec puto *Bart.* aliter sensisse, quoniam quando inæstimatæ sunt, remanent vxoris, quo ad naturale dominiū: vt not. in *l. decet ancillam, C. de rei vendi.* & consequenter eius tanquam dominæ erit periculum: quia datio in pignus, vel hypotheca, ex causa inopiæ mariti, non videtur earum qualitatem mutasse: cùm illæ & omnia alia bona mariti tacitè erant hypothecata, vt *Lasudus C. qui pot. in pig. ha.* iudicabitur ergo de illis, tanquam de rebus dotalibus hoc casu. ¶ Si autem res mariti essent vxoris A in dominium restitutæ ex vera causa inopiæ: tunc periculū erit mulieris. quia illi † res perit, 2 cuius est: vt *dict. l. pignus*, & erit commodum, & incommodum, sicut in aliis rebus dotalibus: vt *l. 4. & l. plerūque, ff. de in. do.* & dictis legibus regni. ita decidit *Bar. vbi suprà.* Ego non bene capio intentionem *Bart.* nam in principio huius membri videtur loqui, quando res mariti fuerunt assignatæ vxori in dominium, quia forsan egit actione personali contra eum pro sua dote, & datæ fuerunt vxori in solutum: quæ quidem datio in solutum venditionis vicem obtinet: vt *l. si prædium, C. de euictionibus, cum similibus.* tunc enim res taliter assignatæ pereunt, vel deteriorantur, vxoris periculo, tanquam veræ dominę. Postea verò subdit *Bart.* quòd erit commodum, & incommodum, sicut in aliis rebus dotalibus, secundum distinctionem *d. l. plerumque*, & per hoc sentit, quòd istæ res vxori assignatæ sunt dotales, & tanquam dotales iudicari debent. quod est contrarium eius, quod antea dixerat. Vnde si rectè verba *Bart.* eiusque mentē capio, ne cessariò dicendum est, quòd si res mariti assignantur vxori pro dote in solutum, per hoc efficiatur vera domina, periculum erit vxoris. Secus autem si res dotales assignantur vxori in dominium pro dote: quia secundū opinionem Bar. & aliorum, retransfertur dominium rerum dotalium in vxorem, cui restituuntur propter mariti veram inopiam: quasi per hoc non mutetur natura dotis, & res maneant dotales, & de eis vt de rebus dotalibus iudicetur: vt dicebat *Bart.* seruata distinctione *l. plerumque*, vtrum fuerunt æstimatæ, necne. Si enim fuerunt inæstimatæ, remanent in dominio vxoris, & suo periculo pereunt. Sed si tradantur æstimatæ, ea æstimatione, quæ facit emptionem, transeunt

in

in maritum omnioo reſpectu vtriuſque dominij: & ſi poſtea reſtituũtur vxori in dominium, quia dantur ei in ſolutum, eius erit periculum: quia datio in ſolumm, facit deſinere res eſſe dotales, & transfert dominium in vxorem, vt prædixi. Eius ergo erit periculum, ex quo eſt vera domina. ¶ Intellige [b] ſanè prædicta, quando B res datæ in dotem fuerunt æſtimatæ ex æſtimatione, quæ facit emptionem: quia tranſierunt in virum, habentem pluta alia bona, ex quibus poſſet vxori conſuli, ſuper dote: quo caſu res deſierunt eſſe dotales, vt propriè ipſius mariti aſſignentur vxori in ſolutum. Si tamen non haberet maritus alia bona, quamuis illæ res fuiſſent æſtimatæ vera æſtimatione: non per hoc deſinerent eſſe dotales, quominus ad illas, vt ad res dotales, poſſet vxor habere regreſſum: ita no. probat tex. iuncta glo. *in ver. æſtimate, in l. in rebus, C. de iur. do.* & ibi no. *Bal.* vide quæ ſcripſi in rubric §. 17. poſt principium, ver. iotellige quando & verſi. intellige tamen. ad idem tex. com glo. & *ibi Bar. in authen. ſine à me, C. ad Vellcia. & in authen. ſed iam neceſſe, C. de donat. ante nupt.* & ibi not. *Bal. in quinta q.* bene facit, quod in ſimili legitur, & not. in *l. ſi vt proponis, C. de rei vendi. & in l. cùm vxor, ff. de iur. do. & in l. vxor marito, ff. iſtis.* vbi † res empta ex pecunia dotali efficitur 3 dotalis, marito non exiſtente ſoluendo, in qua re præfertur vxor omnibus creditoribus, ſecundum *Bal. in d. authẽ. ſed iam neceſſe 5. q.* propter iura prædicta, quæ ſimiliter ad hoc allegat *Bald. in l. 1. § decedente 4. col. in fi. de his qui feudum dare poſſ. feudorum, & in l. intereſt, in fi. C. de vſufructu.*

¶ Ex his iotetes, quòd tales res æſtimatæ vera æſtimatione, maritus qui non eſt ſoluendo, non poterit alienare, vel obligare, quod eſt valde notandum, & pro ſingulari commendat *Franciſcus de Crema in ſingulari 19.* Si autem illæ res æſtimatæ remanent dotales, non obſtante æſtimatione: ergo de eis, vt de dotalibus, iudicandum eſt, ac ſi nulla præceſſiſſet çſtimacio per iura prædicta, per conſequens peribunt periculo vxoris: niſi dixeris, quòd hoc fuit introductum fauore dotis, ne pereat: vnde non debet retorqueri in eius odium: quod fieret, ſi rerum periculum ad vxorem ſpectaret. Cogitabis ſuper hoc, quia non reperio in ſpecie tactum.

¶ Æſtimatio† autem regulariter præſumitur 4
A * facta, vt faciat emptionem, ** ex quo facta eſt commemoratio prerij: vt no. per glo. & doctores io *l. ſi inter virum, C. de iure do. & in l. ſi æſtimatis. ff. ſo. ma.* vid. gloſſ. in *l. 1. ff. de ſuperficiebus.* ¶ Intellige, quando pretium eſt rei condignum, & æſtimatio ſit in ipſa rei traditione à principio. Secus ſi ex interuallo: nam tunc oõ præſumitur fieri nouationis cauſa: vt *l. ſi. C. de nou.* ſed cauſa probandi iotetteſtata ootar ter declarat *Bald. in l. ex conuentione, C. de pactis ver. 3. caſu.* idem dicas, ſi in æſtimatione ponerentur aliquod pactum emptioni contrarium: vt ſi bos æſtimatus daretur ruſtico in ſocidam: cum hoc, quod fructus bouis debeant eſſe communes: illa æſtimatio non facit emptionem: nam ſi eſſet emptio, fructus eſſent ſolius emptoris. Vnde æſtimatio in contractu, in quo tota vtilitas, vel incommodum non pertinet ad recipientem, non facit propriè emptionem: vt eſt caſus not. in *l. cum duobus § damna fatalia, ff. pro ſocio* ſecundum *Bal. in l. ſi paſcendo, in fi. C. de pactis.* & iſta commenda memoriæ. Adde aliam limitationem, quòd tũc æſtimatio rei dotalis facit emptionem, quando maritus eſt ſoluendo: nam tunc maritus poteſt alienare: quia fundus ille cenſetur proprius mariti, nec ſoluto matrimonio poteſt mulier fundum illum vendicare. Sed ſi maritus efficeretur non ſoluendo, tunc æſtimatio non facit venditionem, imo mulier poteſt illum vendicare. iſta gl. ſingularis in *l. in rebus in princip. C. de iure dotium*, tenent *Bald. & Saly. in l. inter antiquam, C. de vſufructu, Ioan. de Imol. in l. ſi æſtimatis, ff. ſolut. mat.* latius in *c. cum contingat, de reſcript.* quos refert & ſequitur *Iaſon in l. vna ff. de æſtimatoria actione co. 2. per illud tamen.* adde *Franciſcum Arctinum in l. ex conuentione, C. de pactis, Bar. in quarta parte conſiliorum, conſ. 12. & 18. & Marianum Socinum, conſil. 57. incipiente, ſtantibus.* vbi multa dicit de dote æſtimata, quæ rogo videas. Adde ſimiliter, quòd † § æſtimatio rei facit quem teneri de caſu fortuito, & conſequenter inducit renunciationem generalem caſuum fortuitorum: vt ſentit gl. ſingularis, in *lege, ſi vt certo, §. nunc videndum, in verſiculo, periculum, ff. commodati.* de quo per *Bal. in l. 1. C. eodem, per Modernos, in l. ſi quis rei. § quæſitum ff. ſi quis cautio.* Ex prædictis infertur ad deciſionem quæſtionis, quam vidi, in practica pater tradens filiam nuptui, promiſit genero ducenta in dotem, & ſtatim ſoluit ſibi centum. deinde conſtante matrimonio, pro aliis centum tradidit fundum. ſol. ma. ſine filiis, per mortem viri vxor petit fuodum tanquam dotalem ſibi reddi. hęredes viri dicunt fundum non eſſe dotalem, quia datus fuit in ſolutum æſtimatus in centum: quæ æſtimatio facit emptionem, per iam dicta vxor dicit, quòd licet daretur in ſolutum æſtimatus, ſaltem medietas fundi, tanquam conſtante matrimonio empti, ſibi debetur propter legem regni, quæ de lucris cõſtante matrimonio habitis clarè diſponit de emptione conſtante matrimonio facta, *Fo. legum lib. 3. tit. 3. l. 1.* de qua ſuprà, in rubri. §. 62. in prin. Pro vera deciſione huius dubij, videoda eſſent & ponderanda verba contractus, & çſtimacionis, ex quibus appareret, an ſit fundus venditus vel non, diſcutiendo per caſus, quos pulchre ponit *Marianus Socinus, in dict. conſi. 56. prima partis.* quod ſemper teneas cordi in hac materia. & vide *Bald. in l. quoties in fi. C. de iure dot.* quem allegat *Marianus, vbi ſuprà, final. col. ver. ex quibus concluditur.* vide rogo *Philippum Corneum, conſil. 15. incipiente, in nomine, in hac conſultatione 2. partis.* qui pulchre loquitur.

¶ Redeo ad *Bart.* qui dicit ſubſequenter, quòd ſi maritus ex falſa cauſa inopiæ res prædictas vxori reſtituit, quæ poſtea periemt, vel

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

deterioratæ sunt, marito imputandum est: quia non debuit restituere vxori perdituræ: vt *l. mutuum, §. manente, ff. de reb. de.* vbi littera dicit, manente matrimonio, non perdituræ vxori, ob has causas dos reddi potest, vt se, suosque alat, vt fundum idoneum emat, vt in exilium vel insulam relegato parenti præstet alimoniam, aut vt egentem virum, fratrem, sororemve sustineat, eò, quòd in casibus, in quibus permittitur dot vxori reddi, oportet quòd vxor non sit perditura. Ad idem est text. no. in *l. si ante si.* vbi permittitur marito reddere vxori fundum dotalem, vt vendat, ad soluendum creditoribus, si pretium creditoribus soluatur, rectè solutum est. & dicit *glo. in ver. creditoribus.* tunc enim non est perditura, quod exigitur: vt *d. §. manente*, vt de emptore rei ecclesiæ dicitur. & ita sentit, quòd si pereat fundus, vel creditoribus non soluatur, imputetur marito, qui vxori perdituræ reddit. Imo plus sentit illa glos. sing. quòd si maritus soluit ex aliqua de causis prædictis, liberatur ab actione de dote: ita demum si probet marinus vxorem, cui dotem restituit, eam expendisse in aliquam ex causis iustis: aliàs non liberatur: vt voluit illa glo. dum dicit idé esse in marito, quod in emptore rei ecclesiasticæ. iuxta *authen. hoc ius porrectum.* com ibi not. *C. de sacrosan. eccle.* ad hoc reputatur no. illa glo. per *Lud. Ro. in l. quamuis, ff. sol. matrim.* quem refert & sequitur *Alexan. ibi. 1. col. ver. item intellige.* qui subdit, quòd text. in *l. fi.* hoc innuere videtur, dum in fine dicit, Si pretium creditoribus soluatur, rectè solutum. Oportet igitur probari per maritū, quòd pretium fuit vxoris creditoribus solutum, facit etiam text. *in l. si cum dotem, §. 1. ff. solut. matrimo.* & ibi. hoc expresse firmat *Bart. in ver. quæro quis debet probare, per l. 3. §. si mutuatus, ff. de ea rem ver.* ad idem text. in *l. seruus si in rem. cod. tit.*

¶ Et secundum ista debet intelligi *glos. 1. in fi. in l. 2. ff. sol. mat.* dum dicit, quòd maritus reddens vxori dotem constante matrimonio non liberatur, nisi quæreus illa facta esset locupletior: quam glo. multum commendat *ibi Bart. 2. colum. ver. quinto quæro.* & ibi latius 2. *col.* Idem voluit glo. in *l. cùm in fundo, §. vxor vxo. in verb. recepisse, ff. de iure dot. & in authent. de nupt. §. dotes, colla. 4.* approbat *Bal. in l. debitor. ff. de iure do.* no. plenissimè per *Laco. de Arct. Cyn. & alios in l. vna, C. si dos constan. mat.* Ex quibus omnibus videtur concludendum, cum *Bart.* quòd si † bona dotalia vxori ex falsa causa inopiæ restituta pereant, vel deteriorentur: imputetur marito, ex quo vxor non est facta locupletior. ¶ Quod ego intelligerem verum ex mente *Bart. in 4. qu. eiusdem partis*, quando maritus participauit de fraude, quia sciebat se diuitem, & diligentem, & malitiosè confessus fuit se vergere ad inopiam: quæ confessio sibi soli præiudicat: vt dixi sup. col. 76. ver. constabit autem. nec potest reuocare: vt dixi sup. col. 80. ver. fateor tamen. Valebit ergo ista confessio, quo ad sui præiudicium, non autem quo ad præiudicium vxoris quoniam hoc casu maritus, ex quo causa nō est vera, sponte restituit dotem vxori constante matrimonio: quod regulariter prohibitum est: vt *d. l. 1. si dos constante matrimonio*, &c. propter quod est in culpa, & fraudem cōmittit, & per consequens non liberabitur, nisi quæreus probauerit vxorem factam locupletiorem: quia frans & dolus sibi patrocinari non debent: ad hoc videtur casus secundum vnū intellectum in *d. l. si. ff. de iur do.* ibi: maritus consensit, si nulla in ea re capio sit furtiua. vbi per illum text. dicit *Bald.* quòd satis est marito, si dotem vxori soluit ex causa probabili. tene menti illum rex. ad hoc. ad idem facit text. in *l. pe. eo. tit.* vbi socer, qui fraudulenter induxit generum vt ei insidiaretur, maiorem promittens dotem, quàm soluere poterat, perdit beneficium, vt non conueniatur, de ducto, negat, propter fraudem, quam adhibuit: vt dixi sup. in rub. col. 90. & 91. Si autem marinus de fraude non participauit, nec est quod sibi imputetur, quāuis causa inopiæ esset falsa, vt puta, quia testes dixerunt mendacium, vel corruptus iudex malam protulit sententiā, cui maritus paruit: & vxor communi opinione approbante restituit: quamuis postea pereant etiam culpa vxoris, nō crederem imputandum marito: imo de eis iudicabitur, vt de rebus dotalibus. Ita ferè in terminis nostris voluit *Bart.* quem alij sequuntur, in *l. si constante. §. si post solutum, ff. sol. matrimo.* vbi dicunt, quòd † si maritus soluit dotem ex causa necessaria, vt puta propter eius vergentiam ad inopiam: liberatur maritus ab vxore, quamuis res pereant, vel deteriorentur. & in hoc omnes sunt concordes, quos sequitur *Ioan. de Imo. ibi in 2. col. in ver. in glo. communi.* dicens, quod sine maritus soluat dotem vxori constante matrimonio ex causa necessaria, siue voluntaria: dummodo fuerit iusta, & mulier verisimiliter non esset perditura, vt quia erat honestæ vitæ, & bonæ discretionis, & apta ad retinendum, & conseruandum, & diligens in suis agendis. & sic communiter reputabatur, licet postea casu perdantur res vel pecunia, quia furto subtracta fuit, absque eius culpa maritus liberatus erit, ex eo, quia soluit authoritate legis, & in nulla culpa fuit: ergo debet dici liberatus, ne aliàs reperiatur deceptus legis authoritate, contra *l. 2. C. de his qui veniam æta. impe. & l. Gracchus C. de adul.* & quia lex non debet esse captiosa, nec mittere alicui laqueum: vt *c. literas sup. de rest. spo. & 27. qu. 1. c. de viduis.*

¶ Idem etiam videtur dicendum sub dubio forte, licet mulier ex post facto culpa sua perdiderit, ex quo maritus non fuit in culpa tempore solutionis, cùm videat ipsam diligentem & verisimiliter talem, quæ non erat perditura. Secus si verisimiliter debuit scire, vel dubitare ipsam perdituram tempore quo soluebat, *arg. l. si quis cum sciret, ff. de vsucapio. pro empto.* ista sunt no. verba *Ioan. de Imo. vbi supra*, quem refert & sequitur *ibi Paul. de Cast.* cum quibus concor. *Rapha.* ad quod bene facit, quod notat *Bart. in l. si so-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

si soluturus. ff. de so. vbi dicit, quòd si venditor
8 non vult † recipere pretium, & emptor illud
depositum, & non potest ei imputari culpa malæ
electionis, vel alia culpa: quamuis perdatur pre-
tium, non imputatur ei periculum, sed vendi-
tori: vt ibi per eum. ¶ Ad idem facit tex. nu. in
l. cum qui. §. si cum l. seq. ff. commo. vbi dicitur, quòd
9 si † rem mam tibi remisi, cum eu cum quo ra
mandasti, quod tibi remitteretur: periculum erit
tuum. Sed si ego elegi nuntiũ cum quo remisi,
& ille fugit, meum est periculum: qui enim non
tam idoneum hominem elegit, vt rectè id fieri
possit, in colpa est, vt ibi dicitur. ¶ Ad idem fa-
cit *l. argentum, eod. tit.* vbi litera dicit, Argentum
commodatum si tam idoneo seruo meo tradi-
dissem ad perferendum, vt non debuerit quis
æstimare futurum, vt à quibusdam malis homi-
nibus deciperetur: tuum, non meum derrimen-
tum erit, si id mali hominer intercepissent. ¶ Ad
idem text. not. in *l. si res pupillaris, ff. de admin. tu.*
vbi si res pupillaris in cursu latronum pereat,
vel argentarius, cui tutor pecuniã dedisset, cùm
* fuisset celeberrimus, solidum reddere non pos-
sit: nihil eo nomine tutor præstare cogitur, ex
quo inferebat *Ange. in l. si à bonæ fidei, ff. de rei vend.*
vnum verbum satis notandum, de quo feci
mentionem in rubri. col. 27. in fi. ver. & per ista,
& infrà col. 448. ver. sed si tutor, vbi videas mul-
10 ta similia. ¶ Ex quibus apparet, quòd si † quis
non fuit in culpa, in mala electione personæ: ca-
sus fortuitus postea contingens, non imputabi-
tur eligenti. Vnde ad propositum nostrum, si
maritus non fuit in culpa, nec dolum adhibuit
in assignanda vel restimenda dote vxori, quãuis
causa inopiæ falsa fuisset, & postea dos pereat,
non debet marito imputari, qui bona fide, & ad
mandatum iudicis, & lege permittente, imo le-
ge cogente, dotem restituit vxori. videbitur ergo
liberatus à muliere vt etiam sentit *Alexan.* post
Bart. & alios, in d. l. si cùm dotem, §. si post solutum, 3.
col. ver. nec obstat. vbi dicit, quòd licet maritus, qui
constante matrimonio soluit vxori dotem ex
causis voluuariis, à iure permissis: nõ liberetur
à patre vxoris: liberatur tamen ab ipsa vxore:
vt, *l. quamuis eo. si.* Si tamen soluitur dos ex causa
necessaria propter vergentiam ad inopiã, quia
soluit necessitate cogente, & solnere potuit, et-
iam sine cuntensu patris: tunc liberatur mari-
tus: quamuis res dotales pereant, vel deterio-
rentur: vt in *authen. quod locum, C. de col. & in cor-*
pore vnde sumitur, secundum *Alexan. vbi sup.* ita
intelligo *Bar. in d. l. si constante.* & hanc puto eius
mentem fuisse. ¶ Idem forsan attentari potest,
quando maritus ex falsa causa inopiæ vxori do-
tem assignauit, vel restituit, vt se exoneraret ab
onere administrandæ dotis, vel ea alia simili
causa: & dos periit, vel dos deteriorata est ex ca-
su fortuito, ex quo certissime periret vel dete-
rioraretur, etiam si non esset vxori restituta: vt
puta quia cum dos retineretur in domo, in qua
simul maritus & vxor cohabitabant, quæ qui-
dem domus incendio combusta est, cum omni-
bus bonis, quæ ibi erant, sine culpa mariti. equi-
tas suader, quòd cùm hoc casu dos esset pertu-
ra, quamuis vxori non esset restituta, vt de ea iu-
dicetur, ac si non esset restituta. Vnde tenenda
erit distinctio *d. l. plerunque.* Idem si dos consi-
steret in animalibus, in quibus fuit adhibita di-
ligentia necessaria, quanta posset adhiberi, si
maritus illa teneret: itaq; nõ est vis, apud quem
fuerint, ex quo erant peritura. Pro ista decisio-
ne allego res mm, cuius non fui memor cùm C
hæc scripsi, in *l. si. §. si ea, ff. ad legem Rhodiam, de*
iactur. vbi nõn tenetur quis de † casu, si culpa 11
præcesserit: si talis casus interuenisset, etiam culpa
non interueniente, quod rene menti. facit *l. si*
quis §. est & alia. ff. quod vi aut clam. & l. is qui. ff. de
act. & obligat. & ita limitantur iura, quæ dicunt
casum imputari quando culpa præcessit casum,
secundum *Paul. in d. §. si ea.* vide *l. si ex legati causa.*
adde etiam nu. *in l. quæ fortuitis, C. de pig. act. & in*
Lincundium, C. si cer. pet. & in c. 1. de commodato. &
Petrum de Palude, 4. senten. dist. 15. q. 2. art. 1. ad finem.
vbi inter cætera refert opinionem Martini di-
cẽtis, quod si † res erat æqualiter peritura apud 12
dominum, non tenetur derinens ad eius æsti-
mationem. ¶ Ex prædictis infertur, quòd ius
offerendi, † quod competit possessonbus bo- 13
norum mariti, contra vxorem repetentem do-
tem, secundum *l. mulier, ff. qui po. in pig. hab.* non
habet locum, quando vxor repetit dotem con-
stante matrimonio: quia illa non est vera dotis
restitutio, sed in rutũ collocatio. & ideo cessat
ius offerendi, aliàs ius cedendarum actionum,
ita dicit singulariter *Bald. in c. cùm contingat. in fi.* 1
3. col. sup. de dolo & contum. dicens transire *Cyn. &*
Iacob. de Aret. in l. cùm tibi, C. qui po. in pig. ha. se-
cundum *Benzellinum hic, adicit. 9.* idem tenet *Cyn. in*
d. l. vbi adhuc 4. col. ver. decimotertiò quæritur, Ioan.
And. in Spec. de dote post diuortium resti. §. formatis,
ver. sed cùm mulier. facit *l. cum tibi.* à contrario sen-
su, *C. qui po. in pig. ha.* Idem tenet *Alb. in l. vbi ad-*
huc col. 5. ver. ex predicta soluit. quia cum non pos- 1 2
sit fieri solutio, nec oblatio *d. si finita. §. postquam*
autem, ff. de dam. infec. cùm enim non sit tempus
soluendæ dotis, oblatio non fit congruo loco
& tempore, *l. si soluturus, ff. de solut.* & quia expe-
dit, ne mulier sit indotata, *l. generaliter C. ad*
Velleian. & quia fauore mulieris inductum est,
quòd agere possit bypothecaria, licet personalis
nondum competat: ergo in eius læsionem
retorqueri non debet, *l. quod fauore, C. de legi. cum*
simi. & ideo non potest ei offerri. Idem tenet
Bald. in d. l. vbi adhuc col. 2. ver. ibi posita ut quisquis.

¶ Sed *idem Bald. in authent. quod locum, C. de*
collat. ver. quinto quæro. & in d. l. si constante, ff. solut.
mat. tenet contrarium: imò quòd sicut vir po-
tuisset offerre, & vxorem repellere: ita vide-
tur, quòd creditores possent, argu. *d. l. mulier. ff.*
qui po. in pig. ha. hanc sequitur *Ang. in d. l. si con-*
stante. ad finem principij. & ibi Ioan. de Imol. 9. co-
lum. ver. item in quantum dicit. & etiam *Paul. de*
Cast. 3. colum. in prin. hos sequitur *ibi Alexand. col.*
17. ver. item in quantum, Bar. hic in eadem quæstione.

huic

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

huic sententiæ adhæret *Ioann. Campetus in suo tractatu dotis 3. parte qu. 51. & Bald. Novellus in suo 7. parte, privilegio 47.* & hanc sequor, cùm per eam vxori & creditoribus consulatur: quia potest vxor à creditoribus pecuniam recipere, & illam apud mercatorem ad partem honesti lucri deponere: vt hic. & si forte mercator idoneus non reperiatur, penes quem fiat depositio pecuniæ dotalis, tunc procedere posset prima opinio. Ista concordia fuit de mente *Ioann. de Imo in d. l. si constante*, vel aliter, secundum *Bal. in d. authen. quod locum*. Prima opinio posset valere, quando ageretur vtili rei vendicatione pro re quasi dotali æstimata, vel hypothecaria pro eadem re, quia est affecta oneribus matrimonij, *l. in rebus C. de iure dot.* Secus in mera hypothecaria: vt *ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. l. Paulus*, §. *qui pignoris. Bal. Nouel. vbi suprà*, videtur sentire aliam concordiam, quòd si ex oblatione, quam faciunt creditores, non ita facilitèr potest mulier vitam transigère, sicut ex bonis mariti, non permittitur dicta oblatio, aliàs secus: quia licet faceatur mulieri in sua dote, non tamen iura hoc permittunt, vt lueretur propter hoc mulier, cum aliena iactura, *l. inter succursum*, §. *fi. ff. de in. dot.* alias esset in potestate mulieris, quando videret virum labi facultatibus, eludere alios creditores, dicendo se velle reuocare vnicersa bona pro dote. quod esset captiosum in iacturâ aliorum creditorum, & malitiis hominum non est indulgendum, *l. in fundo. ff. de rei ven. c. sedes, de rescriptis.* Adde hic, quòd si vxor dedit marito in †dotem fundum feudalem, & quia maritus non præstitit domino feudi seruitia debita, vtrum mulier perdat feudum: vide notanter *Iacobinum in tractatu feudorum, in parte, & promiserunt eidem domino suo præstare debita seruitia, qu. 24. ver. sed hic cadit pulcherrima dubitatio.*

14

ADDITIONES.

A * ¶ Adde *regulam* 180. *incipi. æstimatio. in meis regulis & fallentiis*, vltra *Socin.*

IOAN. BERNAR.

A ¶ Si autem res mario.] Vide circa istam doctrinam *Ioan. Cror. in l. si constante, in prin. in secunda repetitione, ff. solut. matrimo. nu. 152. & Con. pract. quæst. c. 28. nu. 8. verfic. atque ita non potest.*

B ¶ Intellige sanè prædicta.] Circa materiam dotis existimarè, quam hic prosequitur author, & omnes articulos qui per eum inferius tanguntur, vide elegans consil. *Socini Iunioris, consil. 141. lib. 2. & Hippol. de Marsi. singul. 691. & Cremens. singular. 19. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 20. Carol. Mol. in consuetu. Paris. §. 55. num. 106.* & ex nostris lege *authorem sup. in §. 17. num. 8. in rubric. & Anton. Gomez in l. 53. Taur. nu. 42. & num. 44. & Pinel. C. de bon. mater. l. 2. part. 3. num. 15. & Bernard. Diaz in suis fallentiis regul. 278.* & pulchrè atque ex professo in ea materia scribentem *Couar. practic. quæst. c. 28. per tot.* Adiungeque *Nauar. in Sylua nuptial. lib. 2. num. 70 cum seq.* apud quos multi alij referuntur, multaque dicuntur & docentur, quæ conferunt ad hunc locum, & intellectum text. *l. 18. & 19. tit. 11. par. 4.*

C ¶ Pro ista decisione allego text.] Attende singularem doctrinam, qua culparus liberatur à damno, quod sine culpa sua interuenisset alia forte causa, & vide *authorem sup. §. 47. ad fin. & Gregorium glo. i. l. 4. tit. 11. part. 4. & glo. b. l. 6. tit. 14. part. 6. & glo. R. l. 4. tit. 14. part. 7. & Villalob. inter communes sententias, vers. consulens, nu. 190. Ducæus regula 149. Hippoly. singul. 665. Matth. singul. 96.* & ibi *Gabriel Sarayn. & Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 2. num. 11. cum sequent.* per quos tam in ciuilibus quàm in criminalibus, multi allegantur, multaque dicuntur. Addeque *Benuenut. de mercatur. ci. de nauc. nauib. & naueg. 4. par. & Boerium decis. 167. part. 1. ad fin.*

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Matrimonium putatiuum habet priuilegia veri matrimonij.*
2. *Res empta ex pecunia dotis putatiuæ efficitur dotalis.*

§. XXII. AMpliabis primò istum textū & prædicta, vt vxor possit reperere dotem, & alia, de quibus sup. non solum à marito vero, sed etiam à putatiuo: quia † matrimonium putatiuum 1
a * habet priuilegia veri matrimonij, glos. in *l. A *
dotale. ff. de fundo dotal. & in rub. ff. sol. mat. & inf. l. 2. §. fi. ff. de priui. cred. & in l. 1. C. de cond. ob cau. & in l. assiduis, C. qui po. in pig. ha. in glos. magna, in fi. & in §. si aduersus, Inst. de nup. hinc est, quod † res empta ex pecunia putatiuæ dotis, est dotalis *l. si cùm dotem, §. fi. ff. solut. matrimon.* faciunt multa, quæ cumulauit in rub. §. amplia tertio. 2

ADDITIONES.

A * ¶ Adde bonam *legem* 81. *in legibus Tauri*, vbi vxor putatiua punitur de adulterio, sicut vera.

IOAN. BERNAR.

¶ Ad complures matrimonij putatiui effectus, vide multos quos adiunxi sup. in rubri. §. 21. nu. 8. vers. secus si esset nollum. & rursus multos in §. 36. & in §. 62. nu. 23. vers. in matrimonio putatiuo. Venum casus nostet repetendæ dotis ab vxore, propter inopiā mariti, nec cio quo iure proponatur in iudicio per coniugem putatiuā, cum mox ei opus sit, de penitus dissoluēdo matrimonio, vel vitio quod obstat purgando agere. nisi dicas dum hoc vltimum agitur, posse remedium hoc exerceri, & en casu proderit quæstio, de qua sup. in §. 9. & rursus infrà §. proxim.

D. IOANNES BARAHONA.

SVMMA RERVM.

1. *Dotem propter viri paupertatem repetere non possit vxor, si quando contraxit, sciebat maritum inopem.*

§. XXIII. AMpliabis secundò etiam, si marius à principio fuisset pauper. ita renuerunt *Bart. & multi alij*, de quibus sup. col. 28. in fi. cum sequen-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sequentibus, ad hoc in fi. & *Alex. in l. si constante in prin. col. 12. ver. in quantum. Bar. hic in 6. q.* qui respondet ad motiua eorum, qui tenent opinionem contrariam. quos retuli sup. col. 15. ver. & quamuis. quibus adhæret *Collectarius in presenti. ver. quid si mulier. & Ioan. Fab. in d. l. vbi adhuc.* & ibi *Alber. col. 2. ver. item quæritur.* distinguēs: aut vxor sciebat maritum inopem, & facit sibi præiudicium cum tali contrahendo, vt non possit ab eo † dotem propter paupertatem exigere, adducens pro hoc aliqua de his, quæ ego adduxi in loco proximè allegato. aut ignorauit à principio & postea scit: & tunc secus, arg. *C. de epi. aud. l. & si legibus, & l. mulier. §. in quoque. de spon.* idem *Pau. de Cast. consil. 392. pen. colum.* hanc opinionem sequitur *Petrus de Ferraria*, tanquam veriorem, & magis æquitati consonam, *in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in parte, vxor quondam, colum. 5. ver. vltrius quæritur.* ¶ *Salyc. in d. l. vbi adhuc in 5. q.* tutitur opinionem concordare, dicens quòd subuenitur molieri, si constante matrimonio maritus inchoat male vti substantia sua: & sic licet antea inchoasset, si tamen postea nil inchoat, lex non subuenit. eo verò inchoante malè vti post matrimonium, hoc remedium locum habet. licet quidam forsan dicerent, quòd hæc potius esset continuatio, vel perseuerano mali vsus. quod non est verum, attento & considerato quodam medio, videlicet contracti matrimonij, omnis malus vsus postea interueniens, potest dici inchoatus, post matrimonium contractum. & isto casu licet mulier ante matrimonium sciuerit eum inopem, vel ptios malè vti inchoasse, habet istud remedium, propter inchoatum post contractū matrimonium. Et isto casu toleratur sententia *Bar.* secundum eum: de quo tamen vide quæ latè dixi in loco prælleg. & adde legem regni, quæ videtur decidere, quòd tunc demum potest vxor petere dotem à marito, quando marius constante matrimonio incepit male vti substantia sua. Quamuis ergo tempore matrimonij esset pauper, non tamen dissipat bona, imo ea bene conseruat, non erit locus huius dotis repetitioni. ita dicit *lex 29. tit. 11. 4. parti.* quam tenemus, & in iudicando & consuledo non discedas ab ea. quicquid dixerint doctores prælleg.

ADDITIO.

¶ Circa huius §. quæstionem sat multa dicta sunt per *auctorem supra in prooemialibus §. 9. nu. 1. & seq.* vbi io ver. Si tamen à principio marius. ego ostendi verius, & communi sententia approbatum esse, competere vxori remediū hoc quamuis à principio maritus pauper esset, vt vere dixerit *Bald. Nouel. in l. si constante, in prin. ff. sol. mat. nu. 53.* hoc esse benignius & fauorabilius duobus, & sequendum in iudicando & consolendo, atque hoc ipsum securè sequitur *Gregor. in glos. d. l. 29. tit. 11. par. 4.*

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Paupertas viri non facit locum repetitioni dotis, sed mores.*
2. *Captura debitoris fugitini à principio ante litem contestatam, licèt alij, & etiam si lite pendente incipiat effici non soluendo.*

§. XXIV. n. 1.

AMpliabis tertio, vt ista procedant, etiam si à principio maritus esset dines, & postea contracto matrimonio, sine culpa sua efficiatur pauper. Nam & tunc potest vxor dotem repetere, & alia, de quibus sup. dictum est, propter generalitatem *d. l. si constante, & dicta l. vbi adhuc.* secundum *Bart. in d. l. si constante 4. q. prima parte*, dum loquitur de mercatore, qui naufragio res suas amisit. Hanc sententiam communiter sequuntur doct. *in l. si constante, & in l. si cùm dotem, §. si maritus, eod. tit.* vt ibi latè per *Alexan. col. 6. ver. nota primò.* post alios, quos ipse refert, & *Campetus in tractatu dotis, 3. parte qu. 18.* de quo aliquid tactum est sup. col. 8. §. & propterea. Contrariā opi. tenuerunt *Cyn. Ioan. Fab. & multi alij, in d. l. vbi adhuc. Hostiens. in summa de dote post diuortium restituenda, §. & quando competat.* idem *Hostiens. in præsenti.* & sequitur *Franciscus Cardinalis*, & nonnulli alij, dicentes, quòd † paupertas viri non facit locum repetitioni, 1
sed mores viri. Hanc opin. approbat *lex regni prælegata 4. parti. tit. 11. l. 29.* dum dicit, quòd si maritus malè non administrat, licet casu ad
paupertatem venerit, non A
dotem exigere: A *
vt dicit illa lex, quam in iudicando & consulendo sequere, tam in foro ecclesiastico, quàm seculari: ex quo de iure canonico, non habemus decisionem, oportet recorrere ad iura regni: vt dixi in rub. introductione col. 7. ver. meritò ergo, ad confirmationem huius tertiæ ampliationis facit quod in simili dicimus, quòd sicut licita est captura † 2
debitoris fugitini à principio ante litem contestatam: vt *l. ait prætor. §. si debitorem, ff. de bi qua in fra. cred. Instit. de ac. in princ.* not. io *6. cum non ab homine sup. de iudi.* Sic etiam, quando lis pendebat cum debitore, & lite pendente incipiat effici non soluendo, secundum *Angel. in repetitione l. nemo carcerem, C. de exac. tri. lib. 10. post modum, ver. item quare quid si lite pendente*, secutit *gloss. in l. fi. C. de fer.* secundum com. sequitur *Alexand. cons. 47. col. pen. incipit, magnifice prætor. Iason in l. arbitro solum. 7. ver. quartò limita. ff. qui satisda. cog.*

¶ Et per hoc videtur non tenenda decisio *Bart. in d. l. si constante 4. colum. vers. quartò quæro.* dum dicit, quòd licet vir benè inchoet vti substantia sua, si malum exitum habuit, quia perdit, vel depauperatur: nihilominus poterit vxor vti remedio prædicto. quia res dicitur malè geri respectu finis, *l. an in totum, ff. de impen. in reb. do. fa.* Item in ambiguis pro dote est respondendum, *l. in ambiguis, ff. de re. iur.* hæc videtur sentire

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sentire *glos. in authen. de equali. do. § illud, & Bar. vbi sup.* Sed per prædicta tene contrarium, quoniam si maritus cœpit bene vti substantia sua, non potest tũc dici ad inopiam vergere, si postea essũ male successit, & effectus est pauper, nõ debet sibi imputari: vt apparet ex prædictis, signanter ex prælegata lega regni.

ADDITIONES.

A * ¶ Adde, quòd *ista l. regni* hoc disponens (vt à doctissimis viris audiui) practicatur, quoties vxor petere vult dotem à viro, nullis apparentibus creditoribus: eis tamen instantibus, tunc vxor constante matrimonio, & etiam viro existente inope ob casum, & non suis malis mocibus, præfertur eis, & potest se opponere præfata l. non refragante. quæ practica est satis æqua, vt constat.

IOAN. BERNAR.

A ¶ Non potest vxor ab eo dotem exigere.] *Bernard. episcopus Calagurita.* hic addit hoc limitandum in praxi, si mariti creditores debita sua petant, vt tunc eis præferri in dotis exactione petere possit vxor, etiam cessante culpa mariti. & adde *Didac. Perez., ad Segur. de ben. lucrat. consit. mat. num. 9. & Villalobos, inter communes sentencias, vers. actio dotis, num. 22.* Sed quid mirum, cum non agat isto remedio, sed longè diuerso, & contra creditores?

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Dotem repetere an possit vxor à marito, si maritus pauper, vel inops. & negligens à principio, postea efficiatur dives vel diligens.*
2. *Priuilegia debent esse perpetua.*
3. *Cessante causa cessare debet effectus.*

§. XXV. AMpliabis quartò prædicta, vt procedant, etiam si maritus † pauper, vel inops & negligens à principio, postea efficiatur dives, vel diligens: ita dicit glo. in *d. l. vbi adhuc. in versi. abutatur*, & ibi *Cyn. in quæstione* 17. & ibi *Ioan Fab. & multi alij, Bar. in d. l. si constante*, § 1. *in fine.* per bona fundamenta, quæ videri possunt, & ibi *Ioan. de Imo. fi. col.* & etiam *Alexander, in fine.* & eo tacito *Campegius in tractatu dotis 3. parte qu. 47 Ioan. And. in præsenti ver. in glo. ibi:* vbi, &c. *& Anton. in ver. nec ea restituta. Card. in 4. q. Alexandrinum pen. col. ver. sed quære post glos. Petrum de Ferraria in dicta forma libelli, qua agit vxor ad dotem, in parte, vxor quondam col. 5. ver. sed quid dices.* motus per tex. in *l. si mulier, ff. solut. matrim. & fi. col. vers. item quæritur.* Item quia ista remedia introducta sunt in
2 priuilegium mulieris, & priuilegia † debent esse perpetua, *authent. de defunct. civi.* § *illud.* facit ad hoc tex. in *d. l. vbi adhuc*, ibi: si quis forte postea acquisierit, &c. ad idem facit tex. in *l. sancimus, C. de admi. tu.* ibi: quod ab initio actum est, &c. & in *l. quicunque, ff. de actio. & obli.*

¶ Contrariam sententiam tenuerant famosi doctores, non leuis authoritatis, *Spec. isto tit. in fi. pe. col. ver. sed pone maritus, & in ci. de dote post dimortium re. § formatis, ver. si autem ipse postmodum. Iacob. de Arenis, Angel. & nonnulli alij, in d. l. si constante in principio, ff. so. mat. Albericus in d. l. vbi adhuc, col. 6. ver. idem quærit, Collectarius in præsenti, ver. sed quid si in casu illius legis*, & multi alij, quos referre non curo. Motiuum eorum est, quia † cessante causa, cessare debet effectus, *c. cùm cessante, de app. cum concordantijs.* Ad idem tex. *in l. 1. § sanctim. ff. de cura. fu. & l. si cùm dotem, § si verò, ff. sol. ma.* Ad idem *l. adigere, § quamuis. ff. de iure pa. l. si fullo. ff. de condit. sine causa, & l. cura. § deficientium ff. de munc. & ho. & l. his oneribus, § quod autem, de vaca. munerum, & l. semper § negotiatio. ff. de iure immuni. & l. si pecunie, § fi. ff. vt in pos. le. l. hoc amplim, ff. de dam. infec.* in quibus probatur, quòd si res venit ad casum à quo incipere non poterat, vel cessat illud, propter quod actũ est, cessare debet quod est gestum, vel effectus ipsius: ergo idem in casu de quo agitur. ¶ Fortius adhuc dicebat *Vbertus de Bobio*, solennis doctor, vt refert *Ioann. And. in Spe. de dote post dimortium restituenda, § formatis, ver. si autem ipse.* quod adeò vera est hæc secunda opinio, quòd non solum per iudicem restituenda sit dos marito in essu prædicto, verum etiam ipso iure dos exacta à marito inope redit ad eum factum locupletem, per *l. riparum ff. de rerum diui. § fi. & l. sequenti. in princip. ff. de religio. & sumptibus funerum l. cum loca. de curator fu. l. 1. in princip.* Ex quo infertur, quòd secundum istam opinionem non est necessarius iudex ad faciendum hanc restitutionem, sed iudex aditus declarabit restitutionem à iure factam. quod esset magni effectus, si verum esset. ¶ Henric. tamen in præsenti in fin. nititur opiniones reducere ad concordiam, dicens quod si marius ex post facto factus est dives, & prudens, & sapiẽs, restituenda est ei dos, & alia bona: quia cessat omnino causa & inopiæ & suspicionis, propter quam iura hanc dotis exactionem permittunt: & ita procedat secunda opinio. Sed si solùm dives factus est postea, non tamen prudens, sapiens, vel discretus, vt puta, quia delata est sibi magna hæreditas ex testamento, vel ab intestato, à parentibus, vel consanguineis: tunc procedat prima opinio, vt nullo modo fiat marito restituturio pro hoc. *ff. de priuilegio credi. l. si creditores Institut. de suspect. tutoribus, § suspectus & § fin.* & hanc concordiam tene memoriæ, quia de iure & æquitate videtur procedere, nec alibi eam reperio.

ADDITIO.

¶ Tu circa istius §. quæstionem præter alios, lege *Crotum, in l. si constante, num. 159. & Anton. Gomez., in l. 53. Tauri num. 35.* & pulchrum eius exameo, vnà cum prodigiosa authorum allegatione, vide per *Tiraquell. de cessante causa, limitatione 14. per totam.*

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ

SVMMÆ RERVM.

1 *Bona maritis minoris 25. an. sunt obligata pro dote.*
2 *Bona minoris obligari non possunt obligatione hominis: secus tamen in obligatione legali.*
3 *Minor non habens curatorem, potest se obligare ad quantitatem, & tamen non potest pro illa quantitate obligare bona sua.*
4 *Minor 25. an. maior 18. potest sine curatoris auctoritate in pecunia redimere testatorem, vel consanguineum à carcere.*
5 *Filius non restituitur super fideiussione, quam facit pro patre.*
6 *Restitutio in integrum non datur minori 25. ann. maioris tamen 18 si vendidit, vel alienauit bona, etiam mobilia sine decreto iudicis.*
7 *Minor 25. an. maior 18. non restituitur in integrum in his, quæ sunt de iure naturali, vel quasi.*
8 *Imaturi ij confessio, si à muliere turpiter penitus omittatur, non excusat vt: secus si aliquas res omisit ponere in inuentario.*
9 *Rusticum, mulier, vel minor, si omittant, vel faciant aliquid contra ius ciuile, in dubio præsumitur error inuis, & non dolus.*
10 *Restitutio in integr. non datur minori, quando potuit exceptionem crimini, per quam vellet aliquem repellere, & num. 13.*
11 *Ecclesia non restituitur aduersus peremptorium præfixum ad opponendum crimina contra litigantem super beneficio.*
12 *Restitutio in integr. non habet locum in executionibus peractis.*
14 *Maritus minor 25. annis non habet in integr. restit. in contractu dotis recepta, quo minus vxor contra eum vergentem ad inopiam habeat exactionem dotis.*

§. XXVI. AMPLIABIS quintò prædicta, vt procedât, etiam si maritus sit minor 25. annis. vt tenuit *glos. in l. final. C. de legib. iunct. Cyn. in dicta l. vbi adhuc. 4. column. quæst. 16. & vbi Alber. column. 4.*
1 *verfic. item quærit.* Bona † enim minoris tacitè sunt obligata pro dote: nam ex quo est pubes, potest contrahere matrimonium. *Instit. de nupt. in princ. & cap. 1. & 2. cum alijs suprà, de despon. imp.* ergo & accessoria matrimonij, scilicet, dotem recipere, cùm non debeat ratione minoris ætatis vxor esse indotata *l. si extraneum. ff. de cond. caus. data.* facit *lex marito, in princip. ff. de iure dot.* quia licet †
2 obligatione hominis bona minoris obligari non possint, secus tamen est in obligatione legali, in qua hominis ministerium non est necessarium. vt *l. 2. & 3. in princ. ff. de reb. eorum.* hanc opinionem sequitur *Angel. in dict. l. si constante, in fin. princip.* & aliqui alij. huic opinioni adhæret *Alexand. de Imol. in dict. l. si constante, col. 17. vers. sed hæc distinctio.* vt ibi per eum, qui respondet ad motiua contraria. ¶ Sed *Bart. ibi colum. 13. verfic. quartò quæro.* tenet contrarium per bona iura, & rationes: quæ videas per te, & respondet ad dictam *l. marito.* quòd ibi non agitur de hypotheca, vel obligatione accessoria, sed de obligatione principali: quæ & in quibus rebus consistat, remittitur decreto iudicis: potest enim recipere, dum tamen recipiat modo legitimo. Hanc opinionem sequitur ibi *Ioann. de Imol. col. 9. vers. secundò adde.* nec sequitur secundum eum, mi-
3 nor † non habens curatorem, potest se obligare actione personali ad dotem: ergo etiam tacitè obligantur bona sua: quia certum est, quòd minor habens curatorem, potest se obligare ad quantitatem: & tamen non potest pro illa quantitate obligare bona sua. *l. 1. & 2. ff. de re. eo. iuncta l. fin. C. de rebus alien. non alien.* Sicut ergo non posset expressè, sic nec debet posse tacitè. argum. *l. cum quid, ff. si cert. pet.* ¶ Tu tene primam opinionem, quæ videtur verior, & tutior, & doti fauorabiliot. Pro qua hoc facit *a* A
a lex Styli 207. incipit, [*todo el dendo.*] *in fin.* vbi dicit, [que el bombre menor de edad desque casado es sera tenido a todo empreſtido & obligamento de deuda:] quod est bene notandum. Si autem ad alia debita tenetur, fortius ad hoc quod contrahitur ex recepcione dotis, ad cuius confirmationem facit, quod in simili voluit *Baldus Nouellus in tractatu de dote, 6. parte, priuilegio 63.* vbi dicit, quòd † minor 25. an. maior 18. forte posset tolerari, vt possit saltem in 4
pecunia redimere testatorem, vel consanguineum à carcere, sine curatoris authoritate: per textum in *authent. si captiui, C. de episcop. & cleric. & in corpore vnde sumitur.* confirmo gloss. *Fo. legum, titul.* [*de las cosas, que se ganan por tiempo.*] *l. 3.* vbi filius non restituitur super fideiussione, quam facit pro patre. vt in *l. 1. C. de filiosam. 4. column.* qui aliàs poterat exhæredari. *authent. vt cùm de appellatione cogno. §. causa.* & subdit fortius *Baldus Nouellus vbi suprà*, quod talis minor solus potuisset alienare bona sua ad dictam causam, sine habeat curatorem, siue non: quia in hoc ipsa lex facit ipsum maiorem, & legitimæ ætatis, si excedit 18. an. abbreuiando ætatem 25. annor. & ideò posset pro dicta causa alienare etiam immobilia, sine decreto, tanquam maior, per illum textum. Pari ergo ratione idem videtur dicendum in casu nostro: quia lex reputat virum ætatis legitimæ, quantum ad hoc, postquam matrimonium contraxit: cùm dos secundum aliquos sit pia causa. vt *l. cùm hi, §. si mulier, ff. de condict. indeb.* & dixi infrà, 3. noc. §. 12. Et adeo puto maritum obligatum, & eius bona, in hoc casu, quòd licet sit minor, non poterit petere in integrum restitutionem. † Et videtur sentire *lex Styli predicta,* 5
in fine, cùm dicit, [Empero eo las otras cosas, donde es otorgada restitucion a los menores, podra demandar restitucion.] est dicere, quòd licet in hoc casu non possit restitutionem petere, in alijs tamen sic. ad hoc bene facit gloss. not. secundum *Bald. ibi, in dict. authent. si captiui.* quæ vult, quòd si maior 18. annis, minor 25. neglexerit redimere testatorem, vel consanguineum: licet ex hoc incidat in pœnam, non restituitur in integrum. Idem tenet *Saly. in l. 1. C. de filiosam. minore.* Ex qua gloss. cum dictis Bald. colligitur notabiliter, quòd vbicunque lex vel statutum procedit limitando ætatem, puta abbreuiando ætatem 25. an. an tunc cessat restitutio in integrum. Sicut è contrà, quando lex, vel statutum elogaret ætatem 25. ann. tunc etiá vi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tra illud tempus 25. annorum darentur restitutio in integrum: vt est text. not. *in l. fi. C. de rep. hab.*

¶ Ex quo infertur vnum verbum nouum & singulare, quòd si maior 18. annorum, minor 25. † vendidit seu alienauit bona etiam immobilia solus, sine decreto iudicis, & sine authoritate curatoris, pro redimendo testatorem, vel consanguineum à carcere, vel captiuitate: non competeret sibi restitutio in integrum aduersus huiusmodi actum. ita dicit *Baldus Nouell. vbi suprà*. Ad prædicta facit not. dictum *Iacob. de Bellon.* vt ibi refert *Bald. in cap. 1. §. præterea, el 1. de probib. feu. alien. per Frederic.* dicens, quòd si adultus maior 18. annis, minor 25. legem spreuit & contempsit, & sic in iure naturali, vel quasi, aut communi delinquit: & tunc maior 18. annis non restituitur in integrum. Est dicere, quòd in his quæ facit maior 18. annis, & † minor 25. in his quæ sunt de iure naturali, vel quasi, non restituitur in integrum: de quo dicto exclamat *Franc. Aret. in cap. fraternitatis, suprà de test. col. 19. ver. & aduerte*, per quod videtur reprehendere dictum *Bald. in l. 1. §. solent, ff. de offic. præf. vr.* vbi singulariter dixi, quòd mulier non excusatur à dolo præsumpto, quando oulla subest causa colorata, saltem grosso modo, & vulgari, cùm non faciat id quod tenetur facere. vnde si omisit † penitus confectionem inuentarij, cùm sit tutrix, non excusatur. Secus si aliquas res omisit ponere in inuentario, prætensa causa aliqua, quæ habeat aliquid coloris, saltem grosso modo. Quod dictum posset habere rationem, secundum Aret. quãdo mulier ominteret aliquid, vel faceret, quod esset contra ius naturale, vel gentium. quo casu etiam non excusaretur ab ignorantia iuris, *l. venia, cùm ibi not. C. de in ius voc.* & facit dictum *Lac. de Bellon.* de quo suprà secundum eum. Sed vbi † mulier, vel rusticus, vel minor omitteret vel faceret aliquid contra ius ciuile, sicut est omissio confectionis inuentarij: dictum *Bal.* non videtur habere rationem: quia in talibus personis in dubio præsumitur error iuris, & nõ dolus à quo excusantur: vt *l. fin. C. de iur. & fact. ign. & l. 2. §. fin. ff. de iure fisci.* ¶ Hoc intellige, nisi minor vellet restitui aduersus declinatoriam, quam omisit opponere, vel aduersus ipsius declinatoriæ probationem, quæ non est multi præiudicij. Nam tunc non restituitur minor: vt not. voluit *Innoc. in cap. coram, sup. de in integ. rest.* & sequuntur ibi omnes, & *Bal. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non posse, 4. colum. ver. quæro vtrum sicut minor, & in l. scio. ff. de in integ. rest. Felin. in d. cap. fraternitatis, 5. col. ver. fallit secundò, sup. de testib. Lud. & Alex. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de no. ope. nun.* & ibi *Iaf.* de quo per *Lap. alleg. 53.* Si verò sit exceptio non leuis præiudicij, sicut [b] exceptio recusationis rei iudicatæ: & similes: tunc minor restituit, vt not. tradit *Guil. in Specul. tit. de restit. in integ. §. 1. ver. illud si minor, vel ecclesia.* glos. ordinaria, quam approbat *Bart. in l. minor autem. ff. de min.* Item [c] non restituitur minor, † quando omisit exceptionem criminis, per quam vellet repellere aliquem: vt not. sentit *Ioan. Andr. in c. auditis, de restit. in integ.* ad hoc bene facit quod voluit *Spec. in 2. part. de in integr. restit. §. 2. ver. sed pone.* vbi dicit, quòd † ecclesia non restituitur aduersus peremptorium præfixum, ad opponendum crimina contra litigantem super beneficio: quia ex omissione illius probationis non sequitur aliquod damnum peconiarium. Item [d] quia in † executionibus pœnarum non habet locum restitutio: vt in *l. auxilium. ff. de minor.* sed litigans puniretur, si probarentur crimina contra eum: quia excluderetur à iure suo: vt *cap. accedens, infr. de accu.* De quo dicto facit festum *do. Abb. in dict. cap. auditis, 4. col. ver. item l. innata.* & sequuntur doctor. de quibus sup. tenet etiam *Compostel. in cap. quod sicut, supr. de elect. glos. pen. in cle. non potest, de procu. glo. & Anton. in c. licet, infr. de accu. Bal. in l. fin. C. in qui. cas. in integ. rest. non est ne.* & in *dict. l. auxilium.* vbi est bonus text. vide *Felin. in d. cap. fraternitatis, col. 5. ver. fallit tertiò. & in dict. cap. licet, de accus. col. 2. ver. nota quòd minor.* ¶ Ex istis [e] infertur ad vnum, quod non reperio in specie tactum, quòd † minor non restituetur ad opponendum crimina, vel defectus contra testes adoersarij, vel ad illa probanda. quod tene menti. & hoc est hodie statutum per legem regni oouiter editam, per serenissimos Reges nostros, in villa de Madrid, anno 1499. ley 16. Ex quibus omnibus concluditur vt sup. quòd maritus † minor 25. an. non habet in integrum restitutionem in contractu dotis receptæ, quominus vxor contra eum vergentem ad inopiam, & contra eius bona habeat remedium prædictum.

L. 1. tit. 8. lib. 4.

ADDITIONES.

¶ Lex Styli, 207.] Adiunge text. *l. 6. tit. 17. p. 7.* quarum contextura videtur, minoribus vxoratis concedi administrationem in bonis suis & liberationem à potestate curatoris. vt ex earum lectione videbis: quarum dispositio est in theorica singularis, in praxi verò difficilis. nec vnquam cogi curatorem vidi, vt tutelæ rationem redderet, bonaque restitueret minori, quasi finita tutela, quanquam minor vxoratus sit, nec restitutionem ei negari, quam non vxoratus habuisset. Fateor tamen posse eos cogi ad solutionem debiti, quod propter onera matrimonij contraxerunt. & quia latius hoc examen postulat, quàm mihi, pro præsenti munere liceat prosequi, & reddere, sit modo satis vt videas circa ea iura *Didac. Perez. in l. 3. tit. 21. lib. 4. Ordin. col. 1522. & Suarez. in l. 9. tit. 11. lib. 1. Fori, ver. not. vlterius, fol. 81. col. 1.* quem tex. lege, & vide *ibi Montal. gloss. b. & glo. d. & Seguram in l. vnum ex famil. §. sed si fundum, num. 24. de leg. 2. & Did. Perez ad eundem, in l. 3. §. fin. de lib. & posthum. num. 75. & Castill. l. 47. Taur. nu. 8. & Greg. glos. a. l. 3. tit. 15. p. 2. & glo. g. l. 9. tit. 1. part. 2. & autorem, § proximo, n. 5.* A

¶ Sicut ea cepoo recusationis.] Vide *Matricium, de in integ. restit. cap. 253.* & pulchrum huius quæstionis examen *Dom. Conar. pract. quæst. cap. 26. num. 4.* B

¶ Item

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

C ¶ Item non restituitur minor.] Vide *Felin. cap. fraternitatis, num. 6. de testam. & in cap. licet, 2. colum. de accusat. & Conarru. dict. cap. 26. num. 4. vers. secundo huic.*

D ¶ Item quia in executionibus pœnarum.] Vide *Mauricium de restitut. in integrum, cap. 160. & Conarru. d. c. 26. num. 4. vers. primo ex lege, & Bellamera decis. 58.*

E ¶ Ex istis infertur ad vnum.] Vide *Conarru. d. num. 4. vers. tertio eidem. & Capel. Tolosa. decis. 53.* & optimè *Boerium, decis. 245. num. 7.* & his omnibus citatis *Didac. Perez, in gloss. m. in l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordinat. col. 937.*

Doct. Ioannes Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1 *Datum petere potest vxor à marito ad inopiam vergente, sine eius licentia.*
2 *Mulier quando possit esse in iudicio, sine consensu mariti.*
3 *A patria potestate an liberetur filia per contractum matrimonij.*
4 *Filius an possit agere contra patrem inuitum & renitentem. & 13. & num. 20.*
5 *Minor non habet legitimam personam standi in iudicio in causa dotis.*
6 *Curatur datur mulieri innitæ: ipsa tamen potest eligere quem vult.*
7 *Vxor dotem repetens, si sit excommunicata, an audiatur. & num. 12. & 19.*
8 *Excommunicatus an debeat audiri in iudicio, si rem est fugitiuus, vel res tempore pereunra.*
9 *Necessitas & periculum verisimiliter speratum, facit licitum, quod alias erat illicitum.*
10 *Feriatis diebus, propter imminens periculum, interdare licet cera collectionem necessiam & vnarum, & scholaribus studere licet.*
11 *Necessitas multa operatur.*
12 *Alius non vergit in detrimentum alterius, quando non infert principaliter detrimentum*
13 *Ad excussionem bonorum citandi sunt fideiussores, vel bonorum possessores, cùm talis excussio principaliter fiat in eorum præiudicium.*
16 *Protestatio facienda est ei, quem negotium principaliter tangit.*
17 *Verba generalia non extenduntur ad personas, quæ negotium principaliter non tangit*
18 *Vindictam facere si permittatur offenso, intelligitur de principaliter offenso.*
21 *Pater tenetur alere filium, etiam de proprijs bonis.*

§. xxvij. AMPLIARIS sextò prædicta, vt possit vxor † petere dotem à marito vergente ad inopiam, etiam a absque eius licentia: imò eo cõtradicente: ita tenet solus *Alber. in d. l. vbi adhuc, in fin. C. de iure dot.* dicens, quòd cum iure Lõbar. mulier transeat in potestatem viri: vt not. *Inst. ad Tertullian.* §. 1. & probatur in *l. Lombardia.* qualiter mulieribus alienare permissum est. *l. 1. quomodo facit mulier*, si maritus nolit sibi consentire, quod dotem petat, ex forma *d. l. vbi adhuc.* & ipsa † sine ipsius consensu in iudicio esse nõ possit: vt *l. fin.* §. 1. C. *de bon. qua lib.* Dicit *Alber.* quòd hanc quæstionem habuit de facto Pergami, vbi seruatur ius Lombardum. Et dictum fuit, quòd tunc agere possit sine consensu viri: sicut etiam dicit glo. quòd hoc casu poterit agere sine consensu patris, vt not. *C. de coll. authent. quod locum.* vel b saltem cogetur marius consentire ad instar patris: vt *d. l. fin.* §. 1. *de bon. qua libe. cum ibi not. & per Rofred. in libello, de personis litigantium, vers. istè nec mulier.* ista sunt fere verba Alber. vbi sup. quæ tene menti. ¶ Ex quibus infertur, quod licet hodie secundum iura regni nostri, filia per contractum matrimonij liberetur † à patris potestate, vt dixi suprà in rubric. §. sed quamuis. & quodammodo transit in potestatem mariti, vt sine ipso non possit contrahere, nec in iudicio esse: vt dixi in rubr. §. operatur alium & sextum effectum. nihilominus tamen poterit agere contra eundem marium nolentem & inuitum: quia authoritate legis hoc facit. Et iste est vnus casus, in quo vxor sine licentia mariti potest esse in iudicio, sicut alius † filius agit contra patrem aliquando inuitum, & renitentem, vt traditur in *l. generaliter, ff. de in ius voc. & in* §. *penales, Instit. de act. & in l. in nulla, ff. de iud. intercurente licentia iudicis*, quæ forsan non est necessaria in casu nostro: quamuis tutius est, quòd interueniat, si maritus non consentiat. argum. *cap. nullus, de iure pat. cum ibi not.* ¶ Hoc intellige, dummodo vxor sit ætatis legitimæ 25. annorum. minor enim, etiam contra maritum inopem, dotem & alia bona petens, non potest stare in iudicio: vt videtur casus in *dict. authent. quod locum, C. de collat. secundum Bald. ibi vers. oblatio quæritur.* dicentem, quòd † minor non habet legitimam personam standi in iudicio in causa dotis. quia ersi in causa matrimoniali, cui est dos connexa, stare possit in iudicio sine curatore, vt *cap. si annum, de iudic. lib. 6.* non tamen sic erit in dote. quia licet dos sit matrimonio annexa, non est eiusdem naturæ, secundum eum: de quo feci mentionem suprà. Et ita quamuis ad contrahendum cum marito, dum est in matrimonio, Stylus habeat vxorem etiam minorem 25. annis, tanquà si esset ætatis perfectæ: vt dicit *lex Styli* 207. de qua paulò antè feci mentionem: quæ dicit, quòd si vxor minor 25. annis se obligat pro debito, vnà cum marito, tenetur illa pro dimidia: & si in solidum se obligauit, tenetur in rorum: quoniam matrimonium, & malitia supplent ætatis imperfectionem. Ad petendum tamen dotem à marito, & alia bona prædicta, non reputabitur persona legitima: imò dabitur sibi curator ad litem. Innitis enim adolescentes curatores recipiunt ad litem. vt *Inst. de cura.* §. *item inuiti, cum similibus.* Sed quamuis † mulieri innitæ detur curator, ipsa tamen potest eligere quem vult: vt est glos. signanda in *l. mutus*, §. *in qui curatorem. ff. de procurat.* & ibi eam notat & commendat *Ang.* de qua facit festum *Baptista, in tract. arbitrorum, in princ. 3. q. & Lanfrancus in suo tract. arbitrorum in 4. col.* ¶ Secundò intellige, misi forsan vxor quando † vult agere, sit excommunicata: nam tunc non admittitur ad agendum: vt *cap. intelleximus, suprà, de iudic. & cap. cùm inter, suprà, de except. & in Clem. 1. de sent. excommunicat.* §. *verùm*, dicentes,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dentes, infr. de hæretic. cap. si verò, infrà, de sententi. excommun. & hoc ne ex suo dolo commodum reportet, vt dicit glos. in *dict. cap. intelleximus.* Ex qua ratione videtur, quod cùm vxor ex hac dotis petitione reportet commodum, non sit audienda. ¶ Sed aduerte: quia cum hoc casu vxor stimulata inopia mariti veniat ad iudicium, ne sua dos pereat: videtur quod sit admittenda, per illud quod not. voluit *Abb. in d. cap. cùm inter, col. 3. ver. & per hanc rationem.* vbi formaliter inquit. ¶ Et per hanc rationem pum posse attentari, quòd si reus † est fugitiuus, vel res tempore peritura, excommunicatum debere audiri; stimulatur enim ad agendum ex eminenti præiudicio, & potest dici defensio quædam, & hoc est æquissimum, secundum eum. facit quod legitur & not. in *l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de bis quæ in fraud. cred. & in l. nullus, C. de iudæ.* secus dicit, si cessaret periculum, quia posset facere se absolui, per id quod dicit *Hostiens. in cap. significauerunt. eod. tit.* hanc decisionem Abb. tanquam singularem, refert & sequitur *Fel. in cap. dilectus, el 1. supr. de rescript. pen. col. ver. fallit 4. & in dict. cap. cùm inter. col. 10. ver. limita secundò.* qui hoc temperat, vt ibi latius per eum. Necessitas † enim, & periculum verisimiliter speratum, facit licitum, quod aliàs est illicitum. vt est textus valde not. in *cap. licet, infr. de feriis.* vbi rei tempore peritura possumus dare operam diebus etiam feriatis. & inde est, quòd circa collectionē † messium, vel vuarum, potest etiam diebus feriatis intendi, secundum *Abb. ibi in fin. post An.* Inde est etiam, quòd diebus feriatis licitum est scholaribus studere propter fragilitatem memoriæ, vt in die dominica non obliuiscantur, quod alijs diebus didicerunt: & ideò est periculum in mora, ratione cuius permittitur, quod aliàs nō permitteretur. Ita dixit *Dyn. in l. diuus, ff. de feriis.* prout ibi refert *Angel.* idem tenet *Lucas de Penna.* quod ego admitterem in scholaribus studentibus, ad illuminationem proprij ingenij, & aliorum, dummodo debitis horis insistetur circa diuina: licet exinde in futurum speretur lucrum. Secus tamen, quando speratur lucrum de præsenti, & principaliter sit studium propter lucrum: vt decidit *An. & Abb. in c. fin. de fer.* nisi necessitas aliud suaderet, vt pro expediendo illū, qui de longinquo venit. * Bonum tamen est tunc aliquam eleemosynam in pauperes erogare, secundum eos. arg. *d. cap. licet.* Multa *d* alia, quæ operarur † necessitas, propter quam licitum est transgredi iura, facile mihi esset adducere, quorum aliqua comulat *Fel. in c. cùm accessissent, de constit. col. 15. ver. confirmari potest.* Aliqua etiam ponit *Ande. Sic in c. nullus, 1 col. sup. de pigno. Franc. de Curt. in repetitione l. admonendi ff. de iureiur. Bart. 12. col. 2. & ibi Ias. col. 91. in reperit.* vide quæ scripsi supr. rub. §. 65. intellige prædicta cū sequenti. Sed quæ maior † necessitas, quā illa, in qua vxor ex mariti vergentia ad inopiam constituitur: cùm ex hoc eius dos, & per consequens alimenta sint in periculo totalis perditionis? ¶ Sed quamuis ipsa excommunicata agere possit, vt prædixi: honestum tamen est, quòd non per se, sed per procuratorem agat; iuxta nos. in *d. c. intelleximus.* vbi secundum aliquos etiam reus cogitur procuratorem constituere, si est excommunicatus: & procuratorem habere potest: vt ibi latè scripsi in meis re collectis. Et ista tene memoriæ, tanquam ab alio in specie non tacta. ¶ Ex istis reddirur mihi dubia decisio *Bart. in l. si constante, in princip. quæst. 10. 2. part.* vbi præsupponit, quòd si vxor est excommunicata, non posset agere contra marimm ad inopiam vergentem: poterunt tamen filij agere nomine matris, tanquam coniunctæ personæ † ad eorum vtilitatem. ad quod vltra sua fundamenta facit *l. patri pro filio, in princip. ff. de minor.* vbi pater agit pro filio, nisi dixeris, quòd ibi pater prætendebat interesse negotij principalis. Item dicit *Bart.* quod possunt filij agere suo proprio nomine, saltem vtilibus actionibus, quæ mulieri competebant directo. quod latè ipse comprobat, vt videbis per eum, quem fortiter reprehendunt *Ioan. de Imol. & Ludouic. Rom.* ibi per magna fundamenta, & rationes satis vrgentes. & hoc videtur de iure verius: quoniam filij in casu nostro non videntur prætendere principale interesse, quia non est interesse totalis negotij, de quo loquuntur fundamenta Bart. sed est quoddam interesse particulare & secundarium, respectu alimentorum, quod non venit in consideratione, cùm nihil ipsi dederint de suo. Vnde non video, quomodo dos ex parte filiorum sit titulus onerosus: vt dicebat *Bart.* Illud autem, quod secundariò venit, non est in consideratione: vt est glos. not. iuncto text. in *cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. in verbo, detrimentum.* dicit glos. s. principale. ex qua colligit *ibi Dominicus*, quod † actus non vergit in detrimentum alicuius, quando non infert principaliter detrimētum: licet sic secundariò. Vnde si ex forma statuti in actu debent authorari illi, in quorum detrimentum fit actus: intelligitur de illis, quibus principaliter & directè fit præiudicium, non secundariò, secundum eum, pro quo vide *Innoc. in cap. humilis, de ma. & obe.* vbi notanter dicit non esse citandos illos, quos incidenter est negotium tangere, sed sufficit citare principalem, cuius interest. Idem voluit *Dominicus in c. fin. in fi. de cleri. lib. 6.* dicens, quod illi, quos incidenter negotium tangit, nō sunt necessariò citandi. ex quo dicebat *Ang. in l. cùm filius, in princ. ff. de verb. oblig.* quod cùm † excussio bonorum principaliter fiat in præiudicium fideiussorum, vel bonorum possessorum, ipsi sunt citandi, aliàs eis non fieret præiudicium: vt ibi per eum, & per *Iac. de Arena, in tractatu suo de discussione.* facit glos. not. secundum *Angel. ibi, in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* textus optimus in *l. 1. §. denunciare, ff. de ventre inspi. ibi:* hæredi instituto, non etiam substituto. quem textum alleg. *Bald. Nouell. in d. cap. humilis, & in rubrica, C. de succes. edi.* & in multis alijs locis, de quibus per *Fel.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in cap. humilis, sup. de ma. & obe. 1. colum. ver. & tene menti, iuxta hoc, & in *cap. quamuis, penult. columna. sup. de re iudic. & Bald. in l. non solum, §. queritur, ff. de procur. & in rubric. sup. de rescript. 3. colum.* b*

16 ¶ Hinc est, quod protestatio † faciendæ est ei, quem negotium principaliter tangit: vt voluit *Ioan. Andr. in regula, in generali, de re iud. lib. 6. per cap. pastoralis, §. final. sup. de offic. or.* vbi contra iudicem facientem aliquid ad commodum partis, fit protestatio coram eo, non coram parte: quia principaliter agitur de rescindendo facto iudicis, sicut coram iudice appellatur, non coram parte, *l. cùm quidam, ff. de appellat. l. cos, in fin. C. eod.* refert & sequitur *Felin. in cap. cùm M. sup. de constit. col. 27. ver. fallit secundò.* ¶ Ad prædicta facit text. not. in *l. non solùm, §. queritur. ff. de procur.*

17 vbi probatur secundum *Ang.* quod † verba generalia non extenduntur ad personas, quas negotium principaliter non tangit. Ex quo dicebat *ibi Bald.* quod si promisi ibi recipienti pro omnibus, quorum interest, vel possit interesse: intelligitur de principalibus personis, non de alijs, facit *l. plura, §. final. ff. de action. & ob.* secundum eum. Ad idem facit *l. principaliter, la 2. C. de libe. can.* & ibi not. *Bald.* & inde est, quod si permittitur † offenso facere vindictam, intelligitur de principaliter offenso, non per mediam

18 personam, quia verba sunt intelligenda per prius, & non per posterius, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pu.* Facit quod voluit *Abb. in cap. ex conquestione, sup. de restit. spol. 5. col. ver. quo ad secundum, & in cap. post cessionem, de probat. 12. col. versic. sed nunc quero, ibi*: debemus enim secundum eum attendere, &c. *Ludouic. in singular. 669. incipiente, impensa.* Multa alia his similia potuissem adducere, quæ brevitatis causa omitto: per quę apparet non esse curandum de eo, quod secundariò venit. Cùm autem in casu nostro principaliter intersit mulieris dotem esse securam, & secundariò filiorum, qui ex dote debent ali-

19 mentari, vt sæpè dictum est: ergo illa, † quamuis excommunicata, admitteretur: quia stimulata mariti inopia, immo posset perire, si vxor non admitteretur, non autem admittantur filij. Cogitabis. ¶ Bene tamen fateor, quòd si vxor pendente iudicio moreretur, eius filij possunt iudicium prosequi, quia successerunt in ius matris: vt *regula, his qui in ius, de regul. iur. lib. 6.* facit *l. cùm hæres ff. de diuer. & temp. præscrip.* ita dicit *Ioannes Andr. in additionibus ad Specul. tit. de dote post diuort. restit. in fine.* Et si dicatur illud fuisse priuilegium maternum, & sic non transire ad hæredes, *ff. de admin. tut. l. ex pluribus*, respondetur, l. loqui de hærede non sun: nos autem de suo hic tractamus. facit *ff. sol. mat. l. mariti, C. qui pot. in pign. l. assiduis, in fin.* præcipuè cum causa priuilegij materni filios respiceret, scilicet, vt ex dote possent ali. *C. de iure dotium l. vbi.* Subdit tamen *Ioan. Andr.* quòd ex alio capite videtur fi-

20 lij repellendi, scilicet, quia † filij contra patrem litem mouere non possunt. *l. lis nulla, ff. de iudic.* & in hac opinione, tanquam vltima, vide-

Palacios Rub.

tur residere. Idem tenet *Albericus in dict. l. vbi adhuc, 4. col. ver. quid si mulier, per legem post finitam, de suspectis cur.* & quia cessant causæ, propter quas dos exigi poterat: quia istud priuilegium est personale mulieris, ideò eius personam excedere non debet, *l. priuilegia. ff. de reg. iur. l. 1. C. de de priuil. dot.* & quia cessat ratio *dictæ l. vbi.* scilicet, quia ex dote debet ali vxor. consuletur tamen filijs hoc casu: hoc modo, si casus esset dandi curatorem patri, puta propter furorem daretur, & ille dotem & reliqua seruaret, *ff. de cur. & curat. l. in qui, §. diuus.* vel dabitur curator solùm doti, quia cõseruabit proprietatem eius filijs, & vsumfructum patri, & potissimè si in mobilibus dos consistat. In immobilibus enim dotalibus non sic est alienãdi periculum. Item propter hypotheeam filiorum contra possidentem non est etiam periculum tale in alijs. in *authent. vt liceat matri & auiæ, in princip. C. de bonis matern. l. 1.* Dicunt etiam quidam, quòd possit iudex ex circumstancijs ponderatis cogere patrem, vt dotem filijs restitueret, securato patre de vsufructu, per *l. Imperator, ff. ad Trebell. & l. filius matrem, C. de inoffic. testam.* quod satis placet. & bene facit iste textus secundum *Ioann. Andr. vbi sup.* quod tene menti. *Ioan. de Imol. in dicta l. si constante, col. 8.* tenet opinionem prædictam, & dicit, quòd de iure verius est, quod sufficit patrem satisdare, si potest, & vult: aliàs si non potest officio iudicis, consulendum erit filijs, vt pecunia sequestretur penes mercatores, vel res aliqua loco pecuniæ assignetur, vt vsusfructus nihilominus sit patris, nisi fortè filij egerent, & non haberent aliundè vnde se alerent: quia tunc debebit prouideri eis, ne egeant: ex eo quia pater † tenetur alere filium, etiam de pro- 21
prijs bonis. Ergo multo fortius de vsufructu bonorum maternorum. vel forte esset æquum tunc assignari filijs dimidiam vsusfructus, sicut fieri debet emancipato, *l. cùm oporteat, §. pen. de bo. quæ lib.*

ADDITIONES.

¶ Adde *Bart. Bologni. in repet. authen. habita. C. ne filius pro patre. fol. 13. col. 3.* A*

¶ Adde *Georg. Nattam in re. cap. quamuis pactum, col. 19. de pact. libr. 6.* & hanc doctrinam inserui inter meas doctrinas magistrales, in litera, a, in verbo, actus. & vltra ibi per me scripta, adde *Las. in l. decem, 10. col. ff. de ver. oblig. & eundem in l. nec quicquam, §. vbi decretum, 6. col. ff. de offic. procons. & Felin. in cap. cum M. de constit. 6. col. ver. fallit 2. & in cap. fin. col. 1. cum sequent. de maio. & obed.* B*

IOAN. BERNARDVS.

¶ Absque eius licentia.] Vide *Didac. Perez ad Segur. in l. Imperator, numer. 106. ff. ad Trebell. & Anton. Gomez. num. 3. & Castillo, num. 13. & alios in l. 57. Tauri.* A

¶ Vel saltem cogetur.] Vide *Corset. in singul. suo, vers. consensum*, & plures quos adiunxi sup. in §. 68. ad fin. B

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

C ¶ Diebus feriatis licitum eſt ſcholaribus ſtudere.] Vide *Dida. Perez. in l. 5. tit. 1. lib. 1. ordin. col. 41.* & copiosè *Rebuff. depriuil. ſcholaſt. priuil. 1.* & nunquid in templo liceat ſtudere, vide eundem, *ibidem priuil. 2.*

D ¶ Multa alia quæ nperatur neceſſitas.] Adde text. in *cap. quod non eſt licitum, de regul. iur.* & plena manu multis citatis, vide *Tiraquel. de retractu nuncup. §. 26. num. 18. cum ſeq.* & aliqua per *Couar. in regul. peccatum, 2. part. §. 2. num. 3. & ſequent. & Petrum Gerard. ſing. vlt. & Marc. Mantuan. ſing. 77.*

E ¶ Vide Innocent. in cap. humilis.] Circa iſtam doctrinam vide *Alexan. conſil. 86. verſ. item licet lib. 2. & Decium in conſil. 445. lib. 4. & Capit. deciſ. 107. & Aymon. conſil. 5. & Ferdinan. de Lazes, in l. filiusfamil. §. duo, num. 126. cum ſequent. de leg. 1. Sabilian. Vant. de nullitat. tit. ex defect. citationis, numer. 19. Marſi. in l. de vnoquoque, num. 116. de re iudic.*

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Dotem repetere poteſt vxor à marito vergente ad inopiam, quando actio dotis eſt communis ſibi, & patri.*
2 *Et ſi pater & filia ſimul concurrunt ad agendum contra maritum vergentem ad inopiam, filia eſt præferenda.*
3 *Filiusfam. habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, in his, in quibus non quæritur patri vſusfructus.*
4 *Vſusfructus in dote aduentitia non quæritur patri.*
5 *Procuratorem conſtituere poteſt filia pro dote aduentitia vel profectitia, ſine conſenſu patris.*
6 *Monachus poteſt conſtituere procuratorem in caſu, in quo poteſt ſine conſenſu Abbatis ſtare in iudicio.*
7 *Lite non conteſtata, non poteſt procedi ad teſtium receptionem, vel diffinitiuam ſententiam.*

§. xxviij. 1 AMPLIABIS ſeptimò prædicta, vt vxor † poſſit petere dotem, & alia, de quibus ſuprà, à marito vergente ad inopiam: non ſolũ quando actio dotis competit ſoli vxori, verum etiam quando eſſet communis ſibi, & patri, vt eſt caſus in *authentica, de æqualit. dotium, §. illud, ver. quòd ſi in poteſtate, collat. 7. à qua ſumpta fuit authentica, quòd locum, C. de collat.* tenet *Cynus in d. l. vbi adhuc, 6. quæſt. & ibi Saly. in 8. quæſt.* Et ſi forſan vxor fuerit negligens, pater poterit agere. *l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.* ſecundum *Alberic. in d. l. vbi adhuc, col. 3. verſ. quid ſi mulier.* Sed ſi mulier non eſt negligens, ſed habet aliquam iuſtam cauſam contradicendi, poterit patrem impedire, ne agat: per *l. ſi cùm dotem, §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrim. & l. dotem, cod. tit. ſecundum Bar. in dicta lege ſi conſtante, in 4. quæſt. ſecunda partis.* ¶ Et adeo poteſt pater hoc caſu agere, quod etiam ſi ipſe pater ſit ſuſpectus, nihilominus poterit agere: quia nullum doti periculum imminet, nec ex quo ad patrem non debet peruenire, ſed ad filiam, vt oneribus matrimonij valeat deſeruire. *dict. l. vbi adhuc, cum prællegatis.* ¶ Nec eſt hoc contrarium eius, quod dixerat *Bartol. in dicta l. ſi conſtante.* quia ipſe non negat, quin dos non debeat eſſe in manibus patris, ſed filiæ. Dicit tamen, quod ſi iuſtam cauſam habuit filia contradicendi, audietur: ita ſaluat *Bart. Alexand. in dict. l. ſi conſtante, 4. col. ver. ab hn nemo.* quod tacito authore ſibi attribuit *Ioannes Campetus in ſuo tractatu dotis, part. 3. queſtion. 35.* ¶ Et ſi forſan concurrant ad agendum † pater 2
& filia, contra maritum vergentem ad inopiam: videtur filia præferenda: quia plus iuris habet filia conſtante matrimonio in dote, quàm pater: cùm exinde illa debeat ali. & in hoc iudicio non requiritur patris conſenſus, vel authoritas: quia pater non prætendit ius ad proprietatem, nec ad vſumfructum, ideò non poteſt dici legitimus adminiſtrator: quia filiæ tantum intereſt, vt *ff. de inic. l. patre.* Debet tamen pater citari, niſi periculum ſit in mora expectationis, intellige in dote profectitia: ſed in aduentitia nec citandus eſt pater, nec eius conſenſus firmat iudicium: vt *authentica, quod locum, C. de collat. ſecundum Bald. ibi in 4. quæſt.* & ibi eſt gloſſ. *in verbo mater*, idem tenet *ibi Bartol. & communiter alii, gloſſ. & doct. in l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſolut. matrim. gloſſ. in authent. de æqualit. dot. §. illud, & ibi luc. de Bellon. gloſſ. in l. fin. §. neceſſitate, C. de bon. quæ lib. Bald. in l. fin. in princ. C. de iure dotium.* iſta eſt communis ſententia, vt per *Alexan. & alios in dict. authentica, quod locum, & in d. l. 2. §. quod ſi in patris.* Et ſecundum hanc opinionem conſulnit *Bald. conſil. incipiente, domina Anna in poteſtate patris conſtituta*, vt refert *Ludouic. in dict. authent. quod locum.* motus principaliter tali fundamento, quia a in his, † in quibus patri non A 3
quæritur vſusfructus, filiusfamilias habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. *cap. fin. ad finem, de iudic. lib. 6. & ibi gloſſ. in ver. regulariter.* ad idem *gloſſ. not. in l. 3. §. ſi filio, gloſſ. 2. ff. commoda.* declarat *Bar. in d. l. fin. §. neceſſitate, C. de bonis quæ lib. & in l. fin. §. papilius. ff. de verb. oblig.* vide *Specul. tit. de act. §. 1. ver. ſed nunquid in caſibus.* de quo facit teſtum *Ludouic. in ſingulari 318. incip. tu Sali.* vide *Angel. de Aret. in §. ius autem, Inſtit. de patria poteſtate.* † Sed in dote aduentitia patri non 4
quæritur vſusfructus: vt *l. fin. ver. ſi tamen, C. communia vtriuſque iudicii.* vbi hæredes patris tenentur reſtituere fructus perceptos ex dote patri reſtituta. Ergo vſusfructus dotis aduentitiæ non pertinebant ad patrem: aliàs nno tenerentur hæredes illos reſtituere. Item, quod de dote aduentitia nihil acquiratur patri, patet: quia nec actio patri competit, ſed ſoli filiæ, aliàs nnn poſſet ſoli filiæ ſolui. *l. ſi cùm dotem, §. 1. ff. ſol. matrim.* ad hoc *l. quæcunque, C. de bon. quæ libe.* Hanc opinionem ſequitur *Ludouic. in dict. authent. quod locum.* contra quod inſurgit *Iaſon in penult. colum.* dicens quod non eſſet apponere os in cælum, tenere quod imò ad dotem aduentitiam non poſſit filia in poteſtate patris agere ſine conſenſu patris. vt *dict. l. fin. §. neceſſitate.* fatetur tamen ipſe, quod in caſu noſtro, quando durat matrimonium, ſed marius vergit ad inopiam, propter periculum, lex diſpenſat, quòd filia ſola ſi-
no

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ne patris consensu possit agere: cùm dos adhuc oneribus matrimonij deseruire debeat. vt ibi latius per eum. ¶ Tu dicas, quod cùm hodie ex consuetudine regni filia per contractum matrimonij liberetur à patris potestate: vt dixi in rubrica, §. sed quamuis. poterit filia agere pro dote aduentitia, vel profectitia sola sine patris consensu, cùm nihil patri ex dote acquiratur, vt prædixi: & per consequens non est legitimus administrator, nec est necessarius eius consensus. & sic superflua erit hodie disputatio prædicta, & alia, super qua doctores sunt varij, in *dict. authent. quod locum*. scilicet quando pater non vult consentire, an possit agi ad consentiendū. Conclude ergo, quod filia sine patris consensu potest agere pro dote aduētitia vel profectitia.

5 ¶ Poterit etiam, si voluerit, ipsa sola † procuratorem constituere, sine patris consensu: quia in casibus, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, potest filius per se agere, vel procuratorem constituere. vt *dict. l. non solum*, §. *necessitate*, *C. de bonis quæ liberis*, & *d. cap. si annum*, *de iud. lib. 6.* vbi hoc notat *Domin. Bald. in l. nec*, *C. de procur.* & *3. partis sit. 5. l. 2.* qui enim suo nomine habet actionem, vel pro suo interesse, potest constituere procuratorem, & etiam ante litem contestatam, & quandocunque: vt probatur in *l. si rem*, §. *idem ait*, *ff. de minoris*. Ira notanter dicit *Bald. in cap. final. supr. de ima. calum*. Ex quo dicit, quod si pater est vsufructuarius in bonis filij, potest super illis procuratorem constituere: secus si non est vsufructuarius. glos. not. secundum eum, in *l. 1. C. de bonis matern.* refert & sequitur *Andreas Sicul. in dict. cap. fin. col. 8. in princip.* qui pro hoc allegat text. elegantes & celebres (vt eius vtar verbis) in *l. etiam*, §. *ex præterito tempore*, *ff. de manu. vin.* per quem *Bart. ibi* refert doctores dicere, quod eo casu, quo minor potest stare in iudicio, sine curatore, poterit constituere procuratorem per se sine curatore. adducit, *l. dium*, §. *fin. ff. de pett. hæred.* tex. & doct. in *cap. ex part. de restit. spo.* facit ad hoc notabile dictum *Innocen. in cap. cum L. & A. de rescindi. & ibi Bald.*

6 vbi dicit, quòd eo casu, quo † monachus potest stare in iudicio, sine consensu abbatis: poterit in illo iudicio constituere procuratorem, sine abbatis consensu. Idem vnluit *Bartol. in l. seruos ad custodiam templi. ff. de ali. & cib. leg. Bald. in l. filiusfamilias. ff. de procur.* Hinc dicit *Bal. in l. reos*, *C. de accus. 10. colum.* quòd eo casu, quo pater admittitur pro filio in causa criminali pro suo interesse, potest constituere procuratorem. Faciunt multa alia quæ cumulat *Andreas Siculus in dict. c. fin. de iura. calum. col. 8.* quæ videas per te.

¶ Quòd si forsan maritus contumax noluerit comparere, quo casu non procedetur ad sententiam diffininoam: quia lite † non cōtestata

7 non potest procedi ad testium receptionem, vel diffinitiuam sententiam: vt per eotum titulum sup. vt lite non contestata. Sed mitteretur vxor in possessionem bonorum dotis & mariti, causa rei seruandæ, vt regulariter fit in alijs sup. vt lite non contestata. *cap. quoniam frequenter*, *l. cùm proponas*, *C. de bonis auctoritate iudicum poss.* tenet *Bartol. in dict. l. si constante*, *9. quæst. 3. par. ff. solut. matrim. Specul. de dote post diuor. restit. §. fin. Ioannes Fabri. in d. l. vbi adhuc. Caupetius in dicto suo tractatu de dote*, *3. part. quæst. 52.*

ADDITIO.

¶ Quia in his in quibus patri non quæritur vsusfructus.] Vide *Villalobos inter communes sententias*, *ver. filiusfamil. num. 130. & sequent. & Petr. Rauen. singul. 157. & Matth. Affl. decis. 180. & Guid. Pap. quæst. 54. Anchar. in consil. 73.* ac plurimus allegat. *Sebastian. Vant. de nullit. num. 41. in titulo ex inhabilis seu defectū mandat.* cæterum *Romanus* hic allegatus *sing. 317.* aliàs 322. nihil de hoc, sed illud tradit, quòd quibus casibus minor sine curatore potest esse in iudicio, eisdem possit filiusfamilias sine patre, de quo videndus *Ang. §. actiones, de act. & lasi. in authent. quod locum*, *C. de collat.* vbi loquitur de quæstione nostra, addeque *Alexand. consil. 106. lib. 1.*

A

D. IOANNES BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Arguere de re ad tempus, licitum est.*

2 *Foralitium, sine castrum, in custodia habens, si requiritur de proditione, potest præbere aures, & facere tractatum duplicem, dummodo castellanus primo domino denuntiauerit.*

3 *Iudex, quem altera partium vult pecunia corrumpere, potuit licitè aures præbere, & ponere telles secretè, qui eius corruptionem audient verba, & coram ea pecuniam recepera.*

AMPLIARIS octauò, vt procedant prædicta, non solùm contra maritum vergentem ad inopiam, sed etiam in socero, qui recepit dotem, si ad inopiam vergat, poterit enim vxor agere contra eum ad dotis & aliorum bonorum restitutionem, sicut possit agere contra maritum: quia militat eadem ratio: ergo idem ius. *l. à Titio*, *ff. de verb. oblig. l. final. C. ad legem Falcid. l. non aliter*, *in fin. ff. de iudic. l. 1. ff. de exercit. com simil.* facit *l. diuortio*, §. *sed. ff. solut. matrim. & l. 1. C. de interdictis.* §. XXIX.

Item licitum est † arguere de re 1 ad tempus. *l. 1. a.*, §. *& quia diximus. ff. de re militari.* Sed in re, seu quantitate, ita datur contra socerum, sicut contra virum, *l. vltima citata*, §. *fin. ff. solut. matrim. l. diuor.* §. *interdum*, *eod. titul.* ergo & in tempore. Non ergo simus nos, qui *dict. l. vbi adhuc.* & alia iura prælegata extendimus: sed aliæ leges, quæ talem permittunt extensionem ex identitate rationis, quæ non est propriè extensio, sed ex mente: vt dicit glos. not. *cap. 1. de temp. in. lib. 6.* quam multum commendat *ibi Dominicus*, *cum aliis concordantibus*. talis enim extensio fit etiam in casibus exceptis à iure. vt probat text. secundum *Abb. ibi*, *in cap. cùm dilecta*, *de confirm. vtili. & inutil. iuncto cap. quoniam frequenter*, *supra vt lit. non contest.* etiam si excipiantur cum A dictione taxatiua, tantum: vt est glossa iuncto

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

text. in *l. ob eas alienum tantum, C. de pred. min. & in l. fin. C. de reuoc. dona.* dixi in rub. col. 56. ver. confirmatur hoc. videmus enim aliquando, quòd lex de vna perſona loquens, extenditur ad aliam. vnde *l. ſi quis ſeruo, C. de fur.* quæ in ſeruo loquitur, & in caſu ſpeciali & odioſo, extenditur ad filium, per *l. tantum, §. fin. ff. de ſer. cor.* vt dixit gloſſ. in *l. quod verò, ff. de leg.* facit gloſſ. in *dicta l. ſi quis, §. 1.* Extenditur etiam ad vxorem ſecundum *Paul. de Caſtr. ibi*, qui dicit, quòd [b] ſi vxor alicuius requiritur per aliquem, vt adulterium committeret, quæ hoc marito pandit: maritus vxori ſuæ iniunxit, quòd fingeret ſe præbere aures, & daret ſibi tempus & horam ad quam ad domum ſuam veniret, ex hoc culpam aliquam non incurrit, quamuis ex poſtfacto maritus hunc virum imperet, & male tractaret: quod eſt valde notan. Idem laicus. firmauit ille *conſ. 192. incipit, in cauſa incarceratorum, in 3 col. ver. vnde licuit marito, de quo in tractatu maleficiorum, in part. 17, Andream auxiliatorem, pen. col. & in parte, appenſate in fin.* ¶ Idem dicit *Paul. in dict. l. ſi quis ſeruo.* quando aliquis, qui habet † fortalitium in cuſtodia, requiritur de prodition: poteſt dare aures, & facere tractatum duplicem, & non delinquit: imo commendatus eſt. Intellige, dummodo caſtellanus prius hoc denuntiauerit domino caſtri, ſecundum *Ang. in dicta l. ſi quis ſeruo, C. de fur. & in l. quicunque, C. de ſer. fu.* quem refert *Lacobinus in tract. feud. in parte, de caſtro Rubei mantis, column. 4. ver. habetis etiam.* Sed ipſe non laudat ſic facientem. Idem ego dicerem de † iudice, quem altera partium vult pecunia corrumpere: nam poteſt licitè aures præbere, & ponere ſecretè teſtes, qui eius audiant corruptionis verba, & coram eis pecuniam recipere: & poſtea partem caſtigare, & ſic de ſimilibus caſibus habentibus ſimilem rationem, vel ſimilem æquitatem. Idem ergo erit in caſu noſtro. vt quamuis iura prædicta loquantur in marito ad inopiam vergente: idem dicendum erit in ſocero pari ratione: vt ſenor gloſſ. in *dict. l. vbi adhuc.* & ſequitur ibi *Odof. 2. colum. ver. ere ſignori. & Alb. 1 col. in fin. verſ. item ſecundum gloſſ. Salyc. 3. col. ver. quæro modo, & Ioan. Fabri, & alij doct. ibi.* Sentit etiam gloſſ. in *l. ſi conſtante, §. 1. ibi Bart. 5. & 7. col. verſic. ſeptimò quæro, & ibi Ioan. de Imol. 1 colum. ver. in gloſſ. magna, & ibi Paul. de Caſt. 3. col. verſic. in dic breuiter.* Nec obſtat ſecundum eum, *l. 2. cum ſimilibus, ff. ſolut. matrim.* quia loquuntur de exactione dotis, per quam dos ponitur in manibus mulieris, vt faciat quicquid vult. illa enim non poteſt fieri conſtante matrimonio: nos verò non loquimur in tali, ſed in ea, per quam non ponitur in manibus mulieris, ſed vt ſequeſtretur: vt *d. l. vbi adhuc, in fin.* & in hoc non habemus aliquam legem dicentem, quòd non poteſt fieri, ſed bene habemus leges dicentes contrarium, quòd poteſt fieri extenſio propter paupertatem viri: vel cùm vergit ad inopiam. Cùm igitur prouiſio ſit pia & vtilis, debet fieri extenſio de perſona ad perſonam, vel caſu ad caſum ſimilem: etiam ſi eſſet appoſita dictio taxatiua tantum, vel ſolum: vt *l. illud, circa finem, cum ibi not. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum aliis*, de quibus ſup. ſecundum eum. Et *Alexan. ibi column. 2. & Campetium in dict. ſuo tractatu, 3 part. quæſt. 27.* Et iſtam partem teneas, quamuis *Lancelotus Decius in d. l. ſi conſtante, col. 2. ver. circa ſeptimam queſtionem.* nitatur tenere contrarium, & reſpondere ad motiua Bart.

[a] ¶ Etiam ſi excipiantur cum dictione taxatiua tantum.] Adde *Iaſ. in l. ſi conſtante, in princip. num. 84. ſolut. matrim. & Tello Fernan. in l. 17. Taur. num. 91.* & vide quos adiunxi ſup. §. 16. num. 10. in rubr. A

[b] ¶ Si vxor alicuius requiritur.] Circa iſtam ſimulationem vxoris militis, iudiciſque, vide *Gregor. glo. b l. 8. tit. 14. part. 7. & Caſtillo in procem. ff. Tauri. fol. 6. col. 4. & Antan. Gomez. in l. 81. Tauri, num. 65. & Matien. in dialog. relatoris, cap. 33. num. 8. & Ciſuent. in l. 80. ibid. in fin.* per quos ſimul de iſtis caſibus agitur: quibus adde *Boerium, part. 2. deciſ. 262.* B

D. Ioannes Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1 *Pro dote obligare ſe poteſt extraneus, qui ſe vergat ad inopiam, poteſt vxor illam repetere.*
2 *Dotis cauſa ſemper & vbique eſt præcipua.*
3 *Dotem repetere an poſſit vxor à patre, vel extraneo promittente dotem marito, ſi maritus confitetur ſe dotem recepiſſe: deinde vergit ad inopiam, non obſtante confeſſione mariti, eiuſque inopia.*

§. XXX. Ampliabis nouò prædicta, vt procedant non ſolùm contra ſocerum, ſed etiam contra alium extraneum recipientem dotem qui poteſt ſe obligare pro dote: vt *l. fin. C. de dot. cau.* Nam ſi ille ad inopiam vergit, poteſt † vxor 1
dotem, & alia bona mariti petere, gloſſ. in *dicta l. ſi conſtante.* quam ſequitur *ibi Bartol. col. 7. ver. 9. quæro.* quia eadem ratio eſt, quæ in ſocero. Lex ergo lata in vno caſu, extenditur ad alium habentem eandem rationem. Idem tenet *Dyn. in l. quæ propter neceſſitatem, ff. de regul. iur.* Vnde lex ſimpliciter diſponens non dari actionem conſtante matrimonio: debet intelligi, niſi propter inopiam viri, vel extranei, qui accepit dotem per eandem rationem. facit text. com gloſſ. in *l. ob eas alienum, C. de pred. mino.* & quod ibi not. & in *l. ſerui nomine, ff. de vſur. ap. & in l. contractus, in princip. ff. de reg. iur.* & alia quæ dixi ſuprà in proxima ampliatione. maximè, quia ex hoc reſultat legum declaratio, non correctio, in materia fauorabili. Tene ergo gloſſ. quam ſequitur *Odof. in dict. l. vbi adhuc, col. 3. ver. ſed quid ſi extraneus.* dicens, quòd idem eſt in extraneo, quod in patre mariti, & in marito, non inſpecto fauore perſonæ, ſed cauſæ. Et ideò dicit lex, † dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt *l. 1. ff. ſol. matr.* 2
facit

facit ad hoc *Letiam ff. de iure immun. & l. 2. in fin. ff. de priuil. cred. & l. omnibus cauſis, ff. de regul. iur.* & ſi bene aduertatur *d. l. vbi adhuc*, ibi videtur rex clarus. Nam dicit, quòd hæc actio datur vxori contra extraneos poſſeſſores, qui forſan habuerunt titulum & cauſam à marito: fortius dabitur vxori contra extraneum, qui ab illa dotem recepit. & iſta eſt communis & indubitata omnium ſententia. Sed a cadit hic not. quęſtio.
A 3 Pater vel extraneus † promiſit dotem cum marito, maritus confitetur ſe dotem recepiſſe: deinde maritus vergit ad inopiam: an tunc vxor poterit dotem à promittente repetere, non obſtante confeſſione mariti, eiuſque inopia: an ab ipſu marito ad inopiam vergente, conſtante matrimonio: an ab eius hæredibus, matrimonio diſſoluto? De qua videas not. *Ludouic. Rom. conſil. 46. incip. in cauſa domina.* qui pulchrè loquitur, & decidit quòd non à promittente, qui per mariti confeſſionem fuit liberatus: nec à marito conſtante matrimonio, ſed eo mortuo ab hæredibus. vide per eum latè differentem.

ADDITIO.

A ¶ Sed cadit hic not. quæſtio.] Non memini legiſſe autorem, per quem hoc Romani conſilium referatur. quæ tamen per eum ibi dicuntur, maximè ornantur & confirmantur ex noſtratium ſcriptis in ea quæſtione, vtrum confeſſio recepti, citra fidem & teſtimonium numerationis facta per maritum, tutorem, procuratorem, vel alium adminiſtratorem, nocear domino, de qua re amplam inter noſtros controuerſiam, ſat multis vtrinque allegatis vide *Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloſſ. 6. numer. 11. & ſeq.* & adiunge eiuſdem ſcripta *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 16. num. 78. & ſequent.* & magis ad rem vide quæ multis citatis ſcribit *Neuizan. in ſilua nupt. lib. 2. num. 73.*

D. IOAN. BARBOSA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Extraneus quando in omnem euentum & caſum reſtituenda dotis ſtipulatus ſibi reſtitui, poteſt agere, vt ſibi reſtituatur, ſi maritus vergit ad inopiam.*
2 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam & naturam contractus.*

§. XXXI. AMPLIABIS decimò, vt procedant prædicta, quando extraneus dedit dotem pro muliere: quia marito ad inopiam vergente, poterit vxor dotem repetere: vt ex ea ipſa & familia alimententur. ſentit gloſ. in *d. l. ſi conſtante, in ver. mariti.* ibi: quid ſi extraneus, &c. *& ibi Dyn. & Bart. in 6. queſt. 2. partu, Angel. in §. illud, in auth. de equa. do. & Mart. Syll. & Iacob. Butri. in l. ſi extraneus, ff. de iure dot. Cyn. in dict. l. vbi adhuc, colum. 2. verſic. ad hoc quæritur. & ibi Ioan. Fab. & Albe. 3. col. ver. quærit Odofred.* qui ſubdit, quòd ſi vxor hoc caſu nolit dotem petere, extraneus qui dedit dotem, compellit mulierem ad dotem perendam iudicis officio. Nam aliàs ago, vt agas. *l. cùm in plures, §. ineſt. ff. locati.* quod etiam tenet *Salyc. in dict. l. vbi adhuc, in 7. queſt.* habebit tamen extraneus contra mulierem, quæ dotem recepit, remedium *l. in omnibus ff. de iudic.* quæ licet in actionibus bonæ fidei loquatur, tamen in ſtricti iuris locum habet. *l. in creditori. ff. de priuil. cred. & in l. poſſeſſione. ff. quibus ex cauſ. in po. ea.* & ibi not. facit *l. vniuerſa, C. de priuil. impe. eſſe.* quia iſta mulier ex ſtipulatione extraneo non eſt obligata. Sed cùm mulier idoneam cautionem non dater, ſequeſtranda etiam dos, per *l. ſi vinum dotem, §. ſi verò. ff. ſolut. matrim.* Sed iſta ſequeſtratio non eſſet per viam depoſiti ſimplicis, ſed per viam locationis apud mercatorem partem honeſti lucri, vt hic. ita dicit *Bart. d. l. ſi conſtante.* ¶ *Ioan. de Imol. ibi, col. 7. ver. 3. addc.* videtus tenere, quòd † quando extraneus ſtipulatur in omnem caſum, & euentum reſtituendæ dotis ſibi reſtitui: poteſt agere, vt ſibi reſtituatur, ſi maritus vergit ad inopiam. quia eſt caſus & euentus reſtituendæ dotis. Fatetur tamen, quòd debet dos deſeruire oneribus matrimonij, licet ipſe extraneus repetat, vel pater, vel quiuis alius: ſicut deſeruiret, ſi mulier repeteret, per *d. l. vbi adhuc.* & quia † verba debent intelligi, ſecundum a ſubiectam materiam, & naturam contractus. *l. ſi vno, in princip. ff. loca. & l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. cum ſimilibus.* Nec obſtat *dict. l. vbi adhuc.* in quantum dat actionem mulieri: quia illud debet intelligi, quando ipſa mulier dat dotem. vel ſi alius dedit, non fuit ſtipulatus dotem ſibi reddi in talem caſum: aliàs ſecus. argum. *l. quotio. ff. ſolut. matrimon.* quia *illa l. & lex, ſi conſtante.* non prohibent extraneum ſtipulari, quando dat dotem: & ideò potius intelligitur permiſiſſe. argum. *d. l. quotiens.* Hoc idem firmat *Ioan. de Imol. conſil. 100. incipit, in quæſtione & lite, in primo dubio.* vbi quidam Nicolaus per ſolennem ſtipulationem promiſit cuidam Bernardo recipienti pro Magdalena eius filia, & eius hæredibus, in omnem caſum, & euentum dotis reſtituendæ, conſtante matrimonio, vel ſoluto, eam reſtituere ſibi: verbum enim reſtituendæ, comprehendit etiam caſum reſtitutionis, quæ fit ob inopiam conſtante matrimonio: & hic caſus euenit, ne aliàs ſuperfluat. quod eſſe non debet *l. ſi quando, ff. de leg. 1.* facit ſecundum eum, quod not. *Bald. in rubr. C. de contrahen. empt.* vbi dicit, quòd verbum quodlibet in contractu appoſitum debet taliter intelligi, quòd aliquid operetur, ſi fieri poteſt: ne aliàs ſuperfluat. & hæc pars verior videtur per prædicta, ſecundum eum. Sed ſi extraneus ſtipulatur dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, & non dixerit, vel eo conſtante. non comprehenderetur caſus inopiæ contingens matrimonio conſtante, quia iſte caſus fuit omiſſus in ſtipulatione, ideò relinquitur diſpoſitioni iuris. *l. ſi extraneus. ff. de con. ob. cau.* Ideò tunc mulieri competeret actio, per ea quæ habentur in *d. l. vbi adhuc, & in d. l. ſi conſtante. & in l. ſi cùm dotem, in princip. cod. titul.* Si verò

extraneus

Universidad Carlos-III de Madrid. Biblioteca

extraneus dans dotem, stipuletur sibi illam restitui in omnem casum & euentum restituendæ dotis: tunc propriè locum habet. quod not. *Bart. in d. l. si quis stipuletur.* vbi concludit, quòd non includetur casus restitutionis dotis propter inopiam, constante matrimonio: quia illa non est vera restitutio. Idem vult in *dict. lege si constante, 7. quæst. principali 1. partis.* quando patet stipulatus esset solùm sibi restitui in omnem casum & euentum restituendæ dotis. vt sup. dictum est. & sic patet, quòd *Bartol.* non est sibi contrarius in his, quæ dixit in *d. l. si quis sic stipuletur, & in d. l. si constante*, imò in diuersis casibus loquitur. & hæc est propriè veritas, licet aliqua aliter dicant, secundum *Ioan. de Imol. in d. consilio.* ¶ *Ioannes Campetus in tract. dotis. 3. part. quæst. 40.* dicit, dato quòd ista restitutio sit impropria, tamen propter illa verba latissima posita in stipulatione, in omnem casum restituendæ dotis, debet comprehendi casus restitutionis propter inopiam: vt in simili dicitur de verbo, quibuscunque, & similibus. vt not. *Bald. in cap. imperialem, col. 6. de probib. feud. alien. per Feder.* benè facit quod not. glossin *l. cùm posita, ff. de arb.* vt ibi latè per eum. ¶ *Alexan. in d. l. si constante. colum. 4. versic. in eadem gloss.* ibi: quid si extraneus. dicit, quòd immo etiam mulieri detur actio de dote isto casu, mariro vergente ad inopiam, quando extraneus stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio: quia cùm de hoc casu extraneus per stipulationem sibi expresè non prouiderit, videtur voluisse in casu omisso donare mulieri. § *accepit, C. de rei vxor. act.* & tunc mulier fingitur sibi stipulata reddi. vt ibi in principio illius l. Quocunque ergo modo extraneus stipulemr dotem sibi reddi, semper vxor habebit actionem, propter mariti inopiam. & istud teneas.

ADDITIO.

A ¶ Secundum subiectam materiam, & naturam contractus.] Vide quæ adiunxi & dixi sup. in rubric. §. 7. num. 2. versic. ex quibus dicebat notabiliter Bald. & circa reliqua huius §. vide doct. in *l. si constante, & in l. vbi adhuc.* maximè *Ias. num. 56. & Ioan. Cret. num. 76. cum sequen. in d. l. si constante.*

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Paupertas vnius, quando alteri nocere debeat.*
2 *Debitores plures habere, nostra interest.*
3 *Super dote vxoris, si supernenit alius creditor, cum marito ad inopiam vergente, non debet agi contra creditorem, nisi discusso prius marito.*

§. xxxij. A MPLIABIS vndecimò prædicta, vt procedant etiam si dos esset data socero & marito. Nam a altero eorum ad inopiam vergente, poterit vxor vti remedio prædicto glossi. 1. in *dict. l. vbi adhuc, & in d. l. si constante*, § 1. cum quibus transeunt communiter doct. vtrobique, signanter *Odofr. in d. l. vbi adhuc, fin. col. vers. sed de-*

mo quæro hic. arg. *l. 4. ff. de libe. le. in fin.* vbi dicitur, quòd interest nostra plures habere debitores. Idem tenet *ibi Cyn. in 2. quæst.* sequitur ibi *Albe. col. 2. ver. quid si socer. Salyc. ibi in 2. quæst.* Idem tenet *Iacob. de Belleuis. & Angel. in authent. de aqua. do. § illud.* per illum textum. *Ioann. Andre. in addit. ad Spec. tit. de dote post diuortium restituenda, §. formatis, ver. sed cùm mulier, Bart. in d. l. si constante, in princip. col. 6. ver. 8. quæro. & ibi Ioan. de Imol. 2. col. Collectarius in præsenti, vers. quid si maritus*, qui allegat in argumentum *c. 1. sup. de treug. & pa. cum similib.* ¶ Intellige, quando maritus & socer sunt obligati tanquam duo rei debendi: puta si hoc est actum tacitè vel expresè: vt *l. 2. ff. de duobus reis, & l. reos, §. cùm in tabulis.* Nam tunc si sunt socij, propter paupertatem vnius potest agi contra alium, vt *l. pen. ff. de duobus reis.* Si autem non sunt socij, idem quantum ad hunc casum, licet regulariter factum vnius non noceat alteri, tamen fallit ad perpetuandum actionem, vt *l. fin. C. de duob. reis, & authent. hoc ita, eod. tit.* Item paupertas † vnius nocet alteri, quia aufertur sibi beneficium diuisionis: vt *dict. l. fin.* ita in proposito nostro paupertas vnius, nocet alteri. Præterea non est dubium, quin casus mortis contingens in persona viri, facit dari actionem cõtra socerum. Vnde idem erit in casu pauperratis in persona alterius imminentis. Præterea hoc videmus in pluribus hæredibus vnius debitoris facti, qui condirionaliter promisit pœnam, vbi factum vnius nocet alteri, & facit actionem dari contra alios *ff. de verb. oblig. l. 4. §. si facto, cum l. seq.* & hoc modo sustinentur glo. prædictæ, & seqoscentes. intellige, duos reos debendi posse constitui in dotem, patrem, & filium, vel plures fratres vel nepotes, forte simul habitantes, quorum promissio non est causa generandæ perfidiæ in viro vel matrimonio. Secus tamen est, si non sunt obligati, tanquam duo rei debendi, puta quando mulier dedit vni dotem contemplatione vtriusque, hi obligari sunt ambo, non tamen tanquam duo rei: quia vnus nõ cogitauit de obligatione alterius, & sic non est actum tacitè vel expresè qnòd sint duo rei: nam tunc propter inopiam alterius, possit agi contra alium, quia est contra omnia iura. Nam factum cuique suum, &c. vt in regula iuris, non debet quis alterius odio prægrauari. Ratio diuersitatis est, quia quando sunt duo rei, debet imputari obligaro, eò quòd alterius obligationem participauit: vnde eius inopia sibi nocet. In secuodo casu nil potest sibi imputari, vnde alterius inopia nil debet nocere sibi. vt no. *Dyn. in regul. mora, de reg. iur. lib. 6.* Ista sunt serè notanda verba *Bart. in d. q. 8.* quem simpliciter recitat *Saly. in d. l. vbi adhuc, 2. quæst.* & postea subdit sibi videri, quòd illa similia, quæ *Bart.* adducit, sunt à nostra materia multum remota, & non bene conuenientia, præter secundum de pauperrate, quod aliqualiter facit, sed non plenè. Quapropter dicit, quòd si socer & vir simul cohabitant in eadem familia, quòd propter superue-

nientem

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nientem inopiam viri, non possit exigere à socero locuplete, & idoneo, si paratus est vxorem sustentare ex fructibus dotis, & cæteros, qui ex dote restituta veniunt sustentandi. Secus si ad hoc non esset paratus, vel honestè cum eo morari non posset, vel minus idoneus esset, vel effici speraretur. & ratio est, quia vno casu satisfacit iuribus, permittentibus vxori actionem & alia bona petere, propter mariti vergentiam ad inopiam, vt dos sua ponatur in mm, & ex ea vxor & familia alimententur. In alio verò casu nno ita quieuit *Salyc.* cuius opinio videtur satis æqua, cùm per eam satis securetur vxor in sua dote, & in alimentis, præsertim si teneremus opinionem eorum, qui dicebant, quòd in casu, quo maritus ad inopiam vergeret, euitaret dotis restitutionem, dando fideiussores de dote conseruanda, per istum text. secundom vnum intellectum: sed si socer esset locuples, cùm teneatur ad dotem conseruandam & restituendam, secura est dus, ergo non poterit exigi à mariro ad inopiam vergente, nisi dicas tutius esse vxori, suam dotem & res dotales habere, quàm personalem vel hypothecariam actionẽ contra socerum intentare: vt dicetur inf. in 11. ampliatione, & certè de hoc videtur casus, non camillãdo literam, in *d. § illud.* vbi dicitur, quòd si maritus iocipit dilapidare, licet ad hoc soluẽdo sit etiam in decuplum: pro dote tamen potest vxor agere constãte matrimonio. Idem ergo erit dicendum in casu nostro, quòd si maritus cœpit vergere ad inopiam, consulatur vxori circa dotis exactionem, quamuis socer sit soluendo: ita per illum text. firmat *Ioan. de Imol. in d. l. si constante, colum. 2. vers. cu potes dicere* nec facit vim, vtrum sint duo rei debendi, vel non, vt faciebat *Bart.* quia in hoc casu non est simpliciter factum vnius, quod noceat alteri, sed est dispositio legis, inducta fauore mulieris, quòd possit dos repeti, vbi incipit res malè geri. Et per hoc dicit posse attentari idem fore, si solũ pro parte quilibet esset obligatus. Debuit ergo prælocutare obligans se pro dote, hunc casum posse euenire: ideò non habet, de quo conqueratur. argum. *l. si quis de mum, § 1. ff. locati.* & ita finaliter ille tenet simpliciter glos. prædictas, spreta restrictione Bart. & sequacium. ¶ *Paulus de Castr. in d. l. si constante, 3. col. vers. puto dicendum.* voluit opiniones ad concordiam deducere, per quãdam mediam viam. dicit enim, quòd si perueniat ad paupertatem, vel incipiat malè vti substantia sua, ille qui subijt onera matrimonij, peti potest ista cuonignatio in bonis eius: & si illa non sufficerent, etiam in bonis alterius, quoniam sit propter duo, scilicet, vt mulier cum sua familia alatur, & vt sit de dote secura, & nisi hoc fieret, frustraretur altero ipsorum. Si autem alter, qui non sustinet onera matrimonij, deuenit ad paupertatem: ille verò, qui sustinet, non, tunc cessat remedium prædictarum legum, quia tũc mulier non fraudatur aliquo vtiorum, nec debet cõsiderari, quòd etiam ipse poterit ad paupertatem deuenire: quia hoc non præsumitur, & casum, aduersamque fortunam considerare non debemus. *Inter stipulantem, § sacra, ff. de ver. oblig.* Aduerte, quia *Paulus* forsan inaduerter videtur in effectu in secundo membro tenere contra communem opinionem. ¶ *Bald. & Angel. in d. l. si constante*, videntur aliter opiniones concordare, dicentes quòd quando sunt duo obligati, vt puta maritus & socer, contra eum qui vergit ad inopiam, potest vxor agere, non autem contra diuitem, quia est inconueniens, quòd ex postfacto propter casum superuenientem, surgat inæqualitas in duobus reis. *l. cædẽ, § si quis ff. de duobus reis.* Hanc opinionem Baldi, tanquam æquiorem, sequitur *Rapha. Cumã. Lud.* putat veram opinionem *Bart.* quando non essent duo rei: sed si duo rei essent, dicit contra neutrum agi posse, per *l. si plures, §. præterea, ff. de fideiuss.* & arg. *l. quoties, C. quo quis ordine conueniatur. lib. 11. & l. mulier, cum glos. C. de iure dot.* ita resident *Lud. in d. l. si constante.* ¶ *Alexand. ibid. 3. colum.* dicit hunc passum esse dubitabilem, & finaliter decidit, quòd etiam quando sunt duo rei debendi, inopia vnius in casu isto non debet alteri nocere, & non posset conueniri, nisi inops. *leg. mora, § fin. ff. de vsuris.* & sic approbat opinionẽ *Bal. & Ang.* nisi sint socij, vt dicebat *Bar.* quo casu inopia vnius alteri præiudicat: vt *l. pen. cùm ibi notatis ff. de duobus reis, & dict. l. mora, § fin.* secundum communem intellectum. Hocidẽ tacito *Alexan.* tenet *Ioan. Campet. in sua tract. de dote, 3. part. quæst. 28.* ¶ Pro ista opinione facit, quod notanter voluit *Bart. in l. si ita stipulatus, §. fin. ff. de verbor. oblig.* vbi dicit, quòd licet nostra interfir, plures † habere debitores: vt *dict. l. 4. in fin. ff. de liberatione legat.* hoc verum est, sed illud interesse non æstimatur de præsenti, nisi quatenus principalis non est soluendo. Si ergo vnus ex correis est soluendo, non videtur vxor prætendere aliquod interesse, in habendo duos vel plures debitores, quantum ad hoc, quòd altero eorum ad inopiam vergente, possit ab omnibus dotem exigere. Sed certè mihi tutior videtur opinio glos. propter prædicta, signanter propter dictum *§. illud*, inductum en modo, quo sup. cui octo doctorum bene respondet. Tene ergo illam, quæ est fauorabilis doti, & sequere in hoc *Ioann. de Imol. in d. l. si constante.* ¶ Et tenendo istam opinionem cogitabam, si forsan dici posset, quod præsuppolita obligatione mariti & soceri, non sit agendum contra eam, quæ ad inopiam vergit, vt dicebant *Bald. & Ang.* sed potius agatur prius contra eum, qui dotem recepit, & retinet. argum. text. in *l. inde queritur. ff. commo.* & b eorum quæ dixi in 4. notabili. ver. hinc est. Ad hoc bene facit *dicta l. vbi adhuc, in ver. qui non posterum.* quę dicit, quòd quando † cum marito interuenit alius conreus super dote vxoris marito ad inopiam vergente, non debet agi contra coreum, nisi discusso prius marito. & probatur in *authent. hoc si debitor, C. de pign. & in corpore vnde sumitur.*

Et

Et hoc expreſsè eſt Florentiæ conſtitutum, quòd omiſſa excuſſione, & eius exceptione non obſtante, poſſit peruenire ad coreos vel fideiuſſores, vel obligatos, vel extraneos bonorum poſſeſſores: & ea oppoſita, non retardetur iudicium, ſeu proceſſus. ita dicit *Ioann. de Imol. in conſil. 100 incip. in quæſtione & lite, final. col. ver. circa ſecundum.* ¶ Ad iſta facit *lex regni, Foro legum, lib. 3. tit. 18 l. 3.* quæ dat creditori facultatem conueniendi debitorem principalem, vel fideiuſſorem, ſi maluerit. per quam legem videntur corrigi *authent. præſente, C. de fideiuſſ. & dict. authent. hoc ſi debitor.* & hoc maximè, ſi debitor erat rixoſus, & conſueuit non ſoluere debita, etiam liquida. Nam tunc etiam non præcedente diſcuſſione, poteſt fideiuſſorem conuenire, ſecundum *Angel. & Ioann. de Imol. in l. decem, ff. de ver. oblig. Ang. de Aret. & Iaſ. in § item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act. 24. col.* quod tenementi.

ADDITIONES.

A ¶ Nam altero eorum ad inopiam vergente.] Super iſtius concluſionis examine, & circa huius §. materiam, vltra doctores in *leg. vbi adhuc, C. de iure dot.* & ſcribentes in *l. ſi conſtante.* vide poriſſimum longum examen *Iaſon. ib. num. 24. cum multis ſequent. & Ioan. Crotus num. 38. in prima lectura.* & rurſus *in ſecunda, num. 72. & vtrobique cum multis ſequentibus* latiſſimè.

B ¶ Et eorum quæ dixi in 5. not.] Vide ni plures quos ibi adiunxi.

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Reſtitutio dotis an eximatur per donationem fideiuſſoris.*
2 *Fideiuſſor pro dote non debet dari.*
3 *Aliud pro alio ſolui non debet, inuito creditore.*
4 *Lucrum ex pecunia dotali propter inopiam mariti, apud mercatorem depoſita prouenions, an debeat reddi marito.*

§. xxxiij. AMPLIABIS duodecimò prædicta, vt procedant, etiam ſi maritus, ſocer vel extraneus vxori repetenti dotem, offerant fideiuſſores. Nam per hoc non euitabunt dotis †reſtitutionem, quia dos datur vxori ad ſuſtentandum onera matrimonij: vt *dict. l. vbi adhuc.* nec debet mulier ſe fragilitati cautionis committere: quia ſatisdatio propoſitum maleuolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. *l. ſeruus effectus, ff. de act. & oblig. l. vt non aperet, ff. de captiuis, § nouiſſimè, Inſtit. de ſuſpect. tutor.*

2 & † fideiuſſor pro dote non debet dari: vt *dict. l. ſi conſtante, §. quoties.* & ante ſolutum matrimonium non tenetur recipere fideiuſſorem, ſi

*A 3 non * vult, quia aliud pro alio † inuito creditore ſolui non licet. *l. 2. ff. ſi cert. petatur, § ſin autem concordantia.* & melius eſt habere rem, quàm fideiuſſores. argum. *ff. ad Trebell. l. qui ita. §. 1.* facit bene pro hoc text. & gloſſ. in *l. prætoria ſatisdationes, ff. de prætor. ſtipul. & l. ſi pater, & ibi gloſſ. ad Mace.* Hanc opinionem tenet gloſſ. in *d. l. vbi adhuc, in fin. & ibi Odofred. 3. column. ver. ſed denus pone mus, & Cyn. 2. col. verſatem queritur Bal. 4. colum. in princip. ver. ſed ſtatim queritur, Alber. 2. colum. ver. item quærit. gloſſ. Saly. 5. colum. ver. quæro tertiò. & ibi Ioan. Fab. Bart. in d. l. ſi conſtante, 8 colum. ver. 10. & vlt. & ibi Bald. & cæteri moderniores.* Idem tenet *Bart. in dict. leg. ſi conſtante, in 5. oppoſit.* dom refert verba *Dyn. & Cyn.* diſcrentium, melius eſſe dotem repetere, quàm fideiuſſores accipere. & approbat ibi *Alexand. col. 14. ver. item in quantum. Bart. hic in 10. quæſt. Ioan. Andr. in titul. de dote poſt dimiſſ. reſtit. §. formatis, verſ. ſed cum mulier. Hoſt. in ſumma cod. titul. quando, ver. primo, quia ſatisdatio. Cal. & Henri. in præſenti, 2. column.* quos ſequitur *Alexan. hic penult. colum. ver. poſt hæc ex prædictis.* & hanc partem teneas, tanquam veriorem & æquiorem, & mulieribus & doti magis fauorabilem. quamuis aliqui doctores non leuis auctoritatis teneant contrarium: vt dixi ſupr. §. & propter iſta. Nec obſtat text. quem aliqui pro parte contraria allegant, in decretali noſtra: quoniam, vt ibi dixi, non patitur hunc intellectum. vnde per remedium huius decretalis non excluditur mulier à remedio *dict. leg. vbi adhuc, ſecundum Saly. in dicta lege vbi adhuc, in 3. quæſtion.* ergo latius dixi ſuprà, §. reſtat tunc.

¶ Vnde lucrum redactum † ex pecunia apud 4
mercatorem depoſita, ſecundum formã huius decretalis, non debet reddi marito, ſi eſt dilapidator, etiam ſi offerat cautionem, ſed tradetur mulieri, vel ipſa dos, vt inde virum, ſe, liberos, & familiam alat. ita dicit *Hoſtien. in præſenti, ſuper ver. eidem. & ſuper ver. dictum vir. & Ioan. Andr. in ver. dictus ver. & Ant. in ver. quæro cui hoc lucrum.* qui volunt, quòd in iſto caſu debeat eſſe euidens mala adminiſtratio mariti, ad quod nihil allegant, quod eſt valde not. de quo tamen dubito: quoniam ſi euidenter maritus vergit ad inopiam, ad remouendam marito integram dotem: ſufficiet ad hoc, quòd lucrum vel fructus dotis ſibi etiam tollantur, & mulieri detur, ad onera matrimonij ſuſtinenda. niſi dixeris, quòd non eſt tantum periculum in perditione fructuum rerũ dotalium, vel lucri ipſius dotis, quantum eſt in ipſa dote. iden vbi maius periculum vertitur, ibi cautius eſt agendum, *c. vbi maius, de elect. lib. 6. cum concordantia.* Sed certe, quamuis non ſit tantum periculum in fructibus, vel lucro dotis: non tamen eſt paruum incommodum vxori, filijs, & familiæ, quòd mariro forſan loſori, vel luxurioſo, vel prodigo, licet non publico, committatur, & ipſi alimentis fraudentur. Quapropter tutius eſt, quòd apud vxorem maneant.

ADDITIONES.

¶ Adde quod hoc limitat *Iaſ. in viginti caſibus,* A *
in *l. 2. hic allegata, in § mutui datio, vel antepen. cum duabus ſequentibus.*

IOAN. BERNARDVS.

¶ Omnis

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

¶ Omnis huius §. controuersia quam facillime cessat, si perpendas, quòd tendat remedium horum iurium, scilicet, vt in ruto dos ponatur, rum etiam vt eiusdem dotis fructus, secuti sint onera matrimonii. vt tecte perpendit *Lef. in l. si constante, solut. mat. in princ. num. 45. & nu. 47.* quo fit vt si de vtroq; sufficienter satisderur, inter vxor tepellatur, non etiam si de altero : quid quid nostri vario sermone dicant in præsenti; & *l. si constante, & in l. vbi adhuc.* & vide *Ant. Gom. l. 33. Taur n. 33.*

D. IOANNES BARAHONA.

SVMMÆ RERVM

2. Contra extraneos possessores bonorum mariti, an possit mulier agere pro dote, quando maritus versat ad inopiam.
2. Mulier & fiscus ambulant à pari.
3. In causa dotis procedatur secundum æquitatem, vbi de apicibus iuris non est curandum.
4. In causis viduarum iudex debet seruare æquitatem, & bonam fidem.
5. Exceptio, in non potes esse index vel arbiter, est de apicibus iuris.
6. Mulier potest esse procuratrix vel arbitra in causis, in quibus de salute animarum tractatur : vt in repetitione vsurarum, & in causa decimarum.
7. Iuramentum vbi apponitur, non est necesse, quod mulier remmaiet Velleiano.
9. Apices iuris qui dicantur.
10. Princeps potest sola veritate inspecta iudicare, etiam omissa ordine iudiciario.
11. Ordo iudiciorum non requiritur in sententia principis: requiritur tamen citatio.

§. XXXIV. AMPLIABIS tertiò & decimò, vt procedant prædicta, & possit hunc casu vxor agere, non solum contra marium, & personas prædictas: sed etiam contra † extraneos possessores bonorum mariti, cùm illa sint hypothecata pro dote tacitè vel expressè. Quo casu nō videtur necessaria excussio mariti: quia si primò oporteret facere excussionem, vt consequeretur rea obligatas: licet plus valerent, sic caretet beneficio *d. l. vbi adhuc.* Sic & aliàs agitur hypothecaria sine principali, in *d. l. quæsitum, ff. de pign.* Nec obstat, si dixeris, primò esse agendum cōtra principales, quā contra possessores pignorum: quia illud verum, quando principalis cōueniri potest. quod patet: quia vbi absens est principalis, agitur hypothecaria. *auth. hoc si debitor, C. de pign.* & ibi gloss. multo ergo magis, cū ex hac causa impediatur vxor agere contra mariam, propter matrimonium, quod durat. pro hac opinione benè facit *l. in rebus, C. de iure dotiū, ver. minus autem.* vbi dicitur, constante matrimonio posse peri virorum bona, non autem dicit de personali contra virum. istam opinionem tenet *Alberic. in d. l. vbi adhuc, col. 6. vers. ex prædictis etiam.* Hanc sequitur *Lud. Roman. in dicta lege, si constante, ff. solut. matrimonio.* motus, quia certum est, quod in causa dotis agitur de bono publico: vt *l. 1. ff. eod.* & proceditur simpliciter, & de plano: vt *cle. dispendiosam, de iudic. & cle. sæpe, de verborum significatione, & de bono & æquo:* vt notat. in *d. l. 1.* vbi autem de publica vtilitate agitur, de apicibus iuris curandum non est: vt *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam.* Et inde est, quòd cùm publica vtilitas versetur in delictis puniendis: vt *ff. de iustit. & iure, l. prima, in princ. & cap. vt famæ, de sententia excomm.* si delictum est probatum, non est cùrandum de apicibus, vel solennitatibus iuris. ita notanter dicit *Bald. in sua famosa disputatione, incipiente, accusatus de vi verbatina 6 columna.* Sed est ita, quòd exceptio excussionis est de apicibus iuris: vt dicit gloss. not. in *l. si mancipium §. 1. ff. de exctionibus.* ergo de illa non est curandum in casu, de quo agitur. ita dicit *Lud.* se consuluisse. Hanc sententiam approbat *Bal. Nouellum in tractatu dotis 8. parte, priuileg. 308.* sicut quādo tractatur de interesse reipublicæ, puta fisci: vt est casus not. in *l. Moschus. ff. de iure fisci.* Ergo eodem modo faoore dotis: quia † mulier & fiscus ambulant à pari *l. 2. C. de iure fisci, libr. 10.* & maximè circa hypothecariam: vt not. in *l. dotis, C. de iure dotium.* Sic etiam videmus, quod fanor fisci & reipublicæ est, vt possit agi contra fideiussores, non facta excussione contra principalem: vt habetur *in l. 1. C. de decurionibus, libr. 10.* & *in l. cum filius. ff. de ver. obl.* ergo, &c. Ad cuius confirmationem facit, † quoniam in causa dotis procedit bona fide, & secundum æquitatem, vt prædixi: vbi de apicibus iuris non est curandum. vt est textus cum *gloss. 1. in cap. dilecti, sup. de indic.* & not. *Bartol. in l. fideiussores, §. quædam, & l. Quintus. ff. mandat.* & *in l. bona fides, & ibi Bald. & Salyc. ff. de depos.* quos refert & sequitur *Andre. Sicul. in cap. bona fides sup. de depos. in finalibus verbis.* inferens ex hoc, quod si competat directa actio, & fuit interrata volis, non est curandum: nec etiam tunc poterit opponi, quòd non intercenit stipulatio, sed nudum pactum. Idem in simili voluit *Andr. Sicul. in dict. cap. dilecti, de indic. 11. column. ver. sed in quantum gloss. ista.* vbi dicit, quòd per illam gloss. aliàs consuluit: statutum disponebat, quòd in causis † viduarum iudex debeat seruare æquitatem, & bonam fidē: quòd in tali iudicio non requiritur ordo excussionis. adducit etiam dictum *Bart. in suo apostil. in d. §. 1.* vbi dicit, quod exceptio ordinis intelligitur esse de apicibus iuris. Vnde si statutum dicit, quod super diuisoriis procedatur de bono & æquo & secundum veritatem; quòd agens non possit repelli per exceptionem ordinis. quod *Andr. Sicul.* reputat notandum pro statuto illius vrbis, volente potestatem debere iudicare de bono & æquo in causis viduarum, &c. dicit esse vtile ad forum mercatorum, vbi causæ decidantur ex bono & æquo: vt *l. Quintus & ibi Bart. ff. mandat. & in l. fideiussor. §. quædam, in fine. per Bald. in l. si pro ea. C. mandat. & in l. 2. C. de conflit. pecu.*

¶ Ex istis videtur non esse curandum de dicta discussione, & maximè in iure nostro pontificio, quod non curat apices verborum, sed rei effectum: vt dicit *Bald. in c. pen. sup. de re iud.* quia solam

solam animarum curam habet: vt dicit gloss. *in capit. cum contingat, supra de iureiur. & in regula possessor. de reg. iur. libr. 6.* vbi autem de salute animarum tractatur, de iuris apicibus nunquam debet disputari. argum. *19. q. 2. capit. duæ sunt inquisit.* ita not. dicit *Archi. in cap. scriptum 6. quæst. 3.* ¶ Ex quo infert vnum dictum singulare etiam Canonistis incognitum, quod cum hæc exceptio, non † poter esse procurator, vel arbiter: sit de iuris apicibus: vt *d. l. si fideiussor. § quadam,* 6 *cum gloss. ff. mandati.* quod mulier potest esse † procuratrix, vel arbitra in omnibus causis, in quibus de salute animarum tractatur: vt in repetitione vsurarum, & in causa decimarũ, quæ sunt tributa egentium animarum. quod dictũ semper nota, quia valebit ad multa, secundum *Ludouic.* cuius sunt ista verba *in singulari 710. incipit, sll audiuisti.* & per hoc limitantur omnia iura, quæ volunt, quod mulier non potest esse procuratrix, vel arbitra. ¶ Ex istis infertur, quod vbicunque interuenit iuramentum: cum de eius obseruantia & adimplemento agatur, & sic de salute animæ: non est de apicibus iuris disputandum. ita not. dicit *Bald. in cap. ex rescripto, column. 3. sup. de iureiur.* Ex quo infert, quod 7 B vbi apponitur † iuramentum. non *b* est necesse, quod mulier renunciet Velleiano, vel minor certioretur de beneficio restitutionis in integrum, A* *a* quia non excluditur vi renunciationis, sed tanquam perfectæ ætatis. licet *Dyn.* consuluerit contrarium: pro quo facit *gloss. ord. ff. de ver. oblig. l. sciendum.* vbi videas per *Cyn. in l. 2. C. de rescin. vend.* Vnde cautius est, in instrumẽto apponere, quod renunciauit beneficio minoris ætatis, certioratus de qualitate beneficii: C 9 secundum *Bald. vbi sup.* ¶ Apices † autem *c* iuris dicuntur quædam solennitates, seu subtilitates, quæ veritatem negocii non tangunt. ita dicit *Bartol. in dict. leg. si fideiussor. §. quædam. ff. mandat. Bald. in l. si pro ea. fin. column. C. mandat. Andr. Sicul. in dict. capit. bona fides, in fin. sup. de depo.* de quibus etiam in consistorio principis non curatur, quia ibi magis attenditur veritas, quàm iudiciorum ritus seu solennitas. vt not. dicit *Bald. in l. rescripta 3. columna, C. de precib. imper. offe.* alleg. *l. 1. §. si* 10 *quis. ff. de quæstio.* & propterea † princeps iudica- B* re potest, sola veritate inspecta, *b** etiam si iudiciarius ordo sit omissus: vt probat text. notat. in *cap. ad petitionem, insp. de accus.* quem pro singulari ad hoc alleg. *Bald. in cap. 1. §. insuestitura 2. column. de nouæ formæ fidelitatis, libr. feud.* de quo meminit *Alexand. in leg. fin. C. de legi. in apostil.* In 11 † sententia enim principis non requiritur exactus ordo iudiciorum: vt dixit not. *Ioann. Andr. in cap. in causis, sup. de re iudic.* & ideo de nullitate processus acti coram principe, non seruato iuris ordine, non potest opponi: quia permittens coram se taliter procedi, videtur dispensare: vt voluit *Innoc. in cap. 1. de lite contesta.* Nec mirum: quia ipse solus habet potestatem mandandi, sic facias: alii verò debent dicere, facias iustitiam. secundum *Innoc. in cap. significantibus, de offic. deleg.* quem refert *Bald. in cap. 1. 3. column. si de investitura inter dominum & vasallum litigatur. Alexand. in d. l. fin. C. de legi. Felin. in capit. quæ in ecclesiarum 22. column. versic. quarta declaratio. sup. de constit. Andr. Sicul. in rubr. de rescript. chart. 6. 2. column. ver. venio ad tertium, & in c. si quando, eo. tit. & in d. cap. significantibus, pe. col. & in c. pastoralis, §. quia vero 20. col. eod. tit. & in c. si pro debilitate 21. col. eod. tit. & in ea. missi specialis 12. col. de offic. leg. Georgius Natta in repetit. clem. sæpè, de verb. sign. §. & quia 30. col.* Vnum tamen est, quod licet non requiratur ordo iudiciarius in sententia principis, requiritur *d* tamen citatio: vt *c. 1. de causa posse.* & proprie text. *& Bartol. in l. nam ita filium. ff. de adopt. & in l. diuus, ff. de iure aurorum anno. Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth.* c* ¶ Ex quibus omnibus videtur, quod saltem de iure canonico, & in consistorio principis non est necesse, quod vxor volens agere contra tertios possessores bonorum mariti, debeat prius maritum excutere. ¶ Et secundum ista fortè potest intelligi, & limitari *gloss. in dict. leg. vbi adhuc in verbo, petitura.* quam approbant *ibi Cyn. & alij. Bart. in d. l. si cõstante, & alij moderniores,* signanter *Alex.* qui sentit cõtrarium. imò quod antequam sit certum, maritum non esse soluendo, non agetur hypothecaria contra tertios possessores. Idem sequitur *Ioann. Fab. & Bald. in d. l. vbi 6. colum. ver. sed statim succedit. & Sal. q. 12.* quod probatur per *d. l. vbi.* dum dicit, quod nunc vxor agere potest eo modo, quo ageret, & exigeret, si matrimonium legitimè dissolorum esset secundum distinctionem legum. Sed tunc iure communi non posset agere contra extraneos possessores, nulla facta excussione: igitur nec nõc. Ad hoc potest respondeti, quòd illud verbum, secundum distinctionem legum, non debet intelligi de discussione, sed de alia distinctione, & modificatione: prout requiritur in hypothecaria, videlicet probando de anteriotitate temporis, & quod res erat in bonis mariti, & sic de similibus. Nam tempore *dicte leg. vbi adhuc.* talis ordo discussionis erat incognitus: nam postea fuit inductus per ius authenticorum. vt habetur in *d. authentic. hoc si debitor. & in authentic. præsenti, C. de fideiussor.* ita dicit *Bald. Nouellus vbi sup.* Sed huic solutioni resistit text. not. in *Libertum, §. 1. ff. ad municipales.* vbi res publica prius discutere debet filium decurionem, quàm deuenire ad patrem. Potest dici, quòd illud procedit, quando pater non fideiussit pro filio expresse, sed tacite iuris præsumptione, vel fictione, vnde instum est, quod in defectum deueniatur ad ipsum, & agatur prius contra filium. Sed si patet expresse insisset filium officium suscipere, vel alium contractum facere: non deberet filius prius discuti secundum *Iacobum de Arenis: vt ff. de verborum obligationibus, leg. si seruum, versicule, an filius.* & vtrobique per *Bartolum.* quod tene menti. In casu autem nostro possessores rerum forsan scienter susceperunt bona pro dote hypothecata,

vel

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vel saltem putare debuerunt illa esse hypothecata pro dote vxoris: & ideo meritò conueniuntur super illis, alias non discusso marito. Cogitabis. ¶ Si vis tenere communem opinionem glossæ Bar. & aliorum, poteris dicere, quod quædam sunt de tela & ordine iudicii, vel processus, ad rigorem iuris conseruandum: & ista dicuntur de apicibus iuris, de quibus non est curandum: vt *dicta lege si manu ipsum, §. primo.* Alia sunt ad veritatis indaginem, & ad conseruandum defensionem partis: ista non dicuntur de apicibus iuris, nec debent prætermitti: sed exceptio excussionis est huiusmodi: quia licet nō tollat, nec perimat ius, vel actionem partis, respicit tamen defensionem opponentis. *l. Moschus, in princip. ff. de iure fisci l. 1. C. de decurionibus li. 10.* vbi probatur quod etiam contra fiscum, & rempublicam admittitur exceptio excussionis, idque fore æquum, inquit text. *in dicta l. Moschus.* ergo admittenda est. Ad hoc bene facit, quod voluit *Bald. in l. fin. §. sed & si quis 1. columna. versic. sunt à nec quæsitum, C. communia de legatis.* vbi dicit, quod quando agitur contra tertium possessorem hypothecariæ arbitrator, qui procedit secundum æquitatem, non potest reijcere discussionem excussionis, quod est notādum secundum *Alexand. in dict. l. si constante. in princip. columna 15. versic. vnum no.* & dicit se alibi non legisse. & *Georgius Natta in repetitione clem. sæpe, de verbor. signi. columna decima quinta.* Ex quo infert notabiliter, quod iudex, cui causa committitur summarie, &c. non potest reijcere exceptionem discussionis, oppositam per fideiussoreco conuentum.

ADDITIONES.

A* ¶ Adde, quia iste passus est dubius, *Iaf. in authent. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. columna 15. cum duabus sequent. Segur. in l. filius dum in cunctatt. ff. de verb. obl. fol. 4. columna 1. ver. infero, & in columna sequent.*

B* ¶ Adde *Guillel. Benedict. in rep. 2a. Raynutius, fol. 339. col. 6. num sex seq.*

C* ¶ Adde *Francisc. Aret. consil. 155. columna 2. quæ est antep.*

IOAN. BERNARDVS.

A ¶ Exceptio excussionis est de apicibus iuris.] Tu circa istam conclusionem. & an procedat in exactione doris, vltra *Iaf. & alios in l. si constante. ff. sol. matrimo.* vide *Fann. de pignor. part. 8. membro 1. num. 23. cum multis sequent. & Cornetum, consil. 267. volum. 3. & Cattel. Cott. in suis memorabil. ver. apices.* & plenius *Conarrum. libr. 3. resolut. capat. 18. numero 3.*

B ¶ Non est necesse quod mulier renunciet Velleiano.] Adde *Iaf. in auth. sacramenta puber. C. si aduers. vend. & Auffrer. decis. Tolos. 57. & Anton. Vanet. de virt. & viribus iura. nu. 31. Segur. in l. filius dum in cunctate est n. 28. de verb. obl. & Gom. Ari. in l. 61. Taur. n. 9.*

C ¶ Apices autem iuris.] Vide *auctorem in l. 19. Taur. nu. 8. & Fann. de pignor. d. p. 8. membro 1. & Cattel. Cott. in suis memorabil. ver. apices.* & obiter *Matth. Afflict. decis. 208.* & rursus in *constit. Neapol. lib. 1. rubr. 81. n. 11.* & quæ scribit *Tiraqu. de retract. lignag. §. 35. gloss. 1. nu. 19. cum seq. & Rom sing. 704. aliat 691. & Ducēn. in regul. 311. in limitat. 4.* apud quos plures citantur, pluraque dicuntur, circa articulos huius materiæ quos hic prosequitur autor.

¶ Requiritur tamen citatio.] Vide *Paul. Castro singul. 27. Cattel. Cott. versicul. citatio partu. Marant. de ordin. iudic. parte 6. membro 1. numero 3. & numero 10. Pinell. in rubric. de rescript. vend. parte 1. cap. 2. num. 22. Vant. de nullit. tit. ex defect. citat. nu. 8. Ducēnas regul. 92. & Mesi. leg. Toled. part. 2. §. 17. & Rebuff. de citat. numero 27.* apud quos dicuntur & docentur multa, doctorumque fat copiosè allegatur. D

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Vxor pro dote agere potest contra pannos, & alias merces mariti mercatoris*
2. *Mercantia est quoddam corpus vniuersale, vbi vna res subrogatur loco alterius.*

AMPLIABIS quartodecimò, † vt non solum possit vxor agere contra extraneos possessores rerum immobilium mariti, sed etiā contra pannos, & alias merces mariti mercatoris: quia *d. l. vbi adhuc* loquitur indefinitè, volens quod omnia bona mariti sint hypothecata pro dote vxoris poterit ergo vxor vti retentione pro mercibus, quas penes se retinet, vel apud maritum stant: & pro alienatis intentare hypothecariam contra possessores, vt diximus in proxima ampliatione. Ista fuit opinio aliquorum, vt *Iacobi Butrig.* Cuius contrarium tenuit *Iacob. de Arenis, in dicta l. vbi adhuc.* & sequitur *ibi Albericus.* Sed *Iacob.* ipse enncordat opiniones hoc modo. Si enim merces reperiuntur apud virum, cum de dote agitur, sunt obligatæ: illæ verò, quæ vendiræ sunt ante, non. Hanc distinctionem videtur sequi *Cyn. in dict. l. vbi qu. 15. & Salyc. quæst. 11. & Collectarius in præsenti versicul. sed quid si maritus est mercator? Alberic.* dicit opin. *Iacob. Butrig.* fore veriorem de iure: sed *Iacobi de Aren* æquiorem. *Bald. in dict. l. vbi adhuc. 4. columna. versic. sed pone maritum,* aliam viam sumit. dicit enim, quod non inspicitur tempus iudicij, sed tempus quo actio orimt. Vnde postquam vir, qui incipit male vti substantia sua, alienat: possunt istæ merces per hypothecam aduocari post emptionem ab emptore. Secus si alienauerat ante. Si tamen mora potest imputari vxori, cur non agat: videtur dicere *Bald.* quod non potest agere ad merces iam venditas, licet post ortam actionem: quia alias sequeretur absurdum, quod mercator non posset exercere suam artem, vel mercantiam. Et licet illo momento, quo steterunt apud ma- §. XXXV. 1

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rium, fuerunt obligatæ vxori pro dote: tamen fuerunt exemptæ ab obligatione: quia aliæ res de nouo acquisitæ loco illarum rerum subrogantur. Est enim † mercantia, quoddam corpus vniuersale, vbi vna res subrogatur loco alterius. *l. Imperator, §. fin. cum l. sequenti, de leg. 2.* Nota ista verba *Bald.* sic ordinata, & declarata: quia obscurè loquitur: de quo vide latius *Alexand. in dict. l. si constante, column. 16. ver. item in quintum.* ¶ Supellectilia tamen, quamuis non veniant in generali obligatione, potest vxor hoc casu auocare. secundum *Ioann. de Imol. in dict. l. si constante column. 9. in princip.* quod non placet *Alexand. in dict. l. si constante 16 column. ver. successiuè.* vt ibi per eum.

Additio:

¶ Circa materiam istius §. latius cæteris loquitur *Alexand. in l. si constante, ff. sol. mat. & Bald. l. vbi adhuc, C. de iure dot.* quem sequitur *Greg. gl. f. l. 5. tit. 13. p. 5.* Addeque *Iaf. in l. qui Rom. §. Callim. ff. de verb. oblig.* & rursus *eundem & alios in §. item Seruian. de act.* & latius scripta per *Fanuc. de pign. parte 1. membro 1. nu. 14 cum præced. & seq.* & quod obiter adnotauit *Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. numero 20. ad fin.* pleniusque *tenuerunt. Anco. de mercatura, titul. mandati, § reliquum, numero primo, & per tot.*

D. Ioan. Barahona.

Svmma rervm.

1. *Prædia empta ex pecunia dotali, efficiuntur dotalia: licet à principio non fuerit conuentum.*

§. xxxvi. Ampliabis quintodecimò, vt propter mariti inopiam possit vxor repetere dotem, &c. etiam si consistat in rebus mobilibus, secundum *Bal. in authent. quod locum, C. de colum. in 6. quæst.* ¶ Item si dos fuit data in pecunia, ex
1 qua fuerunt empta † prædia: nam in defectum illa efficiuntur dotalia, licet à principio non fuerit conuentum: vt habetur in *l. si ex pecunia & l. si inter virum, C. de iure do.* in subsidium, marito ad inopiam vergente, vxor illa habebit regressum. vt probatur in *l. vxor viro, ff. soluto titul. not. per Bald. in l. in rebus 6. column. C. de iure dot.* tenet *Bal. Nouellus in tractatu dotium, parte 6. priuilegio 15.*

¶ Si autem dos datur in rebus immobilibus, non æstimatis, res est clara. Sed si dantur æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionẽ: nec aliter dictum est, quod manerent res dotales, cum tunc dominium transferatur in virum, vt amplius non subiaceant restitutioni: vt habetur in *l. plerumque, & in l. quoties, ff. de iure dot.* tamen speciali fauore dotis, quando vxor non haberet regressum ad alia bona viri pro recuperatione suæ dotis, in subsidium, datur actio in rem mulieri contra tertium possessorem, si dicta res æstimata postea fuerit alienata per virum. vt est casus singularis, in *l. in rebus, C. de iure do.* secundum communem intellectum, & cõmuniter tenent doctores, quòd detur vtilis in rem, & sic dominium quoddam vtile dicatur esse translatum in mulierem: vt alias habetur in casu singulari, fauore alimentorum, in *l. 1. C. de don. quæ sub mo.* Idem, quando vir ad inopiam vergeret: vt per *Bart. in d. l. si constante, in princip. ff. solut. matrimon. in 1. quæst. 3. part.* & ista actio in re præfertur domitio directo, quod esset penes emptorem. & sic vltra hypothecariam daretur ibi rei vendicatio, & hoc est magni effectus: quia si competeret solùm hypothecaria, tunc alii creditores, qui haberent hypothecariam anteriorem, & expressam, præferuntur mulieri, etiam in bonis postea quæsitis: vt habetur in *l. fin. C. qui potio. in pignor. hab.* Ita tenet *Bald. Nouel. in tractatu dotis 8. parte priuilegio 7.* qui latius loquitur. Quod quidem priuilegium transit etiam in hæredes mulieris: vt notanter firmat *idem Bald. Nouell. in parte 12. in 6. quæst.* quem rogo videas, quia subtiliter & vtiliter loquitur. ¶ Intellige prædicta, quando marius non habet bona, ex quibus possit vxori contuli super dote. Secus tamen, quando maritus est locuples, & soluendo: nam tunc assignabitur vxori in bonis viri, vsque ad certam summam: vt *l. sine generali, in fin. ff. de iure dotium.* & tunc incipit illa habere in dotem, & super illis habere illod priuilegium, quod habuisset, si fuisset à principio constituta. *ff. de iur. do. l. si ei nupturo, cum duabus sequentibus, & l. vir vxori, & leg. qui fundum ff. de fundo do. l. 3.* secundum *Host. in præsens, in princip.* quem refert *Ioann. Andr. versic. in gloss. ibi:* vbi, &c. & *Cardin. in 2. quæst.* Non tamen poterit vxor hoc casu omnibus bonis mariti pignori incumbere, sed solum pro quantitate dotis. vt notat *Cyn. in d. l. vbi adhuc, quæst. 20. Ioan. Fab & Bald. 2. column. ver. ibi postea acquisierit. Ioan. Andr. in add. ad Specul. tit. de doce post dimort. restit. §. formatis, ver. sed cum mulier. Bart. in dict. l. si constante in 3 qu. 4. part. & Rapha & Paul. de Castr. 3. column. in princip. & Alexand. column. 18.* reprobando *Iud.* qui contrarium tenebat *Ioan. Campet. in tractatu de dote 3. part. qu. 56.* adde gloss. not. *in § si vero, ei 3. & ibi Angel. in auth. de exhib. & introd. rem. aliam in l. eum qui. C. de procur.*

Ampliabis sextodecimò prædicta, vt præcedant, adeò quòd non habetur ratio, ne maritus egeat. gloss. *in d. l. vbi adhuc, in verbo, ad sustentationem.* & approbat ibi *Cyn. column. 3. ver. 10. quæritur. Ioan. Fab & Bald. etiam Salyc. in § ista tamen, col. 2. versic. quæro quarto. Bald. in l. si quis crediderit. ff. de pact. Rayn. Paul. de Castr. Ioann. de Imol. Ludou. & Alexand. in d. l. si constante, & Ioan. Camp. in tractatu dotis 3. part. q. 62. Collet. in præsenti, versicul. sed numquid exiget.* idem tenet *Bald. in l. præses, C. de seruis.* Et ita est communis opinio: quam tene, quicquid senserit *gloss. 1. in dict. leg. vbi adhuc, & in dict. l. si constante, in verbo, non sufficere.* ibi: vt cum temperamento. quas gloss. mitebatur *Bart. saluare in 8. quæstion. vltimæ partis.* quando agitur actione hypothecaria, & sic actione reali. Secus §. xxxvii

fi

si actione personali: quod reprobant *Ioann. de Imol. Ludouic & Alexandr. ibi & Salyc. in dict. l. vbi adhuc.* & communiter alii scribentes. & *ipsemet Bartol.* subiungit contrarium, *in loco ibi per Alexandr. allegat. columna. 8. versicul. in gloss.* ibi: cum temperamento, &c. videas per te. ¶ Idem dicas de socero, quando dos non sufficit, nisi pro alimentis matrimonii: nam tunc exigendus est socer in solidum. Ita dicit *Cyn. in dict. l. vbi adhuc, col. 3. versic. 10. quæritur, & ibi Salyc. in §. ita tamen, colu. 2. versic. iuxta hoc quæro.* declarando singulariter *Cyn.* & satis compendiosè, vt ibi per eum: quem rogo videas. Idem *Ioann. Fab. in dict. l. vbi adhuc, & Ioann. Campetrus, in dicto suo tractatu tertia part. quæstion. 66.*

SVMMÆ RERVM.

1. *Emphyteuticа bona non possunt obligari sine consensu domini.*
2. *In feudo non cadit hypotheca.*
3. *Res alienari prohibita, non venit in generali obligatione.*
4. *Maritus habens maioratum, & recipiens dotem, non videtur bona maioratus tacitè obligare pro dote, nec etiam expressè. & n. 7.*
5. *Bona alicuius, si ob delictum veniant publicanda, non publicabuntur bona feudalia.*
6. *Confiscatis bonis alicuius, confiscatur commoditas bonorum restituendorum subiectorum in vita possessoris.*
7. *Vasallus, vel emphyteuta, si non est soluendo, potest commoditas talis rei creditoribus assignari.*
8. *Dominus necessitatis tempore pro seruitijs personalibus potest imponere suis subditis charitatiuum subsidium, vsque ad valorem operarum, vel mandare subdito, quod seruiat alteri in eisdem operis.*

§. XXXVIII. AMPLIANDA septimò & decimò prædicta, vt vxor possit agere hypothecaria ad res mariti concessas in feudo, vel emphyteosim, durante inter mariti. arg. *l. lex vectigali. ff. de pignor. secundum Bartol. in dict. l. si constante, in 3. quæst. 3. partis.* quem tamen reprehendit *Lud. Ro.* in vtroque, tam emphyteosi, quam in feudo,
1 in emphyteosi, quia † non possunt obligari sine consensu domini: vt *d. l. lex vectigali.* Sed hoc non bene dixit *Ludou. secundum Alexandr. ibi, col.*
A 15. *vers. in contrarium. Bartol. hic in 3. qu.* quia *a* bona emphyteutica possunt obligari irrequisito domino *Lutor. §. fin.* & ibi hoc not. *Rald. ff. de pig. act. & dicit l. lex vectigali.* & firmant *gloss. & doctores in l. fi. in ver. vendere, C. de iure emphyt. Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, versic. 122.* de quibus *Ludou.* non fuit memor. ¶ Sed quatenus *Bartol.* loquitur de feudo, reprehendit eum *Ludou. & b* meritò: quia in feudo † non cadit hypotheca: quinimo hypothecans suo iure priuaretur, *c. imperialem, de prohibit. feud. alien. per Fred.* est quo infert *ibi Bal.* quòd non venit in generali hypothecaria: quia propter pœnam priuationis non est verisimile, quod quis in specie esset obligaturus *l. obligationes generali ff. de pignor. l. 2.* & quod ibi not. *Rald. C. quæ res pign. obligar. po.* & in terminis mouit *Specul. tit. de pignor. §. 2. versicul. pen.* Ad cuius confirmationem facit quod voluit *Bart.*
3 *in l. coducilis, §. instituto, de leg. 2.* vbi † dicit, quod

in generali obligatione non videtur quis obligasse rem prohibitam alienari sub pœna. Idem voluit *Bal. in l. voluntas, C. de fideicomm.* & per *Ang. in auth. de restit. & ea quæ parit. in princ.* vbi est bona gloss. quæ incipit, hanc dubitationem. Ad quod videas rogo *And. Sic. in repet. rub. de rebus eccles. non alien. f. 4. fin. col. ver. nono limita.* vbi multa comulat, quæ per te videas. Facit textus in *ca. in generali, si de feudo fuer. controuersia inter do. & agna. & in c. 1. de capitaneo, qui curiã ven.* ¶ Ex quibus infertur ad vnum quotidianum, quod maritus † 4
habens maioratum, & recipiens dotem, non *c* C
videtur bona maioratus tacite obligare pro dote, nec etiam expressè, quãdo obligauit omnia bona sua. Benè tamen crederem, quod fructus & commoditas, quam habiturus est ex illis bonis, veniant in obligatione tacita, vel expressa: quoniam illa possunt vendi, & alienari per possessorem expresse vendendo, vel delictum
committendo: vt *d. c. de capitulis Conradi.* vbi † dicitur, quod si quis delictum commisit, propter 5
quod eius bona publicantur, non publicantur bona feudalia, sed bene publicatur commoditas, quam feudatarius ex illis bonis habiturus erat. quem text. ad hoc multum commendauit *Abb. in c. cum venissent 3. col. sup. de instit. ver. adnecte.* Idem voluit *Host. in c. veniens sup. de transact.* secũdum eum ego allego text. de quo ipse non fuit memor, in *l. Statim, §. Cornel. Felic. ff. de iure fisci.* vbi † confiscatis bonis alicuius; confiscatur *a* 6 D
commoditas bonorum restituendorum subiectorum, in vita possessoris. ad hoc illum text. allegat *Paul. de Cast. in l. filiusfa. §. dum Seuer. pe. col. de leg. 1.*
¶ Et inde est, quod licet bona † habentis maio- 7
ratum, cum sint restitutioni subiecta, non possint alienari pro debitis ipsius possessoris: potest tamen fieri missio in eis, seu pignore prætorio affici, pro fructibus, interim quod ipse vivit: per text. singul. in *l. fin. §. fin autem, C. com. de leg.* tenet *Bald. in auth. ex quibus. C. de bon. auc. poss. col. 16. ver. quæro numquid.* vbi vide *Bal. in d. l. fi. §. sed quia, in prin. & ibi Sal. 15. col. ver. secunda quid. & And. Sic. in repet. rubr. de rebus eccles. non alien. f. 5. 3. col.* vide bonum text. in *l. pen. §. prædium, de leg. c. 2. & Bal. 1. 3. col. ver. quæro numquid. de prohib. feudi alien. per Fred. & in c. quoniam frequenter, §. in aliis, 2. col. sup. vt lite non contest.* Bene facit glo. not. *in l. pro hærede, §. si quid tamen, ff. de acquirenda hered. in ver. maximè futurarum.* quæ dicit, quòd propter debita domini potest fieri missio in operibus subditorum: & ita ius, quod consuevit esse inseparabile à persona alicuius, fit separabile propter necessitatem. Ex quo dicebant *ibi Bald. & Ang.* quos sequitur *Alex. 3. col.* quòd † licet vasallus, vel emphyteota in feudo, vel in feudataria habeat iura inseparabilia, quia non possunt alienari irrequisito domino: tamen si vasallus, vel emphyteota non est soluendo, potest commoditas talis rei creditoribus assignari, propter illam gloss. de qua vide per doctores, signanter per *Alexand. in leg. si fundus, in §. si de vectigalibus ff. de damno infect. & Franciscum Arret. in*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

d. § si quid tamen 4. columna ff. de acquir. poss. & Cardon. consil. 44. ¶ Adde praedictis *Bald. in l. 1 in fin. C. de oper. libert.* vbi dicit, quòd tempore † necessitatis, pro seruitiis personalibus, dominus potest imponere suo subdito charitatiuum subsidium, vsque ad valorem operarum: vel mandare subdito, quòd seruiat alteri in eisdem operis: vt *ff. de oper. libert. l. si libertum artem.* de quo in alio proposito facio mentionem infr. versicul. ex quibus inferrur. Concludo igitur, vt suprà, & tene memoriæ.

9

ADDITIONES.

A ¶ Quia bona emphyteotica possunt obligari inrequisito domino.] Adde *Guid. Papam, singul. 847. Syluest. in summa, ver. emphyteusis, n. 24.* & latius scripta per *Fann. de pignor. part. 2. membro 2. num. 28.* & pulcherrime *Matth. affl. decisione 191. numer. 3.*

B ¶ Et meritò, quia in feudo non cadit hypotheca.] Adde pulchrum apophthegma *Ioan. de Trig. singul. 50.* & quæ scribit *Fanuc. de pignor. d. 2. membro, numer. 43.* & *sequen.* multorumque allegationem vide apud *Tiraqu. de retract. lignag. § 2. gloss. 3. numer. 5.* & *Decian. reg. 317.* & rursus *reg. 40. ampliat. 3.* quibus adde scripta per *Chassa. in consuetud. burg. tit. des fief. rubr. 3. § 8. num. 21. cum pluribus sequent.*

C ¶ Non videntur bona maioratus tacitè obligare pro dote.] Hoc intellige cautè, nempe in quantum obligatio reperiatur prohibita per legem vel fundationem primogenii, alioqui procedunt not. sup. in rub. § 13. & § 14.

D ¶ Confiscatur commoditas bonorum restitutioni subiectorum.] De hoc est memorabile consil. *Alex. cons. 23. lib. 2.* & vide *Ant. Gomez. l. 40. Taur. ad fin. Did. de Segur. l. ceberdi, § cum filia, numero 243. de vulg. Simanc. de haret. cap. 9. num. 124. Per. ad. in l. 3. § qui fidei commissum, nu. 126. de haered. instit. Quemada. de confiscat. bonorum haeretic. quæst. 17.* & pulchrè *Tello in l. 27. Taur. numero 18.* quid in feudo, emphyteusi, operisque subditorum. vide per *Tiraq. de retract. lignag. § 1. gloss. 7. nu. 48. & sequent. & § 26. num. 11.* vbi multa de consimilibus reperies.

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Expensas, seu sumptus necessarios ministrare debet maritus vxori dotem repetenti. & num. 4.*
2. *Monachum si accusat abbatem, debet habere expensas litis necessarias, de bonis monasterij.*
3. *Alimentorum causa, si quis habeat sententiam pro se, & ab ea appellatur: appellans interim ministrabit alimenta appellato.*
4. *Expensas præstare an teneatur maritus vxori, ab ea dotem repetenti.*
5. *Maritus si accusat vxorem de adulterio, tenetur ei præstare expensas victus & litis.*
6. *Clericus si intentat iudicium ad vtilitatem sui ecclesiæ, debet sibi refici expensas de bonis ecclesiæ.*

AMPLIABIS octauò & decimò prædicta, vt vxor possit repetere dotem a marito vergente ad inopiam, &c. adeò quòd † maritus teneatur sibi sumptus necessarios facere, & lites expensas, cum illa non habet nisi dotem: ita decidit solus *Alberic. in d. l. vbi adhuc, fin. column. vers. sed cum expensis.* arg. *l. fin. in fin. C. de ar. reg.* ibi est casus secundum *Bald.* quòd quis aduersario prouidet tam in expensis litis, quam sumptibus alimentorum. Considera tamen secundum *Baldum* quòd ista prouisio sit ibi de rebus ablatis illi, cui prouideretur, tanquam de proprio patrimonio, non de alio. Quapropter melius facit text. in *cap. ex parte, asser. de accusat.* vbi monachus, qui accusat † abbatem de bonis monasterii, ea pensas litis necessarias habebit. imò voluit *ibi gloss. fin.* quòd dabuntur monacho expensæ, non solùm ad prosequendam litem, sed etiam pro lite exequenda. Ad hoc est text. optimus in *c. olim ad. fin.* quod tamen intellige, secundum doctores ibi, quando lis mouetur ad vtilitatem monasterii principaliter, & immediate. ad hoc bene facit text. secundum *Franc. Aret. ibi in l. sociam qui in u, § fi. cum l. seq. ff. pro soc.* de quo memini sup. in rub. col. 343. ver. limitabis quartò, & inf. column. 515. nec est vis. Idem eadem ratione dicimus econtra, quando abbas inquirit contra monachum: nam interim debet eum alimentare. vt not. voluit *Abb. in ca. cum contingat. sup. de foro compe. column. 14. ver. quam ergo formam.* ¶ 4* Facit text. not. in *l. si instituta, § de inofficioso, ff. de inoffic. test.* vbi pupillus, qui egit querela inofficiosi testamenti, & obtinuit, in causa appellationis debet habere alimenta de bonis hæreditatis, si est inops. Vide ibi *Paul. de Castr.* qui singulariter loquitur. ¶ Ex qua lege infertur vna conclusio generalis, quod si primatus litigat *in* causa propria super bonis, quæ prætendit esse communia, vel ad se pertinere: tunc si aliqua præsumptio est pro ipso, debent sibi ministrari expensæ litis de illis bonis. dicitur autem inter alia præsumptio pro ipso, si qua fuit lata sententia in eius fauorem, à qua fuit appellatum. ita not. dicit *Sper. tit. de inquisitione, § fi. ver. porro cum inquiritur, & Host. in summa, tit. de accus. § 1. pe. co. ver. ideoque regulari.* & sentit *Bal. in d. l. fin. C. de ord. cog.* refert & sequitur *Francisc. Aret. in cap. si quis tutorum sup. de testa. 3. col. vers. secunda conclusio.* ¶ Ex quo infertur quod si quis habuit sententiam pro se in causa alimentorum, à qua † appellatur, appellans interim dabit expensas appellato, secundum *Bald. in d. l. 1. ff. sol. mat.* dixi sup. fol. 64. col. 4.

¶ Imò, quod plus est, si dives litigat cum paupere, prouidebit pauperi de expensis ratione paupertatis & inopiæ, arg. *dict. capit. ex parte. cum concordantiis ibi positis in gloss.* nisi ipse pauper haberet peculium, vel bona, vnde posset expensas facere. argum. *cap. quanto, sup. de offic. ord. & c. 2. de cle. vel monach.* ita tenet *Paris de Puteo in tractat. syndicatus, charta 46. col. 1. aliàs in verbo, expensæ, §. 2.* infertur ex hoc, quod dominus, vel iudex syndicatus,

§. XXXIX.

1

A

2

3

4

A*

5

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dicatus, debet expensas subministrare pauperibus, cum quibus litigat. Idem dicit, si litigaret cum fisco, vt ibi latius per eum intellige, quando haberet pro se præsumptionem iustitiæ super bonis, super quibus litigatur: alias autem, si creditor litigat contra debitorem, vel aliquis pro re sua contra alterum: non tenebitur debitor dimes creditori pauperi ministrare sumptus litis, vt apparet ex prædictis. est text. & ibi not. *Bald. in l. Imperatores, ff. de iure. & rationibus distrahendis.* & similiter qui litigat de re sua, non debet habere expensas à possessore, quamis sit pauper, & impotens, si illa præsumptio non est pro eo: vt *d. § de inofficioso.* ita dicit *Francisc. Aret. vbi sup.*

¶ Ex quibus omnibus ad propositum nostrum
4 colligitur ista conclusio, quod † si vxor, repetendo dotem à mariro exigente ad inopiam, non habet expensas alunde, maritus cogitur
B * sibi dare: vt dicebat *Albert. vbi sup.* * Idem est de mente *Host. in summa tit. de accus. § 1. vers. quid ergo si contingat. & Specul. tit. de inquisitione, § vltim. vers. quid si matrimonium.* vbi dicunt † quòd si matri-
5 monium accusari contingat, nec habet mulier expensas, maritus cogendus est sibi dare. refert & sequitur *Abb. in d. c. ex parte, in fin. de accus.* facit text. cum *gloss. in d. l. fi. C. de ordin. iud.* Et secundum ista intelligo, quod voluit *Innoc. in præsentis, in finalibus verbis:* quem sequuntur *Host. Ioan. Andr. & Gardin.* qui dicunt, quod ad causas mulieris vir non dabit expensas, nisi forte speciale sit, quãdo vir accusat matrimonium: nam tunc forte cogetur dare ei expensas, etiam si indotata sit mulier. argu. *d. c. ex parte* secundum eos. Subdit *Cardinalis in præsenti*, quòd si mulier non habet de suo, tenetur vir facere ipsi sumptus, ex quacunque causa conueniatur: non autem si agat. Et ita videtur sentire, quod cum in casu nostro agat mulier, non debeat maritus expensas ministrare. quòd mihi non placet, cum quodammodo stimulata veniat ad iudicium, propter mariti inopiam: vt dixi sup. ver. intellige. Tenè ergo opinionem *Alber.* & ista faciunt, quod si maritus accusat vxorem de adulterio, tenebitur ei facere expensas victus, & litis. & ita practicatur. Sed si maritus noluit vxorem accusare, sed expulit eam propter adulterium, cum non esset notorium, nec super eo pronunciatum, debet interim eam alere, secũdum *Oldrad. consil. 158. & per Modernos, in tract. de maleficiorum, in parte* [*che mi hai adulterato.*] *volumen. 9.* ¶ Adde
B *b* etiam, quòd si priuatus intentat iudicium ad vtilitatem publicam, siue clericus ad vtilitatem
6 suæ eccle siæ, debet sibi † refici expensas a fisco, si vtilitas sit fiscalis, id est, afferens lucrum fisco. Casus est notab. in *l. si mulier, in appo sita, circum. ff. qui po. in pignor. ha.* secundum *Bald. in l. 1. princip. intra finem comment. ff. de iustit. & iur.* & est text. in *dict. capit. ex parte*, ita dicit *Francisc. Aret. in dicto capit. si qui testium 3. column. versicul. prima conclusio. super de testib.*

13.

ANDITIONES.

¶ Adde *Fel. in c. ex part. de acc. fin. vers.* A *
¶ Adde *Felinum in c. ex part. fin. col. de accus.* B *

IOAN. BERNARDVS.

¶ Maritus tenetur sibi sumptus necessarios A
facere & litis expẽsas. Vide *autorem sup. §. 15. n. 5. & Matth. de afflict. decis. 30. Alciat. tract. 3. præs. Mattb. de afflict. decis. 30. Alciat. tract. 3. præsumpt. 9. num. 10. Hippolyt. l. 1. § cum quis, num. 8. de quæst. Bertrand. consil. 72. volum. 3. Socin. consil. 286. vol. 2. Guid. Pap. decis. 461. Petrus Rebuff. in constit. Gallic. tit. de sent. & præmiss. art. 1. gloss. 2.* apud quos multa dicuntur, & docentur, de expensis & alimentis præstandis filio, vxori, & huiusmodi aliis, lite pendente. & vide plura pulchre doctéque scripta per *Couarr. practic. quæst. capit. 6. numero 5. & 6.*

¶ Adde etiam quod si priuatus.] Adde *Anil.* B
cap. 3. practicarum rer. [iurisdiction. num. 31. & quæ ex *Oldrad. consil. 38.* scribit *Auendan. p. 1. c. 19. num. 27.* quid autem e contra si quidam ex vniuersitate moueat litem contra eam, an debeat contra se tanquam vnus ex vniuersitate in sumptibus litis vna cum reliquis pariter contribuere? vide *Petrum Antibol. de muner. & oneribus, §. 4. n. 74. & Greg. gloss. 9. in l. 3. tit. 9. p. 5. & Otalaram de nobil. 3. part. princip. quæst. cap. 1. circa fin. fol. 74. & 75. & Did. Perez in gloss. fin. l. 14. tit. 11. lib. 4. Ordin.* ad quam quæstionem solitus sum expendere nouabil. decisionem *Afric. in l. frater à fratre, § porro, ff. quid iudicet.*

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMA RERVM.

1. Vxor si renunciauit iuri hypothecæ, quod habet in bonis mariti, non potest postea agere actione hypothecaria contra eum ad inopiam vergentem.

LIMITABIS prædicta, vt procedant, nisi vxor §. XL.
renunciauerit iuri hypothecarum quod habet, vel habitura est pro dote, quod potest, tam constante matrimonio, quàm eo finito. vt *C. ad Vellean. l. etiam, & l. inbemus.* Non extẽdendo tamen istam renunciationem ad aliud cõtractum, quam ad illum, super quo facta est: vt ibi dicitur. facit *l. 1. ff. qui mo. pign. vel hypot. sol. & l. Lucius eo. tit.* de qua fuit mentionem in rubr. columna. 351. versicul. præterea. & repet *Bald. consil. 364. incipiente, Casus super quo in 1. part. Si ergo* vxor constante matrimonio renunciauit iuri † hypothecæ, quod habet in bonis mariti, nõ 1
potest postea agere actione hypothecaria cõtra illum, ad inopiam vergentem. bene tamen poterit agere petendo dotem suam actione personali, quia illa non est sublata.

LIMITABIS secundò, vt procedant, quando §. XLI.
vxor esset inofficiosa: secus si bona sua dissiparet: nam tunc cessaret tacio iurium prædictorum: quia non poneretur dos in futuro: ergo cessare debet dispositio. argum. *l. post quam, § 2. ff. vt in possessionem leg. & l. Imperatores, § fin. ff. de app.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cum similibus. ita tenet Innoc. *in præsenti, ver. sed adhuc.* quem sequuntur communiter omnes, signanter *Henricus 2. colum. & Card. Alex. Cyn. Albe.* * *& alij, in d. l. vbi adhuc, & in d. l. si constante.* Prouidebit tamē iudex ex officio, vel ad petitionem coniunctorum: vt ponatur in loco tuto, per istum text. & ea quæ dicta sunt.

SVMMA RERVM.

1. *Maritus ex delicto condemnatus cuidam extraneo in magna quantitate, an possit vxori dare res suas in solutum.*

§. XLII. SEd cadit hic pulchra quæstio: Si maritus est condemnatus ex delicto cuidam extranei, in magna quantitate pœnæ, quę totum eius patrimonium absorbet: an post dictam condemnationem potest † maritus dare vxori res suas in solutum pro dote? Istam quæstionem mouet *Bald. consil. 40. incipiente, maritus ex delicto in 3. par.* vbi ad vtramque arguit partem. finaliter decidit, quòd si omnia bona sunt confiscata, & tunc fiscus debet soluere dotem, & maritus non potest restituere eam. Si autem est condemnatus fisco in quantitate, vel priuatę personę tantum: & tunc secus, vt ibi latius per eum, quem per te videas.

ADDITIO.

¶ Ad hæc maximè faciunt, quæ per autorem traduntur *sup. in rubr. §. 66. num. 23. & §. 59.* quibus locis pluret in idem scribentes adiunxi, vt scias quo pacto & ordine vxoris bona defendantur, delinquente marito, ac si iuxta nostratium traditiones, verum est vxorem pro marito non teneri ad pœnam delicti, posseque eam retentione vti aduersus fiscum, & alios pro dote sua, quid mirum si in casu autoris in isto §. relato à marito semel restituta dos maneat penes vxorem?

D. IOAN. BARARONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Ius patronatus, si rei dotali adhæret, maritus potest præsentare.*
2. *Maritus est dominus & possessor dotis.*
3. *Maritus & vxor, si diuersos præsentant, præsentatus à marito, præfertur. & n. 9.*
4. *Præsentatus à pupillo, præfertur præsentato à tutore.*
5. *Patronus ecclesiæ si decedit superstite filio & filia, inter quos est discordia in præsentando, præfertur vox masculi.*
6. *Testes duo masculi præferuntur duabus fœminis.*
7. *Masculo & fœminæ adinicem litigantibus, in dubio deferendum est iuramentum marito.*
8. *Executoribus testamenti discordantibus, si vnus est consanguineus, alter extraneus, præfertur consilium consanguinei.*
9. *Regina proprietaria regni ratione, cuius habet præsentationem iuris patronatus, an debeat præsentare, an rex cui nupsit.*
11. *Vasallus vxoris, quæ ipsum indiget auxilio, & similiter eius maritus, eis potius debet præstare auxilium.*

SVccedit alia notab. quæstio. dicit iste text. §. XLIII.
quòd dos datur ad sustinendum onera matrimonii. Pone, quod mulier dedit marito villam in dotem: in qua villa † est ius patronatus 1
in parochiali ecclesia: vacat ecclesia: nunquid
* maritus, vel vxor præsentabit? Istam quæstionem mouet hic solus *Præpositus Alexandrinus, columna. 3. ver item quæro.* & concludit post *Rotam in nouis 422. qua incipit, fuit dubitatum.* quòd maritus potest præsentare, * quia est † dominus A * 2
& possessor dotis: vt *l. doce ancillam, C. de rei vend. alias sub titul. de iure patronatus* 10. & quamuis ille non dicat hoc, idem tenet *Abbas in cap. fin. sup. de concession. prabend. ad finem.* Sed si * concurrant B
marius & vxor † præsentando diuersos: quis 3
præferatur, non parum dubitabile est. *Rota, vbi supra*, tangit. *Collector decisionum* videtur tenere, quod præferatur præsentanus ab vxore: & hanc sequitur *Abb. in dict. capit. fin. de concessio. prabend.* argum. eorum quæ not. *Ioann. Andr. in simili quæstione, de tutore & pupillo præsentantibus diuersos, in cap. ex tu. de electione li. 6.* vbi decidit, quod † præ- 4
fertur * præsentatus à pupillo, si est maior septē C
annis: vt ibi per eos, & in *cap. 1. in princ. de iure pa.* add. *Lapum allegatione 8. & 75.* * Sed *Alexandr.* B*
in præsenti quod dicit, multum differt illa quæstio pupilli ab ista: quoniam pupillus est dominus, sed vxor non est domina dotis, sed vir: vt *d. l. doce ancillam*, & propterea in casu necessitatis potest sibi ipsi prouidere de fructibus ad sustentationem suam: secundum not. in rubr. de iure patr. per *Ioann. Andr. & in cap. quoniam, & in ca. nobis, eod. titul.* vtatur ergo marius fructibus, qui possint conferre ad onera matrimonio supportanda. Ita quieuit *Alexandrinus*, qui potuisset allegare ad hoc *Federicum consil. 47. incipit, quidam de ciuitate.* vt refert *Abb. in d. cap. fin.* ad cuius confirmationem facit illod quod no. voluit *Bal. in l. 1. ff. de senatoribus, in prin.* vbi dicit, quod si
† patronus ecclesiæ decedit superstite filio, & 5
filia: & discordant in præsentando, præfertur vox masculi, tanquam dignior. ¶ Idem dicit, si fœmina relinquatur executrix in testamento alicuius cum viro: nam * si discordant, præfer- D
tur masculi consilium: quæ dicta, velut singularia, commemorat *Andr. Sicul. in capit. tua, column. 10. supra de testamentis.* Beole facit text. & ibi not. *in l. in multis, ff. de fu. bo.* & quæ ponit *Spec. titul. de procur. §. 2. 1. col. ver. regulariter autem* ad idem *l. fi. ff. de fide instru.* vbi instrumenta hæreditaria debent deponi apud virum, non apud mulierem. Ex quo dicebat *ibi Bald.* quod † duo * testes 6 E
masculi præferuntur duabus fœminis, ratione instabilitatis, quam penes se habent. quod dictum refert & sequitur *Ludouicus in repetitione rubrica, de arbitris, columna decima.* de quo meminit *Franciscus de Curte, in repetitione leg. admonendi. ff. de iureiurand. folio vigesimo quarto 1. colum. in fine.* inferens ex hoc, quod litigantibus inimicem † masculo & fœmina, in dubio deferendum 7
est iuramentum masculo, quia præsumitur verius dicere, quia masculus est legalior, & fide

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

fide dignior: vt notanter voluit *Iacob. Butri. in l. in bona fidei, C. de rebus cred. & iurejur.* intellige, nisi mulier esset magis informata, & melius nouisset veritatem. nam tunc defertur sibi iuramentum. ita intellige gloss. in *cap. vidua, de regul. Iuris.* quam ad hoc valde commendat *Ludou. in dict. l. admonendi.* vt ibi refert *Francisc. de Curte, vbi supr.* ¶ Quod autem de † executoribus discordantibus dixi, idem dicas, si vnus executorium est consanguineus, & alter extraneus: nam præfertur consilium consanguinei, secundum *Bald. in l. Imperator ff. de pact. in pen. column.* de quo facit festum *Lud. singulari 552. incipit, executores testamenti,* quamuis aliter loquatur *Bald.* vt videbis. ¶ Idem si vnus executor sit clericus, alter laicus: & discordant: præfertur consilium clerici. nouum dictum est *Andreæ Sicul. in dict. cap. cum 10. column. prope medium, de testa.* per bona fundamenta, quæ per te videas. Benè faciunt not. in *cap. cum esses eo. tit. & in capit. in nostra, de test. & 4. qu. 3. cap. si testes.* vbi plus valet testimonium clerici, quàm alterius: vt per *Andre. Sicul. in dict. cap. cum esses.* vbi hoc limitat *in 2. colum.* ¶ Ex illis limitabis quod voluit *Bal. in l. vidua, C. de nuptijs.* vbi dicit argument. illius text. quòd si executores testamentorum discordant, potest episcopus præferre quem vult: nam intelligendum est data paritate. secus tamen, si vnus est masculus, alter fœmina: vel vnus consanguineus, alter extraneus: vel vnus clericus, alter laicus, secundum *Andr. Sicul. vbi suprà.* ¶ Et ista commenda

9 memoriæ. Ex quibus videtur † præsentatum à marito debere præferri. Quod forsan limitari posset, nisi vxor repetiisset dotem à marito vergente ad inopiam, si sibi fuissent villa, & ius patronatus assignata: nam tunc videtur ipsa præsentanda, tanquam domina & possidens.*c Præsertim secundum opinionem illorum, qui tenent, quod statim retransfertur dominium in vxorem: ret supra dictum est. Cogitabis: quia nemo tangit de his, quos legi. ego alias tetigi legendo *cap. dilecti, de arbitris, in meis recollectis.* Ex

10 istis infertur ad dubium, an regina † proprietaria regni, ratione cuius habet præsentationem iuris patronatus, debeat præsentare, an rex, cui nuptit regina? Et videtur quod regina, per iam dicta. item quia regnum *f* ouum trálit in dotem, sed apud ipsam reginam manet: vt vult *Bald. in cap. significante, de rescriptis, col. 2. & ibi Andr. Sicul.* Vide in simili *Alexandrinum in cap. 1. prope finem, in tit. an maritus succedat vxori, lib. feudorum.* Temporibus nostris, regina Elisabeth vna cum rege Ferdinando præsentabat, & regina Ioanna vna cum rege Philippo. & data discordia, videbatur præterendus præsentatus à regina, per ea quæ dicta sunt. Item faciunt ista ad dubium, si

11 vxor habet † vasallum, quæ vasalli auxilio indiget: similiter & maritus eius: cui debet vasallus potius auxilium præstare? Si ambobus non potest vasallus seruire, excusabitur, si seruiat marito: argum. *l. si quis in grani, § si cum omnes ff. ad Syllan. l. aut qui aliter, § sed & seruus, ff. quod vi aut clam.* facit quod habetur in *l. in rebus, C. de iur. dot. & in l. decem ancillam, C. de rei vend.* ita dicit *Alexand. in dict. c. 1. in fine.* an maritus succedat vxori, videas *Iacobinum in tract. feud. in parte, de castro Rubei montis.* vbi aliter decidit.

Additiones.

¶ Adde *Innoc. in cap. fin. de concess. prabend.* vbi A * tenet contrarium.

¶ Adde *Ioan. de Imol. in c. fin. in fi. de concess. prab.* B * *& Anch. consil. 356.*

¶ Adde in materia bonum cons. *Bald. consil.* C * *1. in 3. volum.*

Ioan. Bernardvs.

¶ Nunquid maritus, vel vxor præsentabit.] A Vide *Paul. de Cit. ad. de iure patronat. p. 6. ar. 3. n. 70. & Rochum de Curte, eod. tit. in parte ipse vel in à quo, q. 28. n. 6. Innoc. Ant. de Butr. Abb. & Imol. in c. fin. de concess. prab. Iaf. in l. diuortio, § fi vir n. 7. ff. sol. matr. Felin. c. cum olim, nu. 2. de maiorit. & obedient.* & ex nostris, pluribus citatis *Bart. de doribus c. 26. nu. 1. & 2.* & rursus de *decimis tur. c. 23. n. 19. decis.* vero *Rotæ,* quæ hic allegatur, habes hodie in *nouis, tit. de iure patronat. decis. 9.* super qua lege *Felin. in ca. cum bertold. n. 29. vers. vlt. habes, de re iudic.*

¶ Sed si concurrant maritus, & vxor.] Vide B *Paul. de Cit. ad. & Roch. de Curte, atque Bart. in locis suprà alleg. & Anch. in cons. 355. & Lambertin. de iure patron. art. 3. q. 6. princ. 3. p. lib. 2. Rald. l. 1. de senat. & decis. Rotæ* quam habes hodie in *nouis, titul. de iure patron. decis. 10. & Arnold. Ferro. in consuet. burdegal. tit. de iure personar. col. 4.* quibus adiunge scripta eorum, quos suprà retuli additione proxima. & *Molin. in consuet. Paris. § 58. gloss. 10. n. 3. & Decium l. femine, de reg. iur. n. 47.*

¶ Præfertur præsentatus à pupillo.] Vide *Ro-* C *tam decisione 10.* & rursus *decisione 6. in antiquis tit. de iure patronat. & Roch. de Curt. de iure patronat. versicul. competens, num. 15.* & ferè omnes, qui supra relati sunt.

¶ Nam si discordant.] Vide *Castill. num. 7. &* D *Arias n. 5. in l. 38. Taur.* vbi est pulcher tex. de discordia executorum, quem habes hodie, *in l. 12. tit. 4. lib. 5. in nouo vol.*

¶ Duo testes masculi præferuntur duabus fœ- E minis.] Vide *Alexand. cons. 236. col. 6. n. 3. & Decium in l. femina, nu. 35. cum sequent. de regul. iuris. Hippol. Marsil. in l. omnes, § in ea causa, nu. 8. ff. de quæst. Corsetum in singul. 6. versic. 8. & multa & pulchra per Petrum Gerard. singul. 11. & Tiraquell. de nobilit. c. 2. n. num. 33.*

¶ Regnum non transit in dotem.] Circa istã F conclusionem, vide authorem nostrum *de ista obtentione regni Navar. part. 5. §. 5. in principio. & Greg. gloss. g. in l. 9. titul. 2. p. 2.* & rursus *gloss. a. in l. 1. eod. tit. & gloss. a. in l. 3. tit. 15. p. 2.* & *Nacrum de dotis. cap. 2. num. 37.* & ea quæ scribuntur per *Burgos de Paz. in proœmio legum Taur. numer. 4.* & rursus *ibidem num. 19.*

D. Ioan. Barahona.

SVM-

SVMMÆ RERVM.

1. *Vxor habens dotem à marito vergente ad inopiam, an teneatur ſatisdare de ea conſeruanda, & reſtituenda marito, qui ex pacto eam lucrari debeat, ſoluto matrimonio.*
2. *Succedens maioratui, vel bonis reſtitutioni ſubiectis, an teneatur cauere de reſtituendo in ſequenti gradu.*
3. *Grauatus de reſtituendo, ſatisdare tenetur de reſtitutione faciunda, dum caſus reſtitutionis euenerit.*
4. *Verbum teſtatoris legare, vel fideicommittere volentis, quibuſcunque verbis exprimatur: ſiue dicat iubeo, ſiue rogo, mando, volo, ſiue fideicommitto, fideicommiſſum eſt.*
5. *Stipulationes prætoriæ ſunt fideiuſſoriæ.*

§. XLIV. SEo eſt pulchra dubitatio. Nũquid vxor habens† dotem à marito vergẽte ad inopiam,
1 teneatur ſatisdare de ea conſeruanda & reſtituenda marito, qui ex pacto lucrari eam debeat, ſoluto matrimonio? Videtur quod ſic, ad inſtar ſatisdationis, quam præſtat maritus conuentus, in quantum facere poteſt, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit: vt *l. vna §. cum autem, C. de rei vxoriæ actione.* & ad inſtar fructuarii: vt *ff. vſufruct. quemadmodum caue. per totum.* & pro hoc *ff. de ind. l. in omnibus, cum ibi notatis.* & hæc dicitur fuiſſe opinio *Vbert. de Bobio*, vt refert *Albericus in d. l. vbi adhuc. ſecunda col. in fin. verſicul. ſed nunquid mulier.* Dicit tamen, quod contrarium vidit ſeruari, cum hoc expreſſe lege cautum nõ reperiatur, quod dicete ſufficiat *l. illam, C. de collatio. merito.* & contenti eſſe debemus legis diſpoſitione: vt *ff. ſol. matr. l. ſi vero, de ver. obl. l. ſtipulatio.* Iſta ſunt verba *Alberici*, qui ſic reſidet.

¶ Et iſta poſſunt adduci ad quæſtionem, vtrũ
2 A † ſuccedens in maioratu, vel bonis reſtitutioni ſubiectis, teneatur cauere vel ſatisdare de reſtituendo ſequenti in gradu? Dicas quod ſic, per prædicta: & eſt caſus *in lege, peto. §. fratre, ff. de leg. 2.* vbi videas doctores, ſignãter *Paul. de Caſtr.* qui polchrè loquitur & poſt eum *Alexander, & alij moderniores*, optimè limitantes, & intelligentes illum text. De hoc eſt caſus ſingularis rectè intuenti in *l. cum pater, §. libertum, in fin. de leg. 2. & l. inbemus, §. in ſupra dicto, & §. illud, C. ad Treb.* Ad idem facit *l. hac ſtipulatio. ff. vt legat. non cauetur, l. cum Archimedoram, C. vt poſſ. leg.* ad idem *l. inter omnes ff. qui ſatisd. cog.* vbi vide doctores, ſignanter *Iaſ. & in l. Paul. ff. de prætor. ſtipul.* vbi reprehẽdit *Fulgoſium* contrarium ſentientem. Ad idem *l. in omnibus ff. de iudicijs.* quibus aperte probatur
3 eũ qui † de reſtituendo grauatus eſt, teneri ad ſatisfandum de reſtitutione facienda, dum caſus reſtitutionis venerit. bonus tex. *in l. vnum ex familia, §. quod ſit alia. ff. de leg. 2.* & ibi notant *Bar. & alij*, vbi grauatus de reſtituendo vni ex familia, tenetur caoere de re ipſa reſtituẽda, poſt mortem electi. Non obſtat *l. Paulus no. ff. de præ. ſtipul. præallegata.* quæ aliquibus videtur contrarium probare, cum dicit quod inſtitutus ſub conditione agnita bonorum poſſeſſione, pendente conditione, nõ ſatisdat ſubſtituto. Nam ſi rectè intendatur, non contradicit deciſioni prædictæ, imo potius concordat, ſi intelligamus verbum, potat, ibi poſitum, id eſt, approbat: & verba vltima illius legis legantur interrogatiuè, cum dicit, Et poteſt videri calumniosè ſatis petere, quem alius antrecedit? quaſi dicat, non poteſt. & ſic concordat cum *dict. l. inter omnes.* Si autem legas ſine interrogatione, debet intelligi de inſtituto ſub coonditione, qui poteſt ſatis calumniosè petere, ne ſatisdet, cum alius, id eſt ſubſtitutus, poſſit illum antecedere deficiente condnione. Secundo poteſt dici, quòd cum ſatisdatio petatur ſimpliciter à ſubſtituto, id eſt, in vtrumque euentum, ſiue condinio exiſtat, ſiue deficiat: ſatis poteſt videri calumnioſe petere ſubſtitutus, cum exiſtente cõditione ad inſtimum, & non ad ſubſtitutũ ſit hæreditas peruentura. Tertiò adhuc dici poteſt, quod vbi inſtitutus agnouit bonorum poſſeſſionem, cum ſit iam ex toto excluſus ſubſtitutus, ſi petat cautionem, ſatis videtur calumnioſè petere: cum illius non intereſt illam habere, ſecundum gloſſibi. vel dic. quod in hoc caſu etiam ſine dubio tenetur ſatisdare inſtitutus: vt vult *Bartol. in dict. Paulum.* reprehendens gloſſ. in hoc, quia loquitur contra *d. l. inter omnes.* Præterea ſi rectè conſideras *dictam l. Paulum.* caſum ſatis diuerſum à caſu noſtro ponit: ibi enim ſubſtitutus erat datus inſtituto ſub conditione: qua adueniente, in totum ſpirat ſubſtitutio. At in caſu noſtro ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, quæ de ſui natura non ſpirat, etiam inſtituto hæreditatem adeunte. imo tunc confirmatur & validatur ſubſtitutio, & ſubſtituti intererat cautionem ſibi præſtari. hæc colligantur ex mente gloſſ. & doctorum in præallegata lege. Ex quibus omnibus patet, quod ſtãte ſtatuto, vel quamis alia diſpoſitione, quod filio decedente, filia fœmina admittatur: filia poteſt petere cautionem à filio, de non diſſipãdo, vel dilapidando bona, & hæreditate reſtituenda, ſi caſus obuenerit, quod decedat ſine liberis. ita notanter firmat *Bal. in l. ſiquis filium, C. de inoffic. teſt. & in l. extraneum, ad fin. C. de hæred. inſt. Ioan. de Imol. in l. cum qui. ff. in.* quamuis *Bar. in l. ſi pecul. ff. ad Treb.* cogitandum relinquat. & cõſequenter idem videtur dicendum in poſſeſſore maioratus, qui ex teſtatoris diſpoſitione tenetur maioratum reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, per iura prædicta: quæ aliqui cauillari nituntur, dicentes, quod diſponunt in fideicõmiſſo, non animo in maioratu: nno aduertentes, quod diſpoſitio maioratus com conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, eſt fideicommiſſũ: omne enim † teſtatoris verbum, legare vel fi- 4
deicommittere volentis, quibuſcumque verbis exprimatur, ſiue dicat iubeo, ſiue rogo, ſioe volo, ſiue mando, ſiue fideicommitto, fideicõmiſſum eſt. *l. 1. C. communia de leg. l. etiam, de leg. 2. l. vnum ex famil. §. fin. de leg. 2. l. Pamphilo, de leg. 3. cum multis.* Si itaque non refert, quod teſtatoris

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

toris verbum fuerit præceptum, vel aliàs dispo
sitionum: vtd l. peto, in princip. de leg. 2. quam legem
ita summat, & intelligit ibi Bart. Nec refert, cũ
testator loquitur, cum talia verba proferuntur:
vt Imiles, & l. vnum ex familia, §. fin. & l. cum pater,
§. donationis, de leg. 2. & vtrobique per Bartol. & alios
recentiores. Cum autem maioratus vt plurimum,
sicut & bona alia restituóoni subiecta relin-
quantur, per verba præceptiua, vel dispositiua,
vt si sine liberis decesserit, restituant & transeãt
B ad sequentem in gradu merito de b illis, sicut
de fideicommisso, iudicandum est: & per con-
sequens in bonis maioratus, sicut in bonis re-
stitutioni subiectis, cauoo præstanda est, ne sit
in potestate possessoris, dispositione to defun-
cti fraudare, & sequentem in gradu damnificare,
saltem de facto bona maioratus in perenni-
orem gratis vel preoo transferendo. Quod
quidem nõ leue successori foret præiudicium,
si laboobus & expensis maximis in talium bo-
norum assecutione grauaretur: vt quotidie fie-
ri videmus. Quapropter si iura omnia deessẽt,
recta tamen dictat ratio, quod maioratus pos-
sessor sequenti in gradu caueat de restituendo,
cum casus restitutionis euenerit. quæ quidem
cautio vel satisdatio debet esse fideiussoria, vel
pignoratitia, quę cautionis nomine intelligitur:
vt l. sancimus, C. de verb. sign. præsertim quia rectè
intueoti hæc satisdatio est prætoria: vt colligi-
tur ex l. 1. in princip. ff. vt leg. no. cautatur, & ex l. 1.
ff. de prætor. stipul. ibi: legati stipulatione, prætо-
5 riæ autem † stipulationes fideiussoriæ sunt. l. 1.
ff. qui satisd. cog. leg. fi quẽdo, ff. vt leg no. caueat. l. 1. in
princip. & l. generaliter, ff. de prat. sti. l. 1. § caueri. ff.
de collat. bon. l. 1. § pen. ff. quorum leg. vbi text. no-
tanter dicit, Satisdarum sic arbitror, si sic satisfa-
darum sit, vt legatario ipso iure acquisita sit i-
donea cautio, quæ pignora, vel fideiussores re-
quirit. l. si mandato Titij, § fin ff. mandat. & l. ergo,
§. adjci. ff. de fideicomm. lib. gloss. capit. quoniam fre-
quenter, § in alij. vt lite non contc. in ver. cautione, &
in capit. ex transmissa, in verbo, sufficiens si, de restitut.
spol. & in capit. 1. in verbo, sufficientem, de sequestra po.
& fructuum, & in capit. qua fronte, in ver. cautione, de
app. & in cap. si cui. ver. idoneum, de pignor. in capit. ex
parte, in ver. sufficiens, de verb. sign. in cap. felicis. de pa-
tris. lib. 6. cum multis aliis, quæ brevitatis causa o-
mittuntur: quoniam in re tam aperta & clara,
tam multi testes & probationes necessariæ non
sunt. Concluditur ergo, vt sup. quod si forte tã
amplum fuerit matrimonium, quod talis secu-
ritas pignoribus vel fideiussoribus præstari nõ
potest, vt est videre in regno, vel comitatu, &
similibus: tunc præstetur ea, quę præstari potest.
Si autem possessor eam præstare noluerit, co-
gatur per media, quibus illi, qui iudici vel iuri
non obtemperant, cogi solent, de quibus per
Bartol. & alios in l. 1. ff. si quis im dicenti non obtempe-
rauerit. vel sequestrantur castra, vel turres, vel
alia loca apod fidam personam, qui ea lo-
co pignoris teneat, pro successoris securitate,
aut mittatur sequens in gradu in possessionem
eorum, sicut in tali casu iure prouidetur: vt pa-
tet per totum titul. ff. & C. vt in possessionem lega-
torum, &c.

Additiones.

¶ Vtrum succedens in maioratu.] Ista quæ- A
stio varie à nostris disputatur. ad cuius examen
videndi sunt Suarez. allegat. 4. Anton. Gomez. in l.
40. Taur. numero 78. & 79. Covarruvias libr. 1. re-
solution. c. 18. ad fin. Didacus Perez. in l. 1. titul. 8. lib.
3. Ordinament. versic. secũda deducitur, tolum. 1003.
à quibus illud etiam innoluitur, an possessore
viuente possit proxime ad maioratum voca-
tus, in iudicium deducere. quod ex præsenti
ius suum declaretur in futurum super primo-
genij successione. de quo per Pinel. de bon. matr.
l. 1. part. 3. num. 78. & aliquid per Oralorem de no-
bilit. 3. part. princip. part. 2. cap. 9. num. 6. ac etiam
obiter per Minchac de succss. progress. part. 1. libr. 1.
§. 26. num. 129. quorum scripta vix, vt puto, in-
tiabunt legentem, nisi quatuor distinguas ca-
sus. Aut enim nulla subsistente causa, petitur
sententia per successorem super iure succe dẽ-
di in vita possessoris, erit que quæstio spectans
ad text. leg. non quemadmodum, de iudicis, & l. in l.
Aquilia si delctum. ff. ad l. Aquil. & l. 1. in fin. titul. 2.
part. 3. aut etiam sine causa petitur ordinaria
cautio. & hoc pertinet ad text. l. 1. & per tot. ff. vt
legitimationc, & l. peto, §. fratre, de leg. 2. vel agitur
contra diffamantem, & recurrendum ad l. diffa-
mari, C. de in ius vocand. contra diffamantem possessо-
rem. quo casu videndus text. cum materia. l. im-
perator. ad Trebel. & l. in omnibus de iudic. Et vide o-
mnino Molinam de Hispan. primog. part. 1. lib. 1. cap.
15. à num. 1. cum seqq. & Melchiorem Pelaez. à Meres
in tract. maioratuum & melioræ. Hispan. 2. part. in
princ. n. 64.

¶ De illis sicut de fidecommisso iudican- B
dum est.] Vide Aur. de Menses in rubr. de fidecom.
n. 7. & late Lud. Mol. de Hisp. primog. l. 1. c. 13. à nu. 1.
aliàs solet argui à feudo ad primogenium, vt
per authorem sup. §. 69. n. 33. Con. l. 1. resol. c. 16. n. 14.
& l. 3. c. 5. numer. 5. vers. quinto feuda & Pinel. de bon.
mater. l. 1. 3. part. numer. 99. versicul. id magis. Peral-
tam, in l. 3. § qui fidecommiss. de hared. instit. numer.
49. & seqnent.

D. Ioan. Baraona.

Summæ rerum.

1. Citatio ad hoc vt valeat, & sit legitima, debet inter-
uenire petitio partis, & auctoritas iudicis.
2. Citatio tui committi debent.
3. Citatio dicitur tunc fieri, quando nuncius exequitur
mandatum, non quando fit commissio.
4. Citatio potest parti committi.
5. Pars an possit auctoritate propria vocare aduersarium
ad iudicium.
6. Appellatione extrajudicialis prætextu contra aduer-
sarium interposita non tenetur aduersarius coram su-
periore comparere.
7. Citare non potest creditor debitorem suum propria au-
toritate.

8. Num-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

8. *Nuncius non debet citare debitorem ad petitionem creditoris, niſi iudex præcipiat.*
9. *Citatio quo tempore fieri debeat.*
10 *Feriato tempore in honorem Dei, eſt interdictus actus iudicij.*
11. *Iudex procedens contra contumacem, & ipſum citans ex officio ſuo, nullius proceſſus.*
12. *Capi non debet perſona per partem ſine auctoritate iudicis competentis.*
13. *Debitorem ſuum ſi quis capiat auctoritate incompetentis iudicis, ſecuritas capta non tenet, & perdit ius creditj.*
14. *Debitorem fugitiuum clericum, quibus caſibus poſſit quis propria auctoritate capere.*

1. *Notabile.* VEnio ad notabilia. [Per veſtras literas intimaſtis, quòd cum magiſtrum R. ſuper quadam ſumma pecuniæ pro H. paupere auctoritate noſtra curaueritis conuenire.] Dicit *Bernardus*, quem alij ſequuntur, id eſt, ad iudicium euocare, ad petitionem Henrici. vult dicere. quod H. petiit à iudicibus, vt magiſtrum R. citari facerent ad cauſam, & iudices eum citauerunt. ¶ Ex quibus verbis nor. primò, quod † ad
2 hoc, vt citatio valeat, & ſit legitima, duo debẽt concurrere, ſcilicet petitio partis, & authoritas iudicis. Accedet ergo pars ad iudicem, & petet ab eo, vt citari & vocari faciat aduerſarium, vt veniat ad iudicium, reſponſurus ſuper tali re:
A quia [a] citatio debet fieri ad inſtantiam partis. vt hic probatur, & in *cap. 1 ſup. de iudic.* ibi: quem cùm aduerſarius petiiſſet ad iudicium introduci ad idem *cap. ſignificaſti, & ta. pen. ſup. de ſo. comp. & cap. 1. de do. & contum. lib. 6.* vbi litera dicit, A. hoc qui ad terminum venire, ad quem citari aduerſarium fecerat, non curauerit, &c. ex quo not. *ibi Anchar. in princip.* quòd ad inſtantiam litigatoris, aduerſarius eſt citandus, & ſimiliter omnis actus explicandus. ¶ Ad idem eſt bonus text. & ibi not. *Bart. in l. ad peremptorium ff. de iud. & in l. ſi. C. de bon. auto. in po. & in l. ſi ascuſatoribus,* & ibi not. *Bald. C. de accuſat.* probatur *in authent. de mandat. princip. § ſi tibi, verſicul. & non permittas, collat. 3.* notat *Hoſtien. in cap. conquerente, ſup. de reſtit. ſpol. Bald. in Conſtitutionem, in princip. C. quomodo & quando iud.* ¶ Facta autem petitione iudici per partem, diſcretus iudex non debet ſtatim committere citationem, ſed prius videat, an petitio ſit iuſta, vel non. & ſi viderit ſibi petitio iniuſta, poteſt denegare commiſſionem citationis, ſecundum *Odofre.* quem refert & ſequitur *Bald. in l. cum clericis, C. de epiſc. & cler.* ¶ Si
2 autem viderit ſibi iuſta, tunc committat † nũcio citationem, vt citet talem ex parte ſua: & quòd præcipiat ſibi, vt tali die & tali loco compareat, & hoc in continenti ſcribi faciat in actis, ſecundum *Spec. titul. de citatione, § ſequitur, ver. vtrum autem citatus.* ¶ Si autem nuncium habet, poteſt conſtituere quem vult: vt probatur in *l. 1. C. de ſportu. & in authentic. de iudicibus, §. neceſſitatem collat. 6.* eſt text. & ibi not. *Abb. in cap paſtoralis, § item cum totum, ſup. de offic. deleg.* tenet *Bartol. in extrauag. ad reprimendam, in ver. per nuncium. Angel. de Aretio in § quadruplici. Inſtitut. de actio. chart.* 5. 1. *column. verſicul. dixi in libello.* Item ſentit *gloſſ. 1. in cap. ſignificauit, ſupra, de appellatio.* quæ dicit per illum text. quòd iudex poteſt quem citare per nuncium, etiam priuatum, non publicum, etiam ſine literis, dando ei aliquod ſignum ſuum, vt ſic viſo ſigno debeat credi nuncio. ¶ Iſti autem dato ſigni, vel commiſſio de citando, non eſt citatio: quia nuoe † dicitur citatio fieri, 3
quando nuncius exequitur mandatum, non quando fit commiſſio. vt dicit *Bald. in l. reſponſum § ſi quis rogatus, ff. iſto titul.* argum. illius text. appellatur tamen ſeorenſia interlocutoria: vt probatur in *d. l. cum clericis. &* ibi not. *Bald. &* ſine iſta commiſſione non poſſet nuncius citare: vt dicit *Bart. in dicta extrauaganti, in verbo, per nuncium.* probatur in *l. neminem, C. de exhibit. reis.* & ibi not. *Cyn. Bartol. Bald. Salyc. & alij, Innocent. Ioann. Andr. Antonius. & alij, in cap. quoniam contra falſam, in ver. citationes, ſupra, de probationib. Bald. in l. magiſtratus, § nec paſſim, verſicul. illud. ff. de reb. eo. qui ſub tut. vel cur. ſunt. Salyc. not. in l. abſtinere 5. col. C. de accuſ. Antonius, Abb. & alij, in dict. cap. 1. ſupra, de iud. & in cap. cum parati, ſup. de appellatio. Abb. in cap. cum ſit Romana, eod. titul. 5. column. verſicul. ſed quæro nunquid.* eſt bonus text. & ibi not. *Bald. ind. l. cum clericis, C. de epiſcop. & cler. & in authentic. de quæſtor. §. ſi vero aliqui, in verſicul. ſine iudiciali præcepto.* & ibi notat *Bartol. collat. 6.* ad idem eſt text. *in capit. ex parte, ſupra, de reſcription. ibi,* cumque autoritate prædictorum iudicum, &c. tenet *Specul. titul. de citatione, § ſequitur, ver. vtrum autem citatus.*

¶ Hanc autem † facultatem citandi non ſo- 4
lum poterit iudex concedere nuncio, vt ſupra dictum eſt, ſed [b] etiam parti. vt eſt gloſſa ſatis B
notab. in *l. ſi vt proponis la 2. C. quo & quando iudex. alia in l. miles, § primo, & ibi doctores, ff. de re iudic.* quas gloſſ. ad hoc allegat & commendat *Angel. de Aretio in § penales, inſtit. de actio. charta 10. 1. column. &* in *§ quadruplici, charta 6. 1. colum.* de quo videtur text. in *l. cum qui. § ſi epiſtola. ff. de furtis, & in l. 1. § hoc autem ſenatus, &* ibi *Bartol. ff. de ſeruis fugit. & per Bartol. in l. iuſte poſſidet. ff. de acquirenda poſſ. not. in capit. cum dilecti, ſupra, de dolo & contumacia.* tenet *Abbas in cap. cum ſit Romana, 5 colum. in fin. ſupra, de appell.* & multi alij, de quibus ibi per *Felin. 6 column. ver. citatio verbalis.* ¶ Si tamen pars † ſua propria autoritate appellet ad- A* 5
uerſarium ad iudicium, non tenetur venire. vt apparet ex prædictis. & eſt gloſſ. in *ca. cum ſit Romana, in verſicul. nec ſolent. ſup. de appell.* tenet *Innoc. in cap. dilecti, ſup. de maior. & obed. Bartol. in l. de papillo, § ſi quis ipſi prætori, ff. de noui oper. nunciat.* ex quo dicebat gloſſ. notabiliter in *dicto cap. cum ſit Romana.* quod † prætextu appellationis ex- 6
traiudicialis, quæ interponitur contra aduerſarium, non tenetur aduerſarius coram ſuperiore comparere. ad hoc valde commendat illam gloſſ. *Abbas ibi 5 colu. ver. ſed quæro nunquid.* quod probat per *Lucenſem, C. de exhib. re.* vbi patet, neminem citandum verbaliter, vel perſonaliter niſi iudex prius decreuerit: § cum autem in appellatione

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

pellatione extraiudiciali, quamuis sit procuratio ad causam, vt traditur in *clem. causam de elect. & in cap. dilecti, de appellat.* non interuenit mandatum iudicis, ergo non arctat aduersariũ ad comparendum. quod est notandum, & quotidie accidit: & consultus de facto sic respondi. quod intellige, nisi in casu, *c. 1. de elect. libr. 6. & d. cle. causam, eodem titul.* ¶ Hinc est etiam,
p quòd creditor non potest sua propria † authoritate citare suum debitorem fugitiuum, etiam
* quo ad effectum præueniendi iurisdictionem: ita dicit *Antonius in dict. c. 1. supra, de iudic.* & sequitur *ibi Abb. 19. col. & in c. proposuisti, terrio not. sup. de foro competenti. & Felin. in dict. c. cum sit Romana. 6. col. ver. citatio verbalis.* quem videas.

¶ Quinimo nec nuncius debet citare debitorem ad petitionem creditoris, nisi præcipiat iudex, vt suprà dixi. & tenet *Bald. in dict. l. cum clericis.* ¶ Sufficit tamen, si iudex à principio sui officij concederet nuncio principalem facultatem, vt durante suo officio faceret quascunque citationes, tam in ciuili, quàm in criminali. Nam tunc valerent citationes ab eo factæ sine alia speciali commissione. argum. *c. qui ad agendum. & c. si duo. de procurato. libr. 6.* & facit quod not. *Bart.* in simili, de licentijs reuocatis. in *l. fundi. §. 1. ff. de acquirenda pos.* ita tenet & firmat *Angel. de Aretio, in dict. §. quadruplicia. charta 5. colum. l. ver. aduertas tamen.* dicens se sic fecisse, cùm prima vice assidebat, & ius reddebat.

¶ Quod tamen ego intelligerem in citationibus, quæ non requirunt causæ cognitionem: vt sunt citationes simplices ad comparendũ coram iudice. istas enim benefacere potuisset nũcius, sine speciali commissione: vt puta si citat partem, vt videat iurare testes. ¶ Secus tamen esset, quãdo in citatione requiritur causæ cognitio: quia forte est nimis præiudicialis. Nam talem citationem non potuisset facere nũcius
8 sine speciali † commissione. ita tenet singulariter *Bald. in l. si quando. 12. quæstio. C. de testi.*

¶ Et secundum ista debet intelligi & restringi opinio *Innoc. & aliorum in d. c. quoniam contra falsam.* dum dicunt, quòd nuncius publicus potest citare sine speciali commissione. Nam debet intelligi de citationibus, quæ non requirunt causæ cognitionem, secundum *Bald. vbi suprà.* De istis etiam citationibus forte debet intelligi consuetudo, quæ in aliquibus locis viget, quod nuncius sine aliqua commissione iudicis possit citare, secũdum *Paul. in l. sed si hæc, §. prætor ait. ff. de in ius vocand.* Melius tamẽ esset, quod nuncius nullo modo posset citare, sine commissione iudicis, propter multa inconuenientia, quæ ex tali citatione possent euenire, quãdo quis iret ad mandatum iudicis informari de petitione actoris. ¶ Si tamen nuncius virtute huius consuetudinis habeat citare, nunc facit
9 istam † citationem die feriata, quia non potest, eò quòd tunc nuncius vtitur ex consuetudine quadam iurisdictione, quæ impeditur propter diem feriatum. ita dicit *Bald. in dicta lege, cum cle-*

ricis, 1. col. in fin. C. de episcopis & clericis. reputans hoc valde notabile. est bonus textus ad hoc in *l. fin. C. de feriis.* vbi litera dicit, Taceat apparitor, sileat horrida vox præconis, & nulla quẽquam vrgeat admonitio. per quem text. not. *ibi Bald. in secundo not.* quòd tempore † feriato in 10
honorem Dei est interdictus actus iudicis: vt probatur in ver. admonitio. & actus nuncij, siue executoris. vt in verbo, taceat apparitor. vide *Cyn. & alios in d. l. fin. & Specul. tit. de citatione, §. contra citationem, ver. item excipitur quòd facta. Bartol. in l. 1. §. nunciatio. ff. de nouis operis nunciatio. Lucam de Penna in l. vnica in fin. C. ne opera à collateribus exhib. lib. 10.* ¶ Ex prædictis infertur, 11
quod iudex procedens † contra contumacem, & ipsum citans, nullitet procedit, si nõ citauit ad petitionem partis, sed ex officio suo: *vt l. properandum, §. & quidem, C. de iudic.* ita firmat *Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium, 2. col. in fin. ff. de damn. infect.* ¶ Et inde est, quòd in citationibus semper ponitur ad instantiam talis. secundũ *Bar. in l. si finita. §. Iulianus, ff. de damno infect.* & potest esse ratio, quia iudex non debet impartiri officium suum ad vtilitatem priuatam, nisi petãtis à parte: vt *d. l. 4. §. hoc autem iudicium.* not. *Innoc. in c. ad nostram, el 1. supra, de iureiuran. & in c. bonæ, el 2. supra, de postulat. præ. Specul. tit. de citatione, §. sequitur, ver. illud autem, & ver. item nota quod ipse citator.* ¶ Et procedunt ista necdum in citatione verbali, de qua loquitur iste text. & iura prædicta: sed etiam in citatione reali, hoc est in † apprehensione personæ: illa enim 12
non potest fieri per partem, sine auctoritate iudicis. vt est text. in *dicta lege, nemineni, C. de exhibend. reo, & in Lamnes, C. de episcop. & cleric.* & tenet *Bart. in d. l. neminem, & Abb. in dict. c. 1. sup. de iudic. 18. col. in fin.* ¶ Intellige quod debet interuenire auctoritas † iudicis competentis. Nam 13
si quis fecit capi debitorem suum, verum auctoritate iudicis incompetentis sciens, non teneretur captura, & vltra hoc perderet ius credidi. Istud est mirabile dictum *Baldi, in cap. causam matrimonij, in fin. supra, de offic. deleg.* quod refert & sequitur *Franciscus de Curte, in repetitione l. vnica, C. de prohiben. sequestra. pe. 17. quæst. & Iason in l. 2. 6. colum. in fin. de testib. dict. omni. iudic.*

¶ Quod tamen ego intelligo verum, nisi in casibus, in quibus à iure permittitur, vt puta A
capere debitorem deprehensum in flagranti delicto: vt *l. vnica, C. de raptoribus virgin. & l. si quis in seruitute. ff. de furtis.* Item in debitore fugiente: vt *l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his qui in fraudem creditor.* & notatur *Institut. de actio. in princip. & in c. cum non ab homine, supra, de iudic.* benefacit glos. singularis in *l. nullum, C. de iudeis.* vbi apertè sentit, quod si offensorem meum non possum ad iudicium adducere, & sit timor de fuga: possum propria auctoritate vlcisci, de quo videas ibi optime per *Salycet.* ad idem facit gloss. 1. in *c. in gentium. 1. dist.* quæ voluit, quòd vbi non potest quis rem propriam consequi, propter defectum iustitiæ, vel aliàs, potest propria auctoritate

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ctoritate ius sibi dicere. quam gloss. multum commendauit *Bald. in l. fin. C. de his qui à non dom. manumis.* & idem voluit *Innoc. in c. olim, el 1. sup. de rest. spol.* de quo latissimè per *Anchar. in regula, peccatum, de reg. iuris, lib. 6. in repetitione.* cuius ratio est, quia sine iudice fieri poterat. gloss. not. *Instit. de libertis. § multis.* Istis enim casibus potest quis sua propria auctoritate capere suum reum, vel debitorem fugitiuum, etiam si sit clericus: vt noranter voluit *Baldus in dict. capit. cùm non ab homine, supra de iudic. in 3. col. & Abb. ibi in 3. colum. Idem Bald. in c. dilectis, 5. col. supra de appellat.* quos refert & sequitur *Iason in d. l. 2. 6. col. in princip. ff. de iurisdict. omni. iudic.* Multo ergo fortius potest hoc facere per iudicem, etiam non incompetentem: vt sentit *Bald. in l. fin. C. vbi in rem acti.* & tenet expressè *Anchar. consil. 192. incip. in auxilium veritatis.* dicēs, quòd debitor captus, tanquam suspectus de fuga, non potest opponere exceptionem incompetentiæ iudicis tpi facientis: cuius dictum refert & sequitur *Lud. cons. 242. incipit, onum ii est idem. & idem Lud. in l. de pupillo. § meminisse in additionibus nouiss. ff. de non. ope nunc. & ibi Alexand. idem Lud. in d. l. 2. ff. de iurisd. om. iud.* & sequitur *ibi Iason 6. vol.* hoc firmans quatuor optimis rationibus, quicquid dixerit *Franciscus de Curt. in d. l. 1. 17. quæst. C. de prohib. sequestra. pe. & Franc. de Aret. consil. 95. incipit, respondebo breuiter.* quos per te videas.

¶ Item procedunt ista, etiam si statutum diceret, quod iudex debeat vel teneatur citare: quia debet intelligi ad partis instantiam, vt recipiat interpretationem passiuam, *l. vt gradatim § sed si ex lege, ff. de muner. & honor.* ¶ Ista tamen intellige, quando proceditur ad priuatam vtilitatem, & partis petitionem: nam tunc iudex non debet impartiri officium suum, nisi parte petente: vt *d. l. 4. § hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. & c. ad nostram, el 2. supra, de iureiur.* Secus, si iudex procederet ex officio suo ad publicam vtilitatem. ità dicit *Marianus in c. postulasti, supra, de foro compet. in 2 not.* de quo remittit ad id, quod ipse latissimè dixit in *c. qualiter & quādo, el 2. infrà, de accusat. octauo principali articulo.*

ADDITIONES.

A * ¶ Adde hoc in extrauaganti ad reprimendū. ver. denuociauerit. Vide *Iason. in l. iniste. de acquiren. pos. ff. an pars potest appellare aduersarium ad iudicium.*

B * ¶ Adde *Iason. Instit. de actionib. in princip. in 12. col. ver. an ancem debitor.*

IOAN. BERNAR.

A ¶ Citatio debet fieri ad instantiam partis.] Vide *Henric. Bener. in suo singul. ver. citatio. num. 1. & Matth. Mathesil. in l. 2. n. 7. C. quomodo & quando iudex, & Hippolyt. de Marsil. in l. de vnoquoque, num. 134. ff. de re iudic. Anchar. consil. 166. Marian. Socin. in rubr. de dilat. colum. 12. vers. sexto principa. articulo, & Sebastia. Vant. cirul. ex defectu citationis, in tract. de nullita. num. 36. & num. 44. Lanfranc. in c. quoniam contra, versic. citationes, nu. 10. & Didac. Perez in l. 1. titul. 2. lib. 3. Ordin. ver. quero. 14. col. 323.*

¶ Sed etiam parti.] Vide *Marantam de ordine* B *iudic. 6 part. princip. tit. de citatione, num. 44. & Rebuffum, ad leges regias, rubric. de citatione, nu. 78. & Hippolyt. d. l. de vnoquoque num. 188.* & circa reliquos citationis articulos de quibus author hic, vna cum multis aliis, vide authores hic & proxima additione citatos, adiungeque pluribus citatis multa dicētem *Dueñas regul. 92. cum quatuor sequent.* de materia citationis.

¶ Glos. 1. c. ius gentium. 1. distinct.] Notabilis est & communis inter nostros. circa quam C vide *Alexand. consil. 135. lib. 1.* & pulchre *Hippolyt. Marsil. singul. 177. num. 6. Felin. c. quoniam, num. 13. de simonia. Decium in l. non est singulis, num. 2. de regul. iuris, Nauarrum in suo Manuali c. 17. num. 112. cum sequent. Dominic. Soto, de iust. & iure lib. 5. quæst. 3. artic. 3. Castrum de potestat. legis penal. c. 5. fol. 136. col. 2.* & pluribus allegatis *Couarru. libr. 1 resolut. c. 2. num. 15.* quibus adiunge quæ not. per *Aniles, c. 3. prætorum vers. Abogados, num. 11. & Menes. l. cum quis num. 17. C. de iureiu. & facti ign.*

¶ Istis enim casibus.] Circa ista vide & ad- D iunge authorem, in *l. 66. Tauri num. 37. & sequen. Didac. Perez, in l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordina. ver. ex qua cōmuni. Suarez, l. 2. tit.* [*de los emplaçamientos.*] *lib. 2. Fori. in § sed attende, num. 20. Ripam, li. 1 respons. c. 13. Placam. de delictis, c. 34. numer. 14. Seguram. & ibi Didac. Perez in l. ab exheredat. num. 7. & 8. de leg. 2.* & latissime *Dueñas regul. 175.*

D. IOAN. BARANONA.

SVMMA RERVM.

1. *Citatio in dubio præsumatur facta ad instantiam partis.*
2. *Argumentum à communitet accidentibus, transfert onus probandi in aduersarium.*
3. *Actus, in quo requiritur impensa, præsumitur factus instante eo, cuius interest.*
4. *Solemnitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur.*
5. *Citare an possit nuncij, sine mandato iudicis.*
6. *Præscribens præsumitur habere bonam fidem.*
7. *Possessio immemorialis habet præsumptionem bonæ fidei, nisi possessor alleget titulum inualidum: vel nisi alias constet de iniustitia, vel inualiditate tituli.*
8. *Instrumentum venditionis rerum ecclesiæ, sine solemnitate, si ostenditur, non timebit possessorem.*
9. *Comparitio citati spontanea, purgat ineptitudinem citationis.*
10. *Citatio quando propter aliquem defectum est nulla, si citatus comparet, tenet actus.*

VNVM tamen non est omittendum, quod §. 1.
si exactio non apparet, quod fuerit facta
† ad petitionē partis, sed solū est descripta cita- 1
tio, & citationis cōmissio, & relatio nuncij: in
dubio præsumendū est, quòd præcessit peti- A
tio partis, ex quo requiritur ad validitatē citationis: nec aliter potest dici citatio cū effectu.

vt

vt apparet ex prædictis. ita tenet *Gui. de Suza in dicta lege, ad peremptorium, ff. de iudic. & Anton. in c. 1 eod. titul.* & ibi etiam *Abb. 2. column.* refert & sequitur *Franciscus de Aret. consil. 36. in fin.* facit ad hoc quod not. *Bald. in c. penul. supra, de iura. calum.* vbi dicit, quod si dictum sit instrumento, quod lis fuit legitimè contestata, licet non exprimatur, qualiter fuit contestata, sufficit. dicit sore text. rotundum de hoc, vt ibi latius per *Andream Siculum, 4. colum.* ¶ Quod potest confirmari tali ratione. Iudex præsumitur fecisse illud, quod de iure debuit: vt *l. Hereunius §. Caia. ff. de euictioni, & l. 2. C. de off. comit. sacr. & in cap. in præsentia, de rerum.* sed iudex habet committere citationem ad petitionem partis: vt supra dictum est. Sequitur ergo, quod si reperiatur citatio commissa, & relatio facta, debet præsumi, quod præcesserit partis petitio.

2 ¶ Item validum est arg. à communiter † actidentibus: vt *c. 1. supra, de cler. non resi. & in l. neque natales, C. de probat.* a* adeò quod transfert omnis probandi cõtra aduersarium: vt sentit gl. in *d. l. neque natales.* quam ad hoc multum commendat *Lud. Rom. in singulari 397. incip. alio fero. & Andreas Siculus in c. nouit. col. 88. de iudici.* Sed communiter accidit, quod citatio fit ad petitionem partis: ergo præsumendum est, partis petitionem præcessisse: quia solemnitas consueta interuenire, semper præsumitur: vt *l. fin.* & ibi not. *C. de fideiuss.* ¶ Bene facit ad hoc, quod in simili dixit *Ioannes Andreas in additionibus ad Speculat. tit. de emptio. & venditio. § nunc videndum,* prout refert *Franciscus Aretinus, in d. c. 1. de iudic. 4. col. versic. vnde dicit notanter Ioan. And.* vbi voluit, quod cùm in questitura communiter soleat fieri præsenti, si appareat inquestituram esse factam, & nõ appareat de præsentia, bene præsumitur, quamuis regulariter præsentia non præsumatur, nisi probetur: vt *l. 2. C. de statuis & imagi. & l. 3. § idem respondit. de ver. oblig.*

3 ¶ Item prò ista opinione facit optima ratio: quando enim fit † actus, in quo requiritur aliqua impensa, præsumitur facta instante eo, citius interest, & ad quem spectat actum facere: vt est casus not. in *l. fin. C. de alimen. pu. præstandis.* vt not. *Bart. in l. cum seruus, ff. de verb. oblig.* bene facit text. & quod ibi not. *Bal. in l. si seruus, § qui margaritam, de legat. 1.* Sed citatio rei communiter non solet fieri sine aliquo sumptu, vel expensa: inata notata in *l. 2. C. de sportulis.* ergo præsumitur facta instante & perente parte.

¶ Bene facit quod in simili dicimus de mercatore, scribere rationem ad me pertinentem: nam præsumitur eam scribere me requirente, B* & mandante: b* vt voluit *Guil. de Cun. in l. edita. C. de eden.* allegat glos. *in l. fin. C. de pactis conuen.* quod reperat ipse multũ notabile, prout refert & sequitur *Bald. in l. 1. fin. col. C. de edendo.* ¶ Facit ad hoc, quod notat *Imo. in c. si infra, de in qui mit. in pos. causa re. seruan.* & notatur in *l. sciendum ff. de ver. oblig. & in § si. Inst. de fideiu. & in § si ita scripti, Inst. de inutilibus stipul.* & text. cum gl. in *l. 2. C. de*

Pactis Inu.

dotis promiss. & quod not. *Bart. in authen. si quis in aliquo documento, C. de edendo, & in l. qui alienat. ff. de acquirenda hæredi.* & quod notatur in *c. vnico, sup. de litis contesta.* & bonus text. *in l. sine in prine. ff. de interrogatoriis actio.* ¶ Et istam partem ego teneo, quamuis quidam Moderni in *d. l. sciendum ff. de verb. oblig.* teneant contrarium, moti leuissima ratione, & fundamẽto, dicẽtes quod petitio partis quam debet facere ad iudicem, ad hoc vt faciat citationem, est quædam b* solemnitas † extrinseca, quæ non præsumitur, nisi probetur: vt *l. quicunque, § qui à pupillo, ff. de public.* & ad iura prædicta dicunt ipsi, quod loquuntur in solemnitate intrinseca, quæ semper præsumitur. Sed reuera ista ratio parum valet: quoniam potest dici, quod regulariter est verum, quod solẽnitates extrinsecæ non præsumantur, nisi probentur. Fallit tamẽn hoc, quãdo actus, in quo debet interuenire solemnitas, fit cum aliquo sumptu, vel expensa: nam tunc benè præsumitur, vt apparet ex prædictis. B 4

¶ Vel aliter potest dici, quod cum ista sit solemnitas, quæ prout communiter solet fieri, & regulariter non prętermitti: locus à communiter accidentibus, facit præsumi solemnitatem interuenisse. ¶ Vel aliter verum est, quod solemnitas extrinseca non præsumitur interuenisse, intellige principaliter: secus tamen incidenter, & ex quadam consequentia. sicut in simili dicimus, quod episcopus non restituit ad famam: vt *c. cùm te ab ru. supra, de re iudicata.* Tamen dispensando cum criminoso, videtur dispensare super infamia, text. est singularis in *c. si si clerici. § de adulter. supra, de iudi.* Vnde ita dicamus in casu nostro, quod quamuis solemnitas petitionis partis de per se non præsumatur, quando de ea principaliter quæritur: benè tamen præsumitur, cum constat de ipso principali, hoc est, de ipsa citatione: accessorie ergo, & per quandam consequentiam præsumetur de illa, quod interuenerit. quod nota, quia est noua consideratio. ¶ Et hoc idem dicendum censeo in auctoritate iudicis, vt si apparet de citatione facta per nuncium, si non constet ex actis de commissione vel auctoritate iudicis, nihilominus præsumatur interuenisse, secundum *Guilielmum de Cun. in d. l. ad peremptorium, ff. de iudi.* Idem sensit *Iacob. Butri. d. l. neminem, C. de exhibend. reis.* vbi dicit, aduocatos teneri, quod nuncij citant sine mandato iudicis: quia 5 præsumitur eis mandatum, secundum eũ quem refert & sequitur *ibi Angel.* qui subdit cautum esse, vt etiam in actis appareat de commissione.

¶ Et prò ista opinione facit ratio: quoniam certum est, quod probatis c extremis, præsumitur medium: vt probatur in *l. si mater. C. unde status defuncto, & in l. quicunque, C. de epochis publicis,* & tenet *glos. in c. volumus 16. q. 4. versic. inconcussum.* Cùm autem in casu nostro habeantur extrema, scilicet, quod pars petierit à iudice, quod citet aduersarium: item etiam, quòd nũcius citaret, & retulit, & ista sunt extrema citationis. C

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tionis. ergo per consequens præsumi debet medium, scilicet commissio iudicis. ¶ Et istam partem teneo, quamuis *Bart. in d. l. sciendum. ff. de verbor. oblig. & in l. 1. §. sanè, ff. de offic. præfe. vrb. & doctrinam Antonini in d. c. 1. de iud.* teneant contrarium: moti, quia hæc est solemnitas, quæ præuenit actum: & ideo non præsumitur, vt notatur in *l. 1. C. de fidei instrum. & iure hasta fiscali. lib. 10.*

¶ Et pro ea facit ratio subtilis, & noua. omnis præsumptio solemnitatis adhibitæ, resultans ex facto iudicis, cessat, siue tollitur, quando ex inspectione actorum, quæ producuntur, apparet, talem actum in actis non inueniri. ita dicit *Innoc. in c. cùm ad sedem suprà, de restit. spol.* sentit ille in *c. annotauit. infrà, de his qui furti. m. re.* probatur in *c. Hippol. sup. de litis conte.* tenet *Ioan. And. in c. quoniam contra falsam, sup. de probat. & in addit. ad Spec. tit. de sententiis, §. vt autem, ver. & no secundum ver. quosdam Bart. in l. his qui ad ciuilia, C. de appel. & in l. 1. in princ. ff. vt can. post pu. assi. restit.* & bene facit text. in *l. fin. C. de rebus cre. & iureiuran.* Ad huius confirmationem facit, quod in simili dicimus, quod ille, qui † scribit, præsumitur habere bonam fidem, & in hoc standum est assertioni: vt not. gloss. *Inst. de vsucap. in princip. in c. si*
6 C* *verò, infrà de senten. c* excomm.* hoc verum, nisi præscribens habeat titulum reprobatum à lege, de quo constat per confessionem aduersarij, vel aliàs. nam per hoc cessat præsumptio prædicta: vt est text. not. & ibi not. *Bartol. in l. quemadmodum, C. de agri. & censib. lib. 11.* faciunt not. in *l. cùm lex. ff. de fideiusso. & in l. 1. C. de fide instru. & iure hasta fiscali. li. 10.* Idem clarius firmat *Antonius in c. peruenit, de fideiuss. in repetitione. fol. 4.*
7 *ver. circa quod dubium facit.* vbi dicit. quod † possessio immemorialis habet præsumptionem bo-
D næ fidei, nisi d possessor alleget titulum inualidum, vel nisi aliàs constet de iniustitia, vel inualiditate tituli. idem cõsuluit *Anchar. consil. 81. incipit, dicta colum. 2. versic. sed aliis rationib.* quod tene meum. de quo latius scripsi mea allegatione 18. quæ incipit, præsupponendum. fol. penul. ver. & si mihi dicatur. faciunt quæ dixi sup. in rubri. ver. secundò limita. Ex quibus infertur vnum valde notandum, quòd si ostendimus
8 † instrumentorum venditionis rerum ecclesiæ, sine aliqua solemnitate, cursus temporis non inuabit possessorem: de quo dicendum, vt not. per *Ant. & alios in c. ea noscitur, suprà de his quæ fiunt à prælat.* vbi est pulcher text. videas *Anchar. not. consil. 135. incip. ex consilio.* de quo faciunt mẽtionem Moderni *c. quoniam contra falsam, sup. de probat. & in c. sicut de re iudic. & in c. licet Helis. infra de fimo.* ¶ Cùm autem ista præsumptio solemnitatis resultet ex facto iudicis, de qua non constat in actis, meritò cessare debet præsumptio, quod intemenerit. ¶ Pro ista parte bene facit text. in *c. prudentiam, in princ. in verbo, per nuncium sup. de off. deleg.* vbi dicitur, quod iudex qui se debet excusare, debet istam excusationẽ exponere, & per nuncium certum, vel ex causa cõ literatorie destinatum, vel aliàs de eadem excusatione, vel impedimento debet canonicè constare: aliàs nõ possent reliqui iudices procedere. & sic vult ille text. quod in facto dependente à iudice, non stamus præsumptioni, sed debet de eo canonicè constare. Ad idem *cap. si quando, de rescript.* ¶ Finaliter pro ista parte est text. not. quem ad hoc ponderat *ibi Bald. in leg. his solis, C. de reuocan. donat.* vbi text. dicit, quod si mater aliquid donauit filio, qui postea fuit ingratus, poterit mater reuocare: in qua reuocatione veniet, quicquid ex rebus donatis reuertet filius, ex eo die, ex quo controuersia qualecunque principium visi iudicantis haberet. dicit *Bald. not.* expressum, quod debet apparere de commissione iudicis: aliàs per citationem non datur initium litis certum. ¶ Et si dicatur, quod quemadmodum præsumitur pernio partis, ita præsumitur cõmissio iudicis: potest dici, quod commissio citationis, quam facit iudex, est de actis: & in actis debet scribi: vt *c. quoniam cõtra. sup. de probat.* ideo non præsumitur, nisi probetur: sed petitio partis nõ est de actis, vt patet in *d. c. quoniam contra.* ideo præsumitur, quamuis de ea non appareat. ¶ Sed ego non recederem à prima opinione, quæ videtur mihi verior de iure, & magis æqua. Possunt tamen istæ opiniones reduci ad concordiam, vt dicamus, quod si nuncius, qui fecit citationem, & relationem, sit aliàs bonæ famæ: & agitur de modico præiudicio: præsumitur commissio. arg. eorũ quæ not. in *c. cùm dilectus, sup. de consuet. & in d. c. ea noscitur, sup. de his quæ fiunt à prælat. & per Innoc. in c. 1. sup. de cler. pere.* istam concordiam sentit *Abb. in d. c. 1. 19. col. de iud.* ¶ Vel potest dari alia concordia, vt dicamus, quod si pars prætexto citationis factæ comparuit, & non opposuit cõtra citationem, cõcurrentibus istis tribus simul, scil. citatio nũcij, & relatio eius, scriptura tabellionis, & comparitio partis: benè præsumitur cõmissionem iudicis præcessisse: vt singul. voluit *Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de teste. § sequitur. ver. sed pone.* quam refert & sequitur *dominus Anton. in c. fraternitatis, in fin. super gloss. vltim. sup. de testib. & Francis. de Aret. in d. c. 1. 4. column. sup. de iudicijs.*

¶ Et ratio huius potest esse (quamuis illi non dicant) quia spontanea comparitio † citati purgat ineptitudinem citationis: vt gl. voluit *Bald. & Alexan. in l. 1. in princ. ff. de feriis.* & facit in simili text. in *l. metum, C. quod metus causa.* vbi spontanea solutio purgat metum præcedentem. 9

¶ Et ex hoc dicebat singulariter *Innoc.* quod si duo ex delegatis citauerunt partem, & pars cõparuit, & in comparitione erant cõgregati omnes tres: tenetur respondere, quasi per suam comparitionem purgetur vitium citationis. ita dixit ille in *c. cùm causa. sup. de offic. deleg.* & recitat *ibi Abb. 2. col.* Idem sentit *Bald. in auth. si omnes, C. si vt se ab hared. absti.* dicens, quod quando † 10 citatio est nulla propter aliquem defectum: si citatus comparet, tenet actus, non ratione citationis, sed ratione præsentiæ, adeò quod potest iudex ad vlteriorem procedere. de quo di-

cto

eo meminit *Felin. in c. illud sup. de præscri. 4. colum. ver quarta declaratio.* vbi cumulat alia, quæ videas per te. ¶ Si autem ineptitudo citationis purgatur per sponraneam comparitionem, à fortiori dicemus, quod ex tali comparitione præsumitur interuenisse solénitas cõmissionis iudicis. quod videtur mihi satis notandum. Et quia ista non est propria materia huius decretalis, non me extendo vlterius ista sufficiant.

ADDITIONES.

A * ¶ Vide suprà, in §. 9. ver. ad propositum, & §. 57. in princ. & adde *Nicol. Everardum, in suis Topicis iuris, fol. 75. col. 2. cum sequent.*

B * ¶ Adde *Franc. Aret. in c. 2. ex q. ver. in glos. posita de probatis.*

C * ¶ Adde *glos. in l. super longi glos. 2. C. de præscript. long. temp.* aliam in *l. pe. C. de exactio.* aliam in *c. sanctorum, in verbo, facere, de præscrip. Segurana, in repe. l. 3. § final. ff. de liber. & posthum. fol. 2. col. 1. & in repe. l. 1. §. si vir. ff. de acquiren. possef. fol. 6 col. 4. & fol. 8 co. 4.* & vide, quæ ibi addidi, in repe. in verbo, præscrip. quod fallit, nisi præscribens habeat tantum reprobatum à lege, de quo constat per confessionem aduersarij, vel aliàs. vt in d. ver. & pro eis. suprà.

IOAN. BERNAR.

A ¶ In dubio præsumendum est quod præcessit. Vide *Felin. in c. sicut olim, de re iud. & Vantium de nullit. tit. ex defectu citationis, nu. 45. Ancedarium. par. 2. c. 1. n. 4. Lanfranc. & alios.* quos adduxi sup. additio. 1. §. proximo. An autẽ citatio quæ non apparet, præsumatur præcessisse, vide *Didac. Perez, in l. 1. tit. 2. lib. 3. Ordina. quæst. 18. & Sebastian. Vant. vbi sup. num. 12. cum sequent. & Tiraqu. de præscriptis, glos. 4. vers. contrarium tamen. fol. 63.*

B ¶ Solemnitas extrinseca quæ non præsumitur.] Circa præsumptionem solemnitatis extrinsecæ, vel intrinsecæ maximè ex diuturnitate temporis, vide *Didac. Segur. & ibi Didac. Perez.* multos cumulantem, in *l. Imperator. n. 57. cum sequent. ad tabell. Castillo. l. 57. Taur. nu. 9. Matesilan. singul. 11. &* 12. & ibi multis adductis *Gabriel Sarayn. Tiraquel. de præscript. glos. 4. quæst. per tot. in §. 1. & Minchac. quæst. illustr. c. 64. Aymon de antiquit. temp. 3. part. §. 1. &* 2. per tot. apud quos est ingens & numerosa aliorum allegatio.

C ¶ Probatis extremis præsumitur medium.] Hoc est vsile his qui initium & finem, non etiam media possessionis probare queunt. vide *Alciat. regul. 2. præsumpt. 22. Matesil. sing. 116. Corset. singul. vers. probatis possessionu. Felin. c. inter dilectos, de fide instrum. Segur. l. 3. §. fin. de libe. & posthu. n. 16. Conar. regul. possessor. parte 2. §. 1. & Sarayn. apud Matesilan. vbi suprà.*

D ¶ Nisi possessor alleget titulum inualidum.] Attende notabilem doctrinam. & vide *Gregor. gl. 3. l. 6. tit. 25. part. 4. Minchac. lib. 2. qu. illustr. c. 81. nu. 11. Con. regul. possessor. part. 2. §. 3. num. 7. circa finem.*

DUCT. IOAN. BARAHONA.
Palæus Rsus.

SVMMÆ RERVM.

1. *Iudex ecclesiasticus an possit de causa dotis cognoscere. & num. 4. &* 14.
2. *Exceptio non numerata dotis debet opponi coram administratore ciuili, vel militari, & in eius defectum coram episcopo.*
3. *Dos dicitur hæreditas, & patrimonium mulieris.*
4. *Miserabiles personæ & pauperes possunt conuenire laicum coram iudice ecclesiastico.*
5. *Pauperes dicuntur personæ miserabiles.*
6. *Miserabilis quis dicatur, & quare.*
7. *Pauperes non tenentur ad onera personalia.*
8. *Causa miserabilium personarum spectant ad ecclesiam.*
9. *Pauperes habent omnia priuilegia ecclesiarum.*
10. *Conuersi de nouo ad fidem, dicuntur miserabiles personæ.*
11. *Miserabiles personæ quæ dicantur.*
12. *Vxor, cuius maritus est bannitus, gaudet priuilegio viduarum.*
13. *Papa non potest tollere leges ciuiles, quoad forum seculare.*
14. *Causa dotis an spectet ad iudicem ecclesiasticum, & quando, & num. 17.*
15. *Dos succedit loco alimentorum.*
16. *Alimenta possunt coram iudice ecclesiastico peti inter maritos laicos.*
17. *Causa dotis est pia.*
18. *Minor 25. annis, maior 14. an habeat legitimam personam standi in iudicio, in causa dotis.*
19. *Canon in causa pia debet præualere legi.*
20. *Dos an sit causa pia.*
21. *Index ecclesiasticus non est index competens in causa dotis, inter meros laicos, opposito contrario inconpetentia.*

NOTA secundò ex text. ibi: [Auctoritate nostra curaueritis conuenire.] Dicit *Hostien.* & sequitur *Ioan. Andr.* id est, authoritate literarum nostrarum pro H. paupere impetratarum. ¶ Ex quibus verbis colligit *Abb.* argumentum, quòd † ecclesia potest se impedire de dote, non solùm in fauorem viduarum, vt suprà *c. 1.* sed etiam in fauorem mariti petẽtis dotem. ¶ Ego autem dico, quòd imo est hic casus formalis, & text. optimus, & forte alibi nõ ita bonus, quòd iudex ecclesiasticus est competens iudex ad cognoscendum de causa dotis inter puros laicos, etiam si de dote principaliter agatur. Nam hic tam magister R. quàm H. pauper, laici seculares erant: quod apparet ex eo, quia ista causa prius fuit agitata coram consulibus ciuitatis Ianuæ, & de ea nunc principaliter agebatur coram iudicibus delegatis à sede apostolica. Et sic isti legati cognoscebant de causa dotis principaliter inter puros laicos. Ita per istum text. firmauit *Innocen. in c. de prudentia, infra eod.* cuius opinionem approbant *ibi Hostiens. Ioan. Andr. Henricus. & Abb.* eandem tenuerunt *Hostiens. Anchar. & Ioann. de Imol. in c. ex literis, supr. de pign. 6. notabile. & ibi Cardin. in 5. oppo.* tenuit etiam *Raphael Fulgos. in authen. quod locum. C. de collat. Bald. Ioan. de Imol. Paul. & Ludouic. in l. 2. ff. solut. matrim. Ludouic. in l. Titia. 3. colum. Bald. in l. 1. C. de dotis promi. c. 1. qui feu da. po. li. feudorum.* vbi dicit, quòd Papa potest da-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

re iudicem ſuper cauſa dotis inter laicos.

¶ Idem videtur ſentire *Spec. tit. de dote poſt diuor. reſtit. prope fi. ver. vtrum cauſa dotis.* vbi dicit, quod cauſa dotis ſpectat ad eccleſiam, quia accedit ad cauſam matrimonialem. idem *Cardin. in cle. diſpendioſam, de iudiciis, 30. queſt.* dū dicit, quod illa clem. habet locū, quādo agitur de dotibus reſtituendis: quia actio de dote fortitur priuilegia cauſæ matrimonialis, ſecundum ea quæ notantur in *L. i. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Hanc etiam opinionem tenuit *Felin. in c. licet ex ſuſcepto. de for. compet. 1. colum.* eandem etiam nouiſſimè firmat *Bald. Nonellus, in ſuo tractatu, de dote. 9 part. 16 priuilegio.* cum moderatione tamen: de qua infra. quia iſta opinio eſt fauorabilis, & benignior, pro mulieribus & doribus, per id quod habetur in *l. in ambiguis. ff. de iure dori.* & quod notat *Ioan. And. poſt Hoſtienſ. in c. 1. de cognat. ſpiritua.*

¶ Gloſt. tamen in *dict. c. de prudentia. ſuprà eodem*, tenuit indiſtinctè contrarium. dicit enim, quòd vbi iudex eccleſiaſticus de matrimonio cognoſcit: cauſa dotium ſpectat ad eum, vt ibi. Si verò de dote principaliter agatur: vt puta, ſi cōſtante matrimonio agat mulier de dote: quia forte maritus labitur facultatibus, vel diſſipat bona ſua, vel quia mortuus eſt: tunc cauſa debet coram iudice ſeculari agitari: quia modo cauſa dotis principalis eſt, & ita concludit *ibi gloſ.* quòd quando agitur principaliter de cauſa dotis, iudex eccleſiaſticus non eſt competēs iudex. ¶ Et videtur ibi text. expreſſus de hoc, cùm dicit: Quia igitur vos, qui de matrimonio principaliter cognouiſtis de dote, quæ eſt cauſa incidens, acceſſoriè voluiſtis & ſimiliter diffinire, &c. A contrario ergo, ſi non cognoſceret de matrimonio principaliter, non poſſent cognoſcere de dote acceſſoriè. & ſic per cōſequens, cùm de dote principaliter agitur, non poteſt iudex eccleſiaſticus de ea cognoſcere.

¶ Et hanc opinionem tenet *ibi Anton. Angel. & Socin. in l. i. ff. ſol. matr.* pro qua videtur text. ſingularis, *in l. in contractibus, in fin. C. de non nu. pecu.* vbi dicitur, quod exceptio non † numeratæ dotis debet cōtrà adminiſtratore ciuili vel militari opponi, & in eius defectum coram epiſcopo. & ſic apertè probat ille text. & ad hoc not. eum *Bal. ibi, in § in omni vero, in fin.* quod epiſcopus nō eſt iudex in cauſa dotis, niſi in defectum iudicis ſecularis. ¶ Item pro iſta opinione allego text. ſingularem nouiter ponderatū ad hoc, *in c. ex tenore, ſup. de for. compet.* vbi illa nobilis mulier coram iudicibus delegatis à Papa, agebat contra Ioan. de Mediolano, ſuper ſua hereditate, id eſt, ſuper ſua dote: quia † dos dicitur hæreditas, & patrimonium mulieris: vt eſt text. *in l. Pomponius Philadelphus. ff. ſa. hercif. & in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor.* Sed noluit Papa, quod delegari de ea cognoſcerent, niſi data negligentia iudicis ſecularis. Et ſecundū iſtam ponderationem eſt ibi caſus formalis pro iſta opinione, ſecundum *Aude. Sicut ibi colum. pen. & vlt.* Hanc opinionem ſentit gl. not. *in d. c. ex tenore, in ver. viduæ, ad finem.* ibi & præcipuè circa dotes, allegando *c. nuper. ſupra. iſto tit.* quaſi velit, † quod tunc ſolum eccleſia poteſt de dote cognoſcere, quando eſt cauſa viduæ. Idem ſentit *Speculator in titul. de rerpe. præſentatione, §. ratione autem formæ, verſ. item mulieri. col. pen.* hoc fuit de mente Bald. ſi bene aduertantur eius verba, in *authen. quod locū, C. de col. col. fin. ver. 8. quæritur.* idem tenet *Anton. in d. c. licet ex ſuſcepto, de foro cōpet. colum. 11. ver. ſextus ratione connexitatis. & ibi Marianus, col. 7. ver. duodecimus ratione connexitatis. & in rubr. eo tit. col. 1. ver. 2. acceſſoriætatis, & colum. 3. ver. tricesimo ſexto. & Ambr. conſil. 20. incipiens, pro ſolutione, ad fin. verſ. venio ad ſex.* Ex his redditur dubia deciſio *Innoc.* & ſequaciū, adeò quòd dicebant aliqui, quod neceſſaria eſſet deciſio principis. ¶ Et ſentiens forte hanc difficultatē *Hoſtienſ. in præſenti, ſuper parte, tu autem vtrū conueni-re.* quem ſequitur *Ioan. And. in ver. auctoritate.* dicit, quòd ideo fuerunt literę impetratæ à Papa, quia iſte magiſter R. qui erat reus, erat forte clericus: & ita iſte H. actor ſequebatur eius forum: vt *capit. tam ſit generale. ſuprà, de for. competenti, cum concordantijs.* ¶ Sed reuera iſte intellectus nullo modo poteſt ſtare: quia ſi verum eſſet, quod iſte magiſter R. eſſet clericus, non potuiſſet conueniri coram iudice laico: vt *c. ſi diligenti. ſup. de for. compet.* Et propterea reprobatur iſte intellectus per do. *Cardin. in ſecunda op.* & per *Abb. in 1. not.* ¶ Et ob hoc forte *idem Hoſtienſ. & Ioan. And.* non reſident in iſto intellectu, imò tranſeunt ad alium, dicentes, quod ideo iſtæ literæ fuerunt impetratæ à Papa: quia iſte H. impetrās, erat pauper & miſerabilis perſona. quod apertè probat text. dum dicit, pro H. paupere: & propterea tanquam pauper & miſerabilis perſona potuit habere recurſum ad eccleſiam, quamuis laicus eſſet. Et ſecundum iſtum intellectum eſt hic text. ſingularis, ſecūdum *Abb.* quod pauper † & miſerabilis perſona poteſt ♁ laicum conuenire coram iudice eccleſiaſtico. quod eſt benè notandum, ſecūdum eum. ¶ Et bene facit text. *in c. ſignificantibus, ſup. de offi. deleg. & in c. ſuper quibuſdam, infrà de verbor. ſig.* ¶ Facit etiam text. ſecundum vnum intellectum, *in c. cauſſitutum, ſup. de in integ. reſti.* vbi ſecundum aliquos ille magiſter R. erat pauper, & ratione paupertatis conueniebat aduerſarios ſuos laicos coram iudice eccleſiaſtico.

¶ Facit etiam ad iſtum intellectum, quod not. *Innoc. in d. c. cùm ſit generale, ſup. de fo. compet.* vbi dicit, quod de qualibet oppreſſione vel fraude nō ſolum clericorum, ſed etiam pauperū, cognoſcit eccleſiaſticus iudex. pro quo eſt text. *in cap. ſi quis, de poenitentijs, & c. paternarum, & c. ſi quis Rompetus, & c. illi, qui 24. q. 3.* ¶ Ad idem facit text. *in c. ex parte B. ſup. de fo. comp.* vbi dicitur, quod illa regina miſerabilis, ſpoliata ab illo milite, eum conueniebat coram iudice eccleſiaſtico, etiam ſuper re feudali. fortius ergo idem faciet pauper. ¶ Et eſt hoc iuri & rationi ſatis conſonū: quia † pauperes dicūtur perſonæ miſe-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

serabiles: vt voluit *Ioan. And.* & sequitur *ibi Abb. in d. c. significantibus, sup. de offi. dele.* ¶ Et dicuntur miserabiles, quia natura mouetur ad miserandum eis, secundum eos. & rectè loquūtur, quia vt scribitur *Ecclesiastici* 40. Melius est mori, quàm indigere: nam vita pauperis est in cogitatione victus. † Miserabilis autem dicitur, quòd 7
sit miseriæ habilis, & propriè appellatur miser, eò quòd omnem felicitatem amiserit. secundū *Isido. in 2. etymol. in littera m.* & rectè pauperes miserabiles dicuntur, quia multis periculis sunt subiecti, iuxta illud Salomonis: Mendicitatē & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum: aut egestate compulsus, furer, & periurem nomen Dei mei. *Prou. 30. & Ecclesiastici 27.* dicitur, Propter inopiā multi deliquerūt. item 2. *ad Cor. 8.* dicitur, Vobis autem tribulatio. exponit gl. id est, paupertas. item 1. *Thessa. 5.* super illud, Rogamus autem vos, &c. dicit gl. sicut diuitiæ negligentiam parinut salutis: ita egestas, dum saturari quæritur, à iustitia declinat. de quo latissimè per *sanctum Thom. opuscul. 19. f.* contra impugnantes religionem. 2. *part c. 6. & 2. secunda, q. 186. art. 3.* item *David*, inquit, Languerunt oculi mei præ inopia. *Psalm.* Domine Deus salutis meæ. Dicuntur ergo pauperes miserabiles personæ: quia ex inopia defecēdit miseria. secundum glos. in *authen. de exhibend. & instru. reo. in princ. in verbo agantur.* ¶ Et inde est, 8
quod † pauperes ad onera personalia non tenentur, cùm sint occupati in quærendis sumptibus pro victu. secundum *Bal. in authen. de succēss. fin. col. C. ad Tertul.* nec etiā ad sumptus bursales: vt *d. l. sed scitote, C. de annō. & tribu. li. 10.* & tenet *Bald. in c. 1. § nos Romanorum, 3. colum. de pace Constan. li. feudo.* ¶ Et *d.* propterea pauperes sunt D
cancellādi de libro æstimi, porrecta prius supplicatione, secundum *Bal. in d. authen. de succēss.* Leges tamen huius regni volunt, quod pauperes debeāt soluere tributa, de his quæ pro mercede quotidiani laboris habent, seruata certa forma in eis tradita: humanius tamē esset, quod nihil soluerent, cum sint occupati in quærendis sumptibus pro victu: vt sup. dictum est. & cùm sint miserabiles personæ, quibus omnino fauendum est: nam egestate sordentibus mors est solatium, vita supplicium: vt dicit text. in *l. quisquis, C. ad l. Iul. maie.* Si statutum eximit à gabella miserabiles personas, de quibus intelligitur vide *Bart. & Bald. in l. vnica, C. quando Imperator inter pupillum & viduam.* de quo etiam per *Firmianum, in tractatu gabellarum, parte 7. qu. 27.*
¶ Iustum est ergo, vt † causæ miserabilium per- 9
sonarum spectent ad ecclesiam: vt est text. & ibi not. in *c. super quibusdā infra, de verbo sig.* & no. in *d. significantibus, de offi. dele. & in d. ex tenore, de so. compe.* & per *Spec. in ti. de so. compe. § 1. vers. 19.*
¶ Et ratio potest esse, quia † pauperes habent 10
omnia priuilegia ecclesiarum: vt voluit *Bald. in l. illud C. de sac. sanc. eccl. & in l. pe. § fi. 3. col. in fi. C. ad Trebel.* not. in *authen. de ecclesia. tit. in princ. col. 9.* & est glossa si bene ponderetur, in *l. fin. in verbo, captiuorum, C. de sacrosan. eccles.* Merito ergo iste H. tanquam pauper, & miserabilis persona, potuit impetrare literas à Papa, ad iudices delegatos, quamuis ille esset putè laicus. ¶ Ex istis inferri posset verbū nouum, & singulare, quòd
† ille, qui de nouo est conuersus ad fidem no- 11
stram, potest causas suas tractare, & aduersarios suos conuenire coram iudice ecclesiastico: quoniam isti tales dicuntur miserabiles personæ: vt mirabiliter voluit *Innoc. in c. Iudæi sine Saracēni infrà, de Iudæis.* refert & sequitur *Andreas Siculus in d. significantibus, in fin. suprà, de offi. dele.*
¶ Idem *e* posset dici de senibus, decrepitis, & E
diuturno morbo † fatigatis, & debilibus, & de 12a
omnibus illis, quibus natura mouetur ad miserandum, propter fortunæ iniuriam: quoniā isti quamuis diuites sint, dicuntur personæ miserabiles: vt oportunè voluit *Azo in summa, tit. quando Imperator inter pupi. & vi. in finalibus verbis.*
¶ Idem videtur dicendum de causis viduarum, quæ etiam dicuntur personæ miserabiles: vt *l. vnica. eod. titul.* & not. *Innoc. in dict. c. significantibus.* ¶ Quod intellige, non solùm de illa, cuius vir mortuus est, quæ propriè dicitur vidua: vt 34. *distinctio, cap. vidua. § vidua.* sed etiam de illa, quæ est sine viro, quia nunquam nupsit: vt *l. malum, § vidua, de verbor. significatio.*
¶ Et etiam de illa, cuius vir adhuc viuit, sed est sibi inutilis. argum. *cap. 2. de translat. prælat.* nam etiam illa dicitur vidua: vt dicit glos. multum singularis, in *l. fin. C. de plagiariis.* quam extollit *Andreas Siculus in d. c. significantibus in princ. & Ioannes de Platea, instit. de pub. iudiciis, § est autem, 2. tel.* ¶ Ex qua infert, quod vxor, † cuius vir est 13
bannitus, appellatur orbata, & vidua, & gaudet priuilegio viduarum. de quo in *d. l. vnica. C. quando imp. inter pupil. & vid.* ¶ Et per consequens, si agat super dote, poterit aduersarium conuenire coram iudice ecclesiastico: licet talis vidua lite non sit oppressa, seu licet non alleget in sua petitione dictam qualitatem oppressionis: prout videtur requirere opinio *Ioan. Andr. in d. c. de prudentia.* quia ecclesia debet dictis viduis, tanquam miserabilibus personis fauere in dotibus: vt ibi dicitur, & ecclesia hortatur eas, vt mortuo viro nubant vt in *c. fi. infra, de secun. nup.* Et diceretur tunc fauere non solū dori, sed in consequentiam ipsi matrimonio, vt sic facilius nubant. ¶ Subest etiam fragilitas sexus: & quia iam dicuntur derelictæ & orbatæ viro suo. facit quod habetur in *cap. ex parte B. sup. de so. compe.* & ibi glos. & in *c. ex tenore, eod. tit.* hoc fuit de mente *Paul. de Castr. in d. l. 1. ff. solut. mat.* quem refert & sequitur *Bal. Nouellus in d. loco.* adde bonum text. & *ibi Lucam de Penna l. cùm scimus, § illud, in versi. idoneum, C. de agricola & censi. lib. 11.* ¶ Secus tamen dicit ipse, si dos repeteretur ex causa inopiæ viri constante matrimonio vel propter separationem thori: & sic non repeteretur per viduam: nam tunc non posset agi coram iudice ecclesiastico. & sic debet intelligi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ſecundum eum quod voluit gloſſ. *in d. l.1.ff.ſol. matrim.* ¶ Idem dicit, ſi repeteretur à patre mulieris, vel vira filia, vel poſt eius mortem, & tunc coram eccleſiaſtico contra laicum non poſſit tale iudicium intentari: vel ſi repeteretur ab hæredibus mulieris, & multo minus ſi dos peteretur à viro, tanquam promiſſa, quia tale priuilegiū eſt merè perſonale, valet, quando dos peteretur à muliere vidua, ſecundom eum, qui ita quicuit. ¶ Ecce quanta reperitur
14 † varietas inter doctores in iſto articulo. Aliqui non valentes congruum dare reſponſum his, quæ pro prima parte facere videntur: nituntur opiniones ad concordiam reducere, dicentes, quòd in terris Eccleſiæ procedat opinio Innoc. & ſequacium, vt tunc iudex eccleſiaſticus ſit competens iudex ad cognoſcendum de cauſa dotis, quæ coram eo principaliter tractatur inter meros laicos. In terris verò impetij tunc demum, cùm de dote agitur, incidenter. ſic procedat opinio gloſ. in *d.c. de prudentia.* & ſequacium. Iſto modo concordar opiniones *Alexand. in d.l.7.col.ff ſolut. mat. & Ioan. Campetius in ſuo tractatu de dote, 1.part q.90.ar.* notatorum per doctores in *c.2.de arb. & per Bald. in l. priuilegia, C. de ſacroſan. eccle.* ¶ Et quidem iſta concordia ſatis æqua videtur: nam cum hic non agatur de materia peccati, ſtandum eſt legibus ciuilibus in terris imperij, & canonibus in ter-
15 ris eccleſiæ: quia † papa non poteſt tollere leges ciuiles, quo ad forum ſeculare: vt eſt gloſſ. ordinaria. & ont. in *c.2. in verſic. ciuili. & Dominicus, de arbi. li.6. An. in regula poſſeſſor. de re. iur. eo lib. & ibi Anch. fin. col.* not. *Bal. in c. fin. ſup. de re iud. do. Abb. in c. eccl. col.7. ſup. de conſtit. & in c. relatum, et l. in fin. ſup. de teſta.* bene facit ad hoc gl. ſingularis, in *cle diſpendioſam. de iudicijs, in ver. vſuris, ad finem.* quæ dicit, quod papa non intendit, nec poteſt tollere ordinem iudiciarium in terris imperij. & ſequitur *Bal. in l. eos, ad fin. & in l. ſi pro te. C. de vſuris.* nota *Ludou. Rom. in authen. ſimiliter, C. ad l. Falci q.34.col.60.verſ.3.quia.* ¶ Et propterea dicebat *Anton. in c.2. infra, de adul.* ſe credere, quod Papa potuit ibi mitigare ius ciuile in foro ſuo, ſed non in furo ſeculari: & refert *ibi do. Cardin.* quod illi decretali non ſtatur inter laicos ſubiectos imperio: per *c. ſi duobus, de app.* & ſubdit ſe ſic reſpondiſſe in contiogentia facti. ¶ Nunc ad propoſitum, ſuppoſito quod clarè & apertè voluiſſet Papa diſponere, quod cauſæ dotiū, vel alterios qualitatis, inter meros laicos, interris non ſibi ſubiectis ſpectarent ad eccleſiam, quam ſi principaliter intentarentur, non poſſet illud facere in præiudicium ſecularium poteſtatum. Iura ergo, quæ ſuper hoc videntur diſponere, debent intelligi de neceſſario in terris ſibi ſubiectis vel quando principaliter agitur de matrimonio, & acceſſorie de dote, per prędicta. ¶ Et per hoc datur reſponſum ad omnia iura, quæ contrarium videntur probare, vt habeant locum in terris eccleſiæ ſubiectis. ¶ Ad iſtum text. patet ſolutio ex præcedentibus. primò iſte magiſter R. reus erat fortè clericus: & Henricus actor ſequebatur eius forum, ſecundum *Hoſtienſ. & Ioan. And. in præſenti.* Et iſte intellectus eſt planus & ſequendus, quamuis *do. Card. in præſenti, in 2. oppo. & Abb. in 1 not.* hoc reprehendant, vt dixi ſup. ver. & ſentiens fotte. Sed primum videtur amicum literæ huius decretalis, ſecundum mentem *Bernardi*, in poſitioue caſus. dicebat enim, quòd inter Henricum virum, & vxorem ſuam, coram cõſulibus ciuitatis Ianuæ, ſuper dote ipſius mulieris, quæſtio vertebatur: coram quibus dictus H. petebat dotem vxoris ſibi aſſignari. mulier econtrà dicebat, quòd ſibi aſſignari non deberet, cùm ad inopiam vergeret, niſi cautionem præſtaret de dote ſaluanda: & quia eam à ſe expulerat. Iudices, quia ad inopiam vergere videbatur, pronũciauerunt, quod dos illa nõ aſſignaretur eidem, niſi præſtaret cautionem idoneam de ipſa non peritura. & ſic dos ipſa remanſit penes quendam magiſtrum R. in depoſitum, vel aliàs. Poſtmodum vero dictus H. impetrauit literas ad archiepiſcopum, & archidiaconum Ianuenſes contra illum R. ſuper dote prędicta. Et ita iudicium fuit inceptum contra vxorem coram conſulibus ciuitatis Ianuæ, qui erãt laici coram quibus conueniretur etiam magiſter R. ſi eſſet laicus: ſed quia erat clericus, fuerunt impetratæ literæ contra eum à Papa. Et placet mihi iſte intellectus. ¶ Et ſi adhuc pertinaciter dicas, quòd imò magiſter R. erat laicus, poteſt dici ſecundum *Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in præſenti*, quod iſte H. erat pauper, & miſerabilis perſona, & ob hoc potuit trahere magiſtrũ R. quamuis laicum, coram Papa, vt dixi ſup. Et ob hoc fortè. ¶ Et ſi dixeris, quod hoc non conſtat ex textu, quòd Henr. ſi eſſet pauper, appellaretur, quia forte erat cognomen aliqui enim cognomento appellantur pauperes, vel diuites, non eò quòd pauperes vel diuites ſint. Vnde ſi iſte Henricus eſſet pauper, potuiſſet vxorem ſuam conuenire à principio coram Papa ſicut poſtea comenit ipſum magiſtrum Richar. Poteſt dici, quòd magiſter Richar. quamuis laicus, cùm poſſet opponere exceptionem incompetentię iuriſdictionis, nõ oppoſuit, & ſic valuit iudiciũ agitarum coram iudicibus delegatis. iſtud fuit de mente *dom. Antony, in d.c. prudentia ſup. eo.* qui ſic intelligit hunc text. ¶ Quocunque igitur ſe vertat veritas, iſte textus nullo modo probat id, ad quod *Innocentium & alij* illum ponderant. ¶ Ad textum in *c.1. & 2.* quæ pro opinione contraria ab aliquibus addocuntur, facile eſt reſponſum: ibi enim procedebatur ſuper matrimonio, & acceſſorie ſuper dote, quod apparet ex *c.1.* dum dicit, quòd ſi molieres pro aliqua licita cauſa à propriis viris fuerint ſeparatæ, totã dotem præcipimos ſibi reddi. & ſic agebatur ſuper diuortio: & cõperta legitima cauſa, pronunciatur ſententia diuortij, & mandatur dos reſtitui vxori. Idem colligitur ex *c. 2.* quicquid dixerit *Felin.* ponderans illum text. *in c. licet ex*

ſuſce-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

fuscepto, 2. colum. verſi. reſpectu dotis, ſup. de foro compe. Idem dicas ad *c. & ſi neceſſe, eod. titul.*

16 ¶ Ad text. in *c. ſuper.* dico † quod licet ad eccleſiam ſpectet protectio dotium, & viduarũ: debet intelligi, quando earum cauſæ veniunt examinandæ per eccleſiam, vel eius indices: alioquin non poſſet index eccleſiaſticus de dote ſe intromittere, quamuis viduam tangat. quoniam proteſtatur Papa, quod propter viduitatem non vult aliis præiudicare. Ita, inquit, ſimus viduis debitores, vt aliis iniuſtitiã non faciamus, *c. ex tenore, de foro compe.* Nec dicas, vt dicebat *Felin. vbi ſupra.* quod illud cõtingit magis fauore dotis, quàm viduitatis: quoniam ſi illud verum eſſet, omnes cauſæ dotis, quomodocunque orientur, ſpectarent ad eccleſiam. quod mihi videretur terribile. Per hunc enim modum eneruaretur funditus iuriſdictio ſecularis. Et propterea Papa in *d. c. ex tenore, de foro competenti*, cauſam dotis remiſit ad iudicem ſecularem, vt dixi ſuprà. ver. irem pro iſta opinione. quamuis *Felin. vbi ſup.* aliter ſentiat allegando pro ſe *Ioan. And. ibi in fin.* pro opinione cõtraria. Sed meo iudicio hoc non vult, imò exponendo poſt *Hoſtien.* verbum, hæreditate, dicit, id eſt, de hæreditaria re ſibi in dotem conceſſa. dos enim poteſt intelligi hæreditas mulieris, quia ſuum patrimonium appellatur: vt *d. l. 3. §. ſed virum, in fin. ff. de minoribus.* de qua poteſt eccleſia cognoſcere: vt *d. c. de prudentia.* & ſic vult *Ioan. And.* quod ibi agebatur ſuper dote principaliter, ſed nihilominus remittitur ad iudicem ſecularem cognoſcendã. Si tamen ageretur principaliter de matrimonio, & acceſſoriè de dote, poſſet eccleſia cognoſcere. ita ſentit *Ioan. Andr. cum alleg. d. c. prudentia.* quia dicta doctorum debent intelligi ſecundũ iura, quæ allegant, iuxta vulgatam doctrinam *Bartol. in l. cum quidam. ff. de his quibus vt indignis, & in l. non ſolum, § liberationis verba. ff. de libe. leg.* de quo meminit *Lud. conſ. 211. fin. colom. & Franc. de Curte, in repet. l. admonendi ff. de iureiur. and. col. 5. Iaſon, in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act. colum. 18. Andreas Siculus in c. ſuper quæſtionum, ſuprà, de offic. del. col. 7. & in c. ex literis, colum. 6. eod. tit.* ſentit idem *Abb.* licet de prædictis mentionem non faciat, in *c. poſtulaſti, col. 2. ver. in gloſſ. 2. in fin. de cleric. exmi.* Idem voluit *Ioan. And. in c. cum nostris ſuprà, de teſtibus.* quem refert *Abb. in c. inſuper, col. 4. verb. venio ad ſecundum, eo. titul.* Facit text. in *l. ait prætor. in fin. ff. de re iudic.* & ita (ſalua pace domini Felin.) *Ioan. Andr.* non ſentit illud, ad quod eum allegauit, imo contrarium. ¶ Ad text. in *c. ex parte B. ſup. de ſur. compe.* vbi inter meros laicos aditur Papa ſuper dotalitio, id eſt, ſuper donatione propter nuptias; dicas, quòd illud contingit, eò quòd illa regina erat vidua oppreſſa, & ſpoliata: non autem fauore donationis propter nuptias, ſecundum gloſſ. & doctores ibi, faciunt quæ dixi ſuprà. ver. & ob hoc forte, cum ſequentibus. ¶ Idem poteſt reſpõderi ad *c. peruenit, ſup. de empt. & ven.* vbi vxor quondam Petri, & ſic vidua pauper, petebat ab alia muliere res ſibi pro dote obligatas, &c. fauor enim viduitatis hoc operatur, vt poſſit aduerſarios trahere corã iudice eccleſiaſtico: non autem fauor dotis, vel donationis propter nuptias. ¶ Eodem modo reſpondetur ad *c. ex literis ſup. de pignoribus*, vbi illa mulier agebat contra poſſeſſores bonorum mariti, quæ erant obligata pro dote vxoris coram delegatis à Papa: hoc ideo fuit, quoniã ex quo eius maritus erat condemnatus, & fugitiuus, & per conſequens ſibi inutilis, reputabatur hæc mulier vidua, & gauderet priuilegio viduarum, vt dixi ſuprà verſi. & etiam de illa. Et ita non probat ille text. illud, ad quod eum allegant doctores ibi, & alibi: quamuis enim mulieribus fauor multus in recuperandis dotibus debeatur, vt ibi dicit tex. & etiam in conſtimẽdis & conſeruandis: quia dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt: cùm dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandã, replendamque liberis ciuitatem maximè ſit neceſſarium: vt *l. 1. ff. ſol. mat.* & ſimiliter fauent iura cauſæ dotis, vt habetur in *clement. diſpendioſam, de iudicijs*, non tamen propterea ſequitur, quòd dotis petitio vel exactio, quando de ea principaliter agitur, ſpectet ad eccleſiam, niſi tunc demum, quando de matrimonio principaliter agitur, & acceſſoriè ſuper dote, vt ſæpè dictum eſt. Et hæc opinio eſt rationabilior, ſecundum *Andream Siculum in d. c. ex literis, 3. col. ver. & pro certo*: Subdit tamen, quòd opinio, quæ fauet dori, in dubio eſt tenenda *l. in ambiguis. ff. de iure dotium.* ¶ Ex quo infert ad vnum, quod reputat nouum & ſingulare, quòd non ſolùm ſuper dotibus recuperãdis poteſt † adiri 17
principaliter index eccleſiaſticus inter meros laicos, ſed etiam ſuper dotibus de nouo conſtituẽdis, ita quòd mulier principaliter poſſit adire iudicem eccleſiaſticum, vt cogat eos, à quibus debet dotari, ad conſtituendam dotem: & hoc firmat animoſe, quia fauetur dotibus, tam ante matrimonium, quam conſtante matrimonio, quàm etiam ſoluto matrimonio: vt not. in *d. l. 1. ff. ſol. mat.* Dicit tamen, quòd ſi iſte caſus occurreret in contiogentia facti, eſſet labor non mediocris inquirere, quid iuris, pro quo dicto potuiſſet allegare iſtum text. vbi agitur de dote aſſignanda, quę fortè nondum erat promiſſa, & agitur coram delegatis à Papa. Ad quod tamen reſponderi poterit, vt ſup. ¶ Mirandum eſt profecto de domino *And. Sur.* eiuſq; profundiſſima memoria, quomodo non allegauerit *Petrum de Ancha*, qui ante eum hanc dubitationem excitauit, *conſi. 20. incipien. pro ſolutione, fin. 20. verſi. ſexto ad ſextum.* vbi dicit, quod in caſu, quo agitur ad conſtitutionem dotis de nouo, non eſt rex. nec dictum doctorũ, quod iudex eccleſiaſticus cenſeatur competens. vnde cum ſit de hoc quæſtio inter laicos, & de re temporali, tutius eſt tenere, quod iſta quæſtio agatur coram iudice ſeculari, ſecundũ eum quod eſt benè notandum, & ad propoſitum noſtrum ſatis accommodatum.

¶ Non

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

18 ¶ Noo obſtat, ſi dicatur, † quòd dos ſuccedit loco alimentorum, *l. dotis fructus, §. ſi vſufructus ff. de iur. doti. Cy. in l. non omni, C. de admin. tut. Bald. in l. fin. 2. col. C. de dotis promi. & in l. ſi. ff. de bis quibus vt indignis. Abb. in c. cum haberet, vltimo not. ſupra de in qui duxit in matrimonium, quam polluit per adul.* & per conſequens debet ſapere naturam alimentorum, *c. ſanè ſup. de offic. deleg. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſup. vt lite pen. cum concordantijs ibi*

F *poſitis* per gloſ. ¶ Sed *ſ* alimenta poſſunt peti
19 coram iudice † eccleſiaſtico inter merè laicos, ſecundum *Bart. in l. ſolent ff. de alimentis & cibarijs legatis, c. 3. ver. quæro coram quibus.* refert & ſequitur *Ioan. de Imol. in c. relatum, ſi primo, ſup. de teſta. 2. co. ver. not. quòd valet, Dominicus in c. ſi quis deliquerit 30. diſt.* ergo & dos ſimiliter peti poteſt præſertim cum fauorabilior ſit cauſa dotis, quàm alimentorum: vt volnit *Cynus in d. l. non omni. & Bald. in d. l. fin. C. de dotis promiſ. in 2. lectur. Abb. in c. peruenit in princip. ſupra, de arbit. & in c. 1. ſup. de deſponſat. impu.* ¶ Reſpõdetur, quod alimenta tunc peti poſſunt coram iudice eccleſiaſtico, quando relinquuntur pauperibus, *6. di s. ſignificantibus, ſup. de offic. dele.* & ibi notatur per omnes & in *c. ſi heredes, & in c. ſua ſup. de teſta.* Poſſunt etiam peti coram ſeculari, & ſic index laicus exequitur relicta ad pias cauſas: vt *d. l. ſolent, & l. liberto & largitas ff. de annuis leg.* & facit *l. hæreditas, §. 1. ff. de petitio. hæred.* & ibi doct. cuius cõtrar. teoet *Ancha. in d. c. relatum.* per illum text. vt refert *ibi Ioan. de Imol.* Sed ſi alimẽta ſunt relicta non ob piam cauſam, vt vxori ſuæ, & non paoperi: tunc iudices ſeculares habent hoc facere: vt *d. l. ſolent.* ita tenet *ibi Bart.* poſt *Spec. de fide inſtru. §. nunc aliqua ver. ſed nunquid index.* idem tenet *Ioan. de Imol. in d. c. relatum.* quod benè notabis. ¶ Eodem modo reſpondendum eſt ad illud, quòd aliqui audent dicere,
20 quòd cum † cauſa dotis ſit pia. *l. cum hi, §. ſi mulier ff. de conditione indebiti.* & tenent multi, de quibus ibi per *Alexand. in apoſtillis.* cerigi ſup. in rubric. §. 45. in fin. dicam plenius inf. in 3. notabili. ver. ſed ita eſt. de quo per *Bald. Nouellum in tract. de dote, parte 6. primlegio 44. & l. quoniam.* vt dixit *Alexand. in d. §. ſi mulier.* tunc cauſa dotis eſt pia, quando datur perſonæ pauperi. Secus ſi propter debitum, vel amicitiam: in ita nota. per *Bart. in l. alio ff. de alimentis & cibariis leg.* & faciunt not. in *authen. res quæ, C. communia de legatis.* ſecundum eam. Non ergo dotis, ſed paupertatis fauore cauſa dotis deferri poteſt ad eccleſiam, vt de alimentis dictum eſt. ¶ Non obſtat, ſi dicatur, quòd iudex eccleſiaſticus poteſt ſe intromittere non ſolùm de matrimon. ſed etiam de conſecutiuis ex matrimonio inter meros laicos: vt *c. gemma ſup. de ſponſal.* vbi iudex eccleſiaſticus fuit aditus cõtra laicos ſuper extorſione pœnæ appoſitæ ſuper matrimonio, ſecundum *Abb. ibi.* cum autem dos ſit cõſecutiua ad matrimonium, & ab eo depẽdeat, vt *d. c. prudentia, ſup. in gloſ. in ver. dependentibus, in c. ſi annum. de iud. lib. 6.* adeò quòd dos non poteſt ſine eſſe matrim. *l. 3. ff. de iur. dotium l. ſi. §. ſicut, C. de donat. ante nupt.* Confirmatur hoc per gl. in *d. c. ſi annum.* iuncto text. vbi ſicut permittitur maiori quatuor decim annis quòd per ſe poſſit agere & defendere coram iudice eccleſiaſtico in beneficialibus, & aliis ſpiritualibus cauſis: ſic etiam in dependentibus ex eis, dicit gloſ. vt puta in dote, quæ dependet à matrimonio, & ita ęquiparatur ibi, quantum ad iudicium, cauſa ſpiritualis, & dependens ab ea, vt ille qui reputatur habilis ad cauſam ſpiritualem, quo ad indicia, reputetur habilis quo ad dependentia à cauſa ſpirituali. Ita dicamus de iudice, vt qui eſt competens ad cognoſcẽdum de matrimonio, ſit competens ad cauſam, quæ dependet à matrimonio. ¶ Ad hoc facilis eſt ſolutio, vt procedat, quando principaliter agitur de matrimonio: poteſt idem iudex de cauſa dotis cognoſcere, quæ eſt annexa, & dependens à matrimonio, ne continentia cauſæ diuidatur quia ratione incidentiæ ampliatur iuriſdictio iudicis: vt traditur in *l. quoties, C. de iudicijs, & in cap. cum ſup. de ordine cogni.* cum ſimilibus. Et ita debet intelligi gloſ. in *c. licet ex ſuſcepto. ſup. in ver. vacante. de foro compe.* dum dicit, quòd iudex eccleſiaſticus poteſt adiri inter laicos ratione connexitatis cauſæ, id eſt dotis. Sic etiam eſt intelligenda glo. ſi. in *c. accedens, ſi 2. ſup. vt lit. non conteſta. in verbo, terra.* quæ exponit, ſcilicet, dotalis. eius enim cognitio pertiner ad Papã ratione cõnexitatis, allegat iſte gloſ. *c. 1. 2. & 3. ſup. iſto tit.* vbi cauſa dotis veniebat accelſoriè ad matrimonium, & per conſequens debent intelligi ſecundum iura, quæ allegant, vt paulò antè dicebam. Sed quando principaliter agitur cauſa dotis, quamuis dependeat à matrimonio, non propterea venit tractanda coram eccleſiaſtico iudice. Nec eſt ſimpliciter verum illud, quod ſenſit gloſ. *d. c. ſi annum.* imò cõtrarium tenet *Bald. in authen. quod locum, C. de collat. fin. col. ver. 8. quæritur.* dicens, quòd † minor 25. 12
annis maior 14. quamuis habeat legitimã perſonam ſtandi in iudicio, in cauſa ſpirituali, vt in matrimonio, vt *d. c. ſi annum.* non tamen poteſt ſtare in iudicio in cauſa dotis, per illum text. quia licet ſit connexa, non eſt eiuſdem naturæ, ſecũdum eum. quod eſt notan. Et quamuis ille non dicat, idem videtur fuiſſe de mente *Ioan. Andr. in c. cum olim, el 1. prope fin. ſuprà, de offic. deleg.* vbi poſt Ægidium doctorem antiquum, dicit, quòd procuratus datus ad cauſam matrimonialem, non poteſt tractare cauſam dotis. quod refert & ſequitur *Antonius ibi colum. pe. ver. quæro an procurator.* quia ſunt diuerſæ ſpecies *l. ſi procurator, C. de procur.* quod etiam refert & ſequitur *Barthelomeus de Bellezinis, in d. c. de prudentia, ad fin. ſuprà, co. in apoſtillis.* Oportet ergo dicere, quod quælibet lex ſeruetur in ſuo foro: itaque in terris imperij ſeruentur leges, in terris verò Eccleſiæ ſeruentur canones. & opinio *Innocentij in d. c. de prudentia.* & ſequacium, vt vterque ſit vt competens iudex, & locus ſit

præ-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

præceptioni. ¶ Et per ista confunditur doctrina singularis *domini Antonij, in c. clerici. ad finem. supra de iudicijs.* dum voluit, quòd licet in materia mixta, quælibet lex seruetur in suo foro: tamen fallit in materia pia: & exemplificat in materia
22 dotis, in qua † canon debet præualere legi indistinctè: quia tales causæ piæ sunt sub protectione ecclesiæ: per not. *in c. licet ex suscepto. & in c. ex tenore, de foro compet.* & per gloss. *in c. cum esset, de testa.* Idem videtur sequi *Ioann. de Imol. in d. c. clerici.* ici refert & sequitur *Bellenzinus in d. c. de prudentia, in epistilis. & Felin. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, colum. 34. ver. 3. declaratio restrictiua.* Sed caue, quia ipsi infideliter recitant doctrinam Ant. (si liber meos vitium non patitur) dicit enim *Anton.* quòd si materia est mixta, & lex obuiet canoni, & potest seruari sine peccato in foro ciui. seruanda est lex in foro canonico. lex cano. si fori sunt diuersi, vbi est lex. vt not. de testa. *c. relatum. & c. cum esset.* hoc verum, nisi esset materia pia: quia seruandus esset canon. Ideo puto, si in causis libertatis testamenti, ad pias causas pupillorum, viduarum, vel aliarum miserabilium personarum, canõ aliquid statuerit contra rigorem legum: quòd ille seruandus esset in illa materia: quia quo ad tales protectiones & defensiones, sunt subiecti iudici Ecclesiastico. ¶ Et † ita, vt videt, *do. Ant.* nihil de dote dixit, sed de causis piis: dos autem non est
23 causa pia, nisi tunc demum, quando datur pauperi. ¶ Et propterea canoni disponenti hoc in præiudicium iurisdictionis secularis, non est standum: vt suprà dictum est. causa enim dotis non est ita priuilegiata, sicut causa pia: vt tenõt gloss. not. in *l. Stali. §. 1. ff. de pactis dotalibus.* quam pro singulari allegat *Prepositus Alexandrinus in d. c. de prudentia, in princ. supra n.* ¶ Ex his
24 omnibus concludo, vt suprà, quòd iudex † Ecclesiasticus inter meros laicos, opposita exceptione incompetentiæ, non est iudex competens super causa dotis, quando principaliter intentatur coram eo: nisi esset vidua, pauper, vel miserabilis persona talis, quę ex priuilegio possit laicum trahere coram iudice ecclesiastico: vel quando incidenter vel accessoriè tractatur.

¶ Ego tamen non video, qualis sit iste fauor, & ad quid prosit viduis, vel miserabilibus personis, conuenire super dote, vel aliis rebus, laicum coram iudice ecclesiastico: cùm ibi tardius possint iustitiam consequi: quia in foro ecclesiastico lites fiunt immortales, propter longas dilationes, & plures appellationes, quæ iura nostra canonica permittunt. Et propterea multoties consulmi aliquibus personis ecclesiasticis, monasteriis, & pus locis, habentibus ecclesiasticos iudices, coram quibus poterant aduersarios laicos conuenire: quòd eos coram iudicibus secularibus conuocarent: quoniam ibi vberius & citius ios redditur, præsertim hac tempestate, qua Christianissimi reges nostri felicissimè regnant, & rempublicam in pace & tranquillitate tuentur, iustitiæ administrationem peritissimis hominibus committendo. Quod (prob dolor) aliqui ecclesiarum prælati minimè faciunt, imò illiteratis, & insipientibus, & (vt ita dixerim) asinis ferratis nonnunquam committunt: & quod deterius est, iurisdictionem vnà cum reditibus maiores offerenti pecunias (sine personatus distinctione) concedunt. Qui, vt pecunias promissas, & aliquid lucri consequantur, per fas & nefas exigere non verentur. Quo fit, vt rarò apud ecclesiasticos iudices iustitia ministretur. Quis ergo tam insanus, ramque demens, hoc veller vti priuilegio, quod hodie (propter sceleratissima facta nostra) in graue damnum & iacturam non mediocrem retorquetur? Impossibile timen est, quòd hæc durent calamitas: quia scriptum est: Beati qui esuriunt, & sitiũt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Expectemus igitur altissimi ac summi Dei consolationem: non enim dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israël. Hæc autem quàm plures huius regni prælatos (quos noui) non tangunt, qui prouinciam & noes sibi commissas rectè gubernant: sed illos tantùm, qui contrarium faciunt, præsertim delegati, iudices, & conseruatores.

Additiones.

¶ Inter puros laicos.] Vide *Decium in authen. quod locum, C. de collat. & Bald. de Bartolin. in l. 1. num. 464. ff. solut.* vbi pluribus relatis disputant hanc quæstionem. Addeque paucis resoluentem *Did. Perez, in l. 2. tit. 1. libr. 3. Ordin. glos. 1. versic. dubitatur insuper.* & latiùs *Camillum Vitalinum, d. l. num. 68. ff. solut. matrimonio.* A

¶ Potest laicum conuenire coram iudice ecclesiastico.] Vide *Did. Perez. gloss. d. l. 2. tit. 1. lib. 3. Ord. & Con. præt. quæst. c. 6. num. 1.* & quæ scribit pancis & notabiliter, *Henric. Bouerius in suis sing. ver. iudex, num. 5.* B

¶ Pauperes dicuntur personæ miserabiles.] Quis dicatur pauper, vide nostros in *l. si constante. ff. sol. matrim. Con. præt. quæst. c. 6. nu. 3. Did. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. gloss. c.* quo autem pacto paupertas probetur dixi sup. in procemial. §. 18. cęterũ plura bona paupertatis ac eiusdem multa mala vide ad bonus loci ornatũ in *Luc. de Penna, in l. fin. C. de his qui ne. liber. vel paup. & Chass. in Catalog. gloriæ mund. 11. part. consid. 27. Tiraq. in l. si vnquam, ver. bona. C. de reuoc. don. n. 1. & seq.* & ex Hisp. *Castillo l. 17. Tauri. num. 43.* C

¶ Et propterea pauperes.] Vide *Pet. Gerard. sing. vtrius num. 14. & Auiles, c. 34. verf.* [pobres.] *& Plateam & Luc. de Penn. in d. l. fin. C. de his qui ne. liber. lib. 10.* D

¶ Idem potest dici de senibus.] De hoc & cæteris quæ in simili prosequitur autor, vide *Con. & Did. Perez, vbi sup.* & plures per eos allegatos. E

¶ Alimenta possunt peti coram iudice ecclesiastico inter merè laicos. Vide *Con. super 4. de sponsal. part. 2. c. 8. §. 6. num. 6.* F

D. Ioan. Baraona.

SVM-

SVMMÆ RERVM.

1. *Iudex ecclesiasticus non possit sententiam suam exequi contra Laicum.*
2. *Clericum si excommunicatum rerum iudex Laicus, an poterit iudex Laicus exequi sententiam in bonis ipsius clerici.*
3. *Iudex ecclesiasticus potest compellere Laicos de iniurijs & damnis ecclesiæ illatis satisfacere.*
4. *Iudex secularis cognoscit de causa meræ ciuilis contra clericum excommunicatum.*
5. *Iudex ecclesiasticus priuat Laicum militia temporali.*
6. *Episcopus potest pro crimine retinere laicum in perpetuis carceres.*
7. *De dote restituenda potest episcopus pronunciare, non tamen potest mittere in possessionem Laicalem, nisi per iudicem secularem.*
8. *Iurisdictio mera non trahit ad se mixtum imperium.*
9. *Sententia lata a iudice, qui non præest territorio (vt est episcopus) mittetur executioni per alium, qui præest territorio, absque requisitione iudicis ordinarij.*
10. *Delegatus Papæ non potest mandare executioni sententiam in rebus temporalis iurisdictionis.*
11. *Episcopus non potest exigere pœnam pecuniariam à Laico sibi temporaliter non subiecto.*
12. *Confiteri debet Christianus peccata sua semel in anno.*
13. *Statutum Laicorum contra arma portantes, ligat clericos.*
14. *Sententia contra Laicum à iudice ecclesiastico lata, remittitur executioni iudici seculari.*
15. *Clericus degradatus, si se immiscet in ministerio sibi interdicto, excommunicandus est, & qui cum eo communicauerit.*
16. *Papa non potest tollere ordinem iudiciarium in terris imperij, nec committere causam cum clausula, appellatione remota.*
17. *Papa non potest mandare Laico, de terris imperij, & de iurisdictione temporali, vt rem suam alij præstet.*
18. *Iudex ecclesiasticus, delegatus, vel ordinarius, cognoscens principaliter de matrimonio, & incidenter de dote, non poterit suam sententiam exequi.*
19. *Iudex ecclesiasticus potest quandoque cognoscere contra Laicos.*
20. *Clericus legalibus pœnis puniendus per iudicem secularem, non punitur per eum, nisi tunc demum facta traditione per iudicem ecclesiasticum.*
21. *Laicus licet ratione causæ fortiatur forum episcopi, non tamen per hoc potest dici subditus.*
22. *Hæretici possunt à iudice ecclesiastico capi, & carcerari.*
23. *Concubina clerici punitur per episcopum: & si non potest eam punire, tradat eam iudici seculari.*
24. *Laicus ratione sacrilegij efficitur de foro ecclesiæ.*
25. *Carcerandi non sunt Laici, nisi per iudices seculares, quibus subsunt, respectu personarum & bonorum.*
26. *Dotis qui habet iurisdictionem in scholarem, potest sententiam ferre, non tamen poterit suam sententiam exequendo alicui dare possessionem corporalem.*
27. *Consuetudo tribuit iurisdictionem non habenti, & numer. 28.*
29. *Delegatus inferioris à principe, potest subdelegare, si hoc habeat consuetudo.*
30. *Laicus potest capi & carcerari à iudice ecclesiastico si consuetudo legitimè præscripta interuenit.*
31. *Excessus appellatione veniunt omnia delicta & crimina.*
32. *Causæ criminales cessantur ordine.*
33. *Ex consuetudine non possit quis se quirere iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus.*
34. *Præscribi non possunt incorporalia, sine scientia & patientia eius, cuius interest.*
35. *Iurisdictio non præscribitur, nisi data scientia & patientia eius, contra quem præscribitur.*
36. *Consuetudo si est mota ei, qui potest priuilegiare, æquipollet priuilegio.*
37. *Consuetudo non valet, nisi sit vniuersalis.*
38. *Clericus an ex consuetudine retinendi possit coram iudice seculari.*
39. *Præscribi non potest locus, sine territorium, sine scientia & patientia regis.*
40. *Iurisdictio quanto tempore contra regem præscribatur.*
41. *Rex non potest donare vnam de ciuitatibus sui regni, inuito ciuibus.*
42. *Villæ, castra, & fortalitia regni, quamuis sint regis, tanquam domini, regno tamen de iure pertinent, & successoribus reseruari debent.*
43. *Rex dicitur à regendo, quia vos & iura regni regere debet.*
44. *Possessio, vel quasi possessio, non valuit possessorem ab onere probandi.*
45. *Generosum, vel exemptum à tributis iure sanguinis, vel ex priuilegio se prætendens, nisi statim detrat priuilegium tale, quod solitum præfert instantiæ causam præscribendi, iste ponderis, non tenebitur in possessione libertatis.*
46. *Possessor non tenetur ostendere titulum sui possessionis.*
47. *Emphyteuta non tenetur ostendere titulum, seu instrumentum emphyteuticum, & dare copiam illius.*
48. *Titulum in re aliena, quam fatetur alienum, prætendens, cogitur ostendere titulum sui possessionis.*
49. *Rex est iudex competens in causa sua, vbi vertitur dubitatio de iurisdictione, vel iuribus regalibus.*
50. *Causa dotalis debet plenariè cognosci, non summariè, & in ea offerendus est libellus, lis contestari, & sententia in scriptis proferri.*
51. *Iudex debet abbreuiare dilationes in causa dotis.*

SEo est pulchra dubitatio, præsuppositio sine veritatis præiudicio, quòd † ecclesiasticus sit competens iudex inter laicos super causa dotis, quando principaliter vel incidenter tractatur: vel si ad instantiam viduæ & miserabilis personæ condemnauit laicum super dotem: nunquid poterit contra eum exequi sententiam suam: & quomodo se debet habere? Item an poterit mittere actorem in possessionem rerum, super quibus pronunciauit? Hanc dubitationem ante omnes ortus est *Innoc. inc. significasti, sup. de offi. deleg. ad finē*, vbi recitat duas opiniones his verbis: Item nō credimus, quod delegatus Papæ in rebus, quæ non sunt eius iurisdictionis, puta in possessionibus laicalibus, possit dare possessionem corporalem: puta si cognoscat de dote: vt infrà de donation. inter vir. & vxor. de prudentia, vbi notatur, vel de aliis consimilibus. Sed laico iudici dandā mandanit. *ff. de re iudic. à diuo Pio* §. *1. 95. dist. cum ad verum. 11. q. 1. de persona in fi.* Secus autē in possessionibus ecclesiarum, quia in illis dabit corporalē possessionem: vt est dictum. ¶ Alij tamen dicunt, quòd ex quo causa est de iurisdictione ecclesiæ, licet possessiones sint laicales, tamen iudex ecclesiæ siue ordinarius, siue delegatus,

etiam

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

etiam in poſſeſſiones laicales ſententiam exequetur. Hæc ille qui in effectu videtur reſidere in ſecunda opinione, quamuis aliqui aliter eum referant, & malè: quoniam hoc certum eſt, quòd quando gloſſ. vel doctor refert plures
A opiniones, præſumitur * in dubio approbare vltimam, ſecundùm gloſſ. in *l. qui filium. ff. ad Trebellia.* facit gloſſ. finalis in *l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſdictio. om. iudi. & in c. ſuper inordinata, ſuprà, de prabend. Ioan. Andr. poſt Hoſtien. in cap. 1. in verſi. noſtra de pœnis, lib. 6. in c. 1. colum. 5. verſic. in gloſſ. vt quia, de ſenten. excomm. eodem lib. Collectarius in c. ſorus infrà, de verb. ſig.* qui expreſſe loquuntur de *Innocentio*, plures opiniones referente, facit textus in *c. capellanus ſup. de feriis.* tenet *Bald. in c. 1. in titulo, an apud iudicem an dominum, libro feudorum, & in authen. ex teſtamento. 3. col. C. de col. Ioan. de Imol. in c. ſi. pro. char. ſuprà, de præſcript. Ioan. de Anania, in c. ſi. 2. col. infrà, de cler. percu. Lud. in l. 3. §. Neratius, ff. de acqui. poſſ. & ſingulari 92. incipiente, quæro à te, Felin. in c. 1. ſup. de conſt. col. ſi. ver. quarto no. Iaſon in l. 1. col. 19. in princip. C. de iure emphy. & in dicta l. ſi idem cum eodem, in fi.* dixi ſuprà, §. 14. Hanc ergo vltimam opinionem videtur approbare *Innoc.* quam ſequitur *ibi Andreas Siculus* 9. *co. verſi. mihi videtur.* motus per text. & quod ibi notatur in *l. magis puto. § illud, ff. de rebus eorum, & in l. ſi prædium, C. de prædiis minorum*, per *Bald. in l. 1. C. de contraben. emptio.* & notat. in *c. in venditionibus 17. qu. 4. in c. paſtoralis de priuilegiis, & in c. in noſtra, de ſepultu.* vbi tradit ſecundum enim, quòd ſi minor huius domicilij alienauit rem exiſtentem in diœceſi Mutinenſi: vel eccleſia Bononienſis alienat rem exiſtentem in diœceſi Mutinenſi: poteſt interuenire autoritas iudicis domicilij, pro re exiſtente alibi: ita videtur dicendum in propoſito, ſecundum eum.

¶ Hoc idem videtur de mente *Ioan. de Imol.*
2 *inc. 1. de mutuis petitionibus*, vbi dicit, quòd ſi † clericus reconueniatur coram iudice laico: intra not. in *c. at ſi clerici, de iudic. per glo. & in authent. & conſequenter, & in l. cùm Papinianus, C. de ſent. & interlocu. om. iud.* poterit iudex laicus exequi ſententiam in bonis ipſius clerici: licet propter opiniones euitandas cautius eſt, ſecundum eum, quòd epiſcopus illam exequeretur. fortius idem erit dicendum de iudice eccleſiaſtico, reſpectu laici. Hanc ſequitur *Andreas Sicul. in c licet de pœnis.* qui pro hoc allegat text. in *c. conqueſtus, de foro comp. in fi.* vbi permittitur
3 iudici eccleſiaſtico † compellere laicos, de iniuriis & damnis eccleſiæ illatis ſatisfacere. & bene facit textus in *d. c licet de pœnis, in verbo exigunt.* quia exigere eſt ab inuito extorquere. *l. lex fideicommiſſa, de leg. 3.* Idem tenet *Andreas Siculus in c. ad aures, de pœnis*, per illum text. vbi vide *Marianum, in primo notab.* Ad idem facit,
4 quia licet † iudex ſecularis cognoſcat de cauſa merè ciuili contra clericum coniugatum, *c. vno de clericis coniugatis, lib. 6. per Ioan. Andr. & alios*: ſed iudex eccleſiaſticus illam exequitur, ſecundum *Ancha. ibi, in 4. notabili, per c. ſi. de excer. eod. lib.*

Palacios Rubi.

Multo ergo fortius poterit iudex eccleſiaſticus exequi contra laicos ſententiam, quam ipſo iure profert. Ad idem bonus text. *in c. 2. de pœnit. & remi.* vbi iudex † eccleſiaſticus priuat laicũ mibia temporali. vide *ibi Marianum, in 1. notabili.* ego ibi latiſſimè ſcripſi, atque diffuſe, col. 114. benè facit *c. finale de pœnis*, ibi: propter excommunicationis contemptum ſumitur per eccleſiam pœna temporalis, abſoluendo ſubditos ab eius ſubiectione, & debitores ab eius debito, ſecundum *Hoſti. ibi* arg. *c. cùm ſecundum leges, de hæreticis li. 6. & c. pro humani de homicidio, eo lib.* quod eſt valde no. ſecundum *Abb. ibi*, ex quo infert, quòd iudex eccleſiaſticus poteſt mulctare laicũ excommunicationem contemnentem. quod dicit eſſe not. de quo infrà latius. Hanc ſequitur *Felin. in d. c. ſignificaſti in fin.* dicens, quòd iudex eccleſiaſticus modeſtè facit, nõ exequendo ſententiam in bonis laicorum: ſi eò exequitur, executio tenebit. Sed communis opinio procedit de vrbanitate, hæc verò de rigore: quia cum epiſcopus poſſit punire laicum non ſibi ſubiectum, pro crimine ſpectante ad eccleſiam: ergo eodem mõdo poterit in bonis laicalibus exequi ſententiã, ſuper rebus, ſuper quibus poteſt ferre ſentcotiam. allegat etiam *Dominicum in c. cum epiſcopus, de offi. or. lib. 6.* vbi dicit, quòd † epiſcopus 6
pro crimine poteſt retinere laicum in pœnam in perpetuos carceres: quod dicit *Felin.* fore notandum, & ita reſidet. Adde quòd *Dominicum* refert, & ſequitur *Ioan. de Anania in c. qualiter & quando, ſ. 2. § ad corrigendos, col. 8. de accu. & in c. 2. de adul. & in rubrica de ſortilegiis, & Stephanum Auſſrer. in repetitione clemen. 1. de offi. or. fo. 38. col. 3. ver. 1. pro crimine*, pro quibus videtur text. in *c. attendendum, & c. quiſquis 17. qu. 4. & in c. contra idolorum, in verbo, perpetuas inclusiones 29. qu. 5. & c. 1. de hæreticis lib. 6. & clemen. 1. eodem tit. ibi*: duro carceri, & cætera quæ iura permittunt iudici eccleſiaſtico, qui de crimine eccleſiaſtico contra ſecularem cognoſcit, eum carceri perpetuo deputare, aliiſque pœnis tẽporalibus afficere. Sed tenera, ſi rectè verba *Innocentij in d. c. ſignificaſti.* attendantur: contrariam videtur tenere ſententiam: dicit enim in principio: Item non credimus. per quod videtur illam opinionem reprobare, & alteram eligere, quam ſtatim ſubiicit, cum dicit: Sed laico iudici dandum mandabit. quanquam poſtea aliam referat opinionem, dicendo: Alij tamen dicunt. quia quando aliquis doctor vel gloſſ. plures recitat opiniones, ex eius tamen verbis conſtat, quam eligit, illa dicemt ſua opinio. Idem, ſi ſimpliciter eas recitat, & poſtea ſubdit: Alij dicunt, vel Quidam dicunt. nam tunc prima opinio cenſetur eſſe ſua, non ſecunda, vel vltima. ita colligitur ex glo. *in rubric. ff. ſi certum pet. tuncta glo. in l. certi conditio in prima, eod. tit.* Quod videtur rationi conſentaneum: quia dictio, alij, excludet loquentem, ita dicit *Iaſon in d. l. ſi idem cum tu. in fi. ff. de iuriſd. om. iudi.* Prima ergo opinio dicetur eſſe Innocentij, quamuis aliqui contrà. Sed *Hoſtien. in d. c.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

significasti. sequitur primam opinionẽ, tanquam iustiorem, per ex-quæ notantur in *c. postulasti. sup. de foro compe.* cum hoc transiit *ibi Ioan. And. circa finem.* & etiam *Ant. in fin. & Bald.* dicens, quòd † 7
episcopus potest pronunciare de dote restituenda, non tamen potest mittere in possessionem laicalem, nisi per iudicem secularem. & hoc teneas secundum eum, quia † mera iurisdictio non trahit ad se mixtum imperium, imo est 8
rario secundum eum, quia est territorium alienum: vt *l. cùm quis, §. si qui. ff. de bonis author. iudic. poss.* & ideò dicit glo. ordina. in simili, quòd licet ratione dubitationis contractus vel delicti, iudex possit sententiare, non tamen poterit mittere in possessionem: sed ex eius relatione mittet iudex, in cuius solo vel territorio res est: vt no. *ff. si quis in ius vo. non ierit l. ex quacunque.* in glo. nor. ex causa. quam glo. tenet fixè menti, secundum *Bald.* qui subdit se credere. quòd si esset incertum, an esset de territorio pronunciantis, vel non, quòd possit in possessionem mittere ratione dubitationis territorij. & ita quieuit. Huic sententiæ videtur adhærere glo. fi. quam sequitur *Bald. in l. episcopale, C. de epi. audi.* vbi dicit per illum text. quòd sententia † lata à iudice, 9
qui non præest territorio, vt est episcopus, mitteretur executioni per alium, qui territorio præest, absque requisitione iudicis iudicantis. de cuius dicti veritate vide *Alexand. in l. à divo Pio, ff. de re iudic. §. sententiam, 5. col. versi. 3. limita.* Hanc opinionem sequitur *Angel. in l. fi. C. de iudiciis.* vbi dicit, quòd † delegatus Papæ non potest mandare executioni sententiam in rebus temporalis iurisdictionis: vnde si fuit delegatus super actione de dote, nõ mittet actorem in possessionem rerum conuenti. allegat *Innoc. in d. c. significasti, & in c. verum de fo. compe.* licet in eo libro ibi non dicit. Eandem opinionem tenet *Laudimius in clem. 1. de offi. dele.* & sequitur *ibi Cardinalis 5. qu. & And. Sicul in c. si quis contra clericum, de fo. comp. col. 77.* dicentes, quòd in possessionibus laicalibus executor. vel alius delegatus Papæ non exequitur, sed remittit ad brachium seculare. Ista est communis sententia scribentium: ad cuius confirmationem facit illud, quod no. voluit *Ioan. And. in ca. 1. de homicid. lib. 6. 4. col. in ver.* 11
bonis mundanis. vbi dicit, quod † episcopus non potest exigere pœnam pecuniariam à laico sibi temporaliter non subiecto, sed debet per laicum illam exequi. De ista decisione *Ioan. And.* meminit *Inno. in c. licet, inf. de pœnis, prope finem.* de qua infrà subiicio. versi. & quamuis ex permissione principum. & videtur de mente *eiusdem Ioan. And. in c. omnis utriusque sexus, de pœnis & remissio. in verbo, studeat.* vbi post *Hostien.* dicit, 12
† quòd si Christianus negligens fuerit confiteri secreta sua, saltem semel in anno, per censuram ecclesiasticam est cogendus: vt patet, de spon. *c. ad audientiam in fi.* & randem ad requisitionem ecclesiæ per brachium seculare: vt patet in eo, quod legitur & notatur de Iudæis. *c. ita quorundam §. pen. & de hæret. c. excommunicamus el 1. §. fi verè dominus temporalis.* Hæc ille. Benè facit *c. secundum canonicam authoritatem 23. qu. 8. in fi.* ibi: & regia potestate dare cogatur. Ad hoc facit, quod in simili dicimus econuerso, licet [6] statutum laicorum, † contra arma portantes, liget clericos: quia in his quæ concernunt publicam vtilitatem comprehenduntur clerici. *l. additos C. de epis. audien.* & quod no. in *l. ex ea. ff. de postu.* sed non portare arma concernit publicam vtilitatem: vt *authen. de armis in princip.* & de hoc est casus in *c. 1. de clerico violatore pacis, lib. feudorum in princip.* aliàs est sub *tit. de pace tenenda, & rim violat. §. si clericus.* Item quia eis est prohibitum deferre arma: vt *c. 2. de vita & hone. cle.* Pœna tamen huius delationis exigetur coram iudice ecclesiastico, non seculari: vt *authen. statuimus C. de epi. & cle. & c. si diligenti. de foro compe. & d. §. si clericus.* Ista sunt notanda verba *Ioan. de Plat. in §. item lex Iuli. Inst. de publicis iudic. 4. col. ver. item nunquid.* Pari ergo ratione idem videtur dicendum econuerso, vt pœna contra laicos sit exigenda coram iudice seculari, vt idem ius, quod seruatur clericis, quantũ ad hoc, seruetur etiam laicis. Fundamentum principale huius partis est text. in *c. postulasti, sup. de foro compet.* vbi si episcopus, in cuius diœcesi commissum est delictum, condemnauit & priuauit clericum beneficio, quod in alia diœcesi habebat, non exequitur sententiam, quo ad beneficium: sed episcopus diœcesis, vbi est beneficium, illam exequitur. & ita iudex non potest exequi sententiam in bonis alibi sitis. Cùm autem bona laici sint prorsus exempta à potestate iudicis secularis, non poterit manus extendere, sed iudici seculari remittere debet. ¶ Facit text. & quod ibi notatur, in *l. divo Pio, §. sententiam ff. de re iudi. & c. Romana, §. contrahentes de fo. competen.* ¶ Ad idem facit text. in *c. postulasti inf. de Iudæis.* vbi si Iudæus manus iniecit in clericum: quamuis per hoc sacrilegium committat: si non est de temporali iurisdictione ecclesiæ, remittendus est suo domino temporali, vt compellat eum, quatenus passo iniuriam, & ecclesiæ satisfaceret competenter, & ita quamuis super iniuria ratione criminis possit iudex ecclesiasticus se intromittere, quo ad satisfactionem: tamen remittendus est ad iudicem secularem, respectu bonorum. ¶ Ad idem facit *ca. in nonnullis, in fi. & c. ita quorundam, & c. ad liberandum, cod. tit. & c. postulasti de homi.* ¶ Ad idem *c. post miserabiliter & c. quanto, de vsuris.* vbi Iudæi per potestates seculares compelluntur vsuras restituere.

¶ Ad idem text. in *c. 2. de maledicis.* vbi laicus blasphemans Deum, Virginem, vel Sanctos; condemnatur per iudicem ecclesiasticum, si diuex fuerit, in quadraginta solidis: per temporalem potestatem cogẽdus est soluere. Ecce, quòd † condemnationem à iudice ecclesiastico 14
factam contra laicum, ille non exequitur, sed iudici seculari exequenda remittitur. Aliter potest ille text. induci. ibi enim imponitur à iudice ecclesiastico laico blasphemanti pœna, quòd

vnum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vnum, duos, vel tres pauperes reficiat, vel alia pœna similis: quam si noluerit implere, ecclesiæ sibi interdicatur ingressus, & in obitu ecclesiastica careat sepultura. non tamen exequitur abas. ¶ Ad idem text. in *cap. 1. de clerico exco. minist.* vbi si clericus degradatus se immiscet in ministerio
15 † sibi interdicto, excommunicandus est: & quicumque cum eo communicauerit, sciat se esse excommunicatum, quod si aliquis omnia ista contempserit, & episcopus minimè emendare potuerit, regis indicio ad requisitionē ecclesiæ exilio damnetur. Ecce quomodo pœna imposita laico per ecclesiam, venit per iudicem secularem exequenda. ¶ Ad idem facit text. in *c. nec licuit 17. d.* intelligendo, quod illi delinquentes erant laici. Nam dicitur ibi in fin. secundum canones, per seculares oportet opprimi potestates. ¶ Ad idem *c. petimus 11. quæstio. 1.* vbi contra secularem plebem aliquam inuadentē, procedi-tur secundum statuta glotiosissimorum principum secularium, hoc est ex sua commissione, vel mandato, seu permissione: non ergo aliàs. ¶ Ad idem *c. de Liguribus 23. quæstion. 5.* vbi: quod si forte & hoc contempserit, & permanserit, diuisiones & schisma faciendo, per potestates publicas opprimantur. & in fin. cùm dicit, Vt faciem ter scissuras in sancta ecclesia, non solùm exiliis, sed etiam proscriptione rerum, & dura custodia per publicas potestates debeant coerceri. Ad idem est bonus text. in *cap. laicum, de fo. compe. lib. 6.* vbi ille laicus ratione iuramenti per consuetum ecclesiasticam compellitur fideiussorem seruare indemnem, non tamen per captionem rerum suarum, vel aliàs. Ad hoc bene facit *l. placet C. de sacrosan. eccle.* vbi iudex ecclesiasticus excommunicat, & secularis deportat sacrilegū. facit etiam text. in *c. causam quæ, el 1. suprà, qui filij sint legi.* vbi iudex ecclesiasticus ratione incidentiæ cognoscens de hæreditate, non mittit manus ad illam, sed iudici seculari remittit glos. in *clem. 1. de vsuris, in verb. censura.* ¶ Ratio prædictorum
C potest esse, quia iurisdictiones & potestates ecclesiastica & secularis, diuersæ sunt, & separatæ: & altera alterius honorem & præeminentiam seruare debet, & saltem in alterius messem mittere non intendit: vt *cap. cum ad verum 96 distin. & in cap. nouit de iud. cum concord.* Et
16 inde est, quòd † Papa non intendit, nec potest tollere ordinem iudiciarium in terris imperij: vt est gloss. notab. in *clemen. dispendiosam, de iudic., in verb. vsuris ante fin.* quam ibi not. doc. & *Bald. in l. eos, ad finem, & in l. si pro te. C. de vsuris.* de quo feci mentionem col. 225. in princip. & propterea in terris imperij Papa non potest committere causam, cum clausula, appellatione remota inter laicos: quia Papa non habet exercitium iurisdictionis temporalis in terris imperij, *clem. pastoralis, de re iud.* Hinc dixit not. *Innoc. in cap. inquisitionis. de sentent. excommunica.*
17 quod † Papa non potest mandare alicui laico de terris imperij, & de iurisdictione temporali, vt rem suam alij præstet. quod est valde notan-

dum, secundum *Abb. ibi, in fin. & in cap. ad audientiam, de præscrip. 3. colum. & in ca. venientes de voto & in ca. quæ in ecclesiarum, sup. de constitu. 4. colum.* vbi latè per *Felin. 40. col.* Procedit ergo *d* iudex D
ecclesiasticus contra laicos, secundum quod canones censent, primò excommunicando, deinde anathematizando, & interdicendo, postea cum ecclesia non habeat vltra quid faciat, innocet brachium seculare. Antè enim, quàm ista faciat, non debet innocare brachium seculare. vt est gl. no. relata text. in *cle. dispendiosam, de iudi. in ver. coerceri*, & ibi not. *Lanfran. in repetitione, 8. colum. fin. gloss. in cle. fin. de decimis.* vide *Oldr. consi. 88. incipiente, episcopus innocat. & Anc. in regula, ea qua fiunt 47. colum. quæst. 11.* licet contrà sentiat *Pau. de Ca. consi. infrà allegando*, & traditur in prædictis omnibus, & in *c. cum non ab homine de in.* ¶ Ex quibus iuribus sumpta fuit lex regni, quam edidit rex Ioannes secundus, in ciuitate Burgensi, an. 1429. petitione 5. & an. 1430. petitione 38. vbi statuit, quòd iudex ecclesiasticus iurisdictionem secularis iudicis non perturbet, nec in laicorum bonis, vel personis executionem faciat, sed ad talem executionem faciendam requirat, & innocet brachij secularis auxilium, vt *lib. 1. Ordin. ciuit.* [*de los prelados.*] *l. 7. tit.* [*de los juyzios.*] *l. 4.* & infrà fol. 70. colum. 3. in fi. In ca- *l. 3. & 4. tit. 1. lib. 4.*
su igitur, de quo loquimur, quòd iudex ecclesiasticus reperiatur iudex, ad cognoscendum de causa dotis inter meros laicos, & de temporali iurisdictione, ita debet procedere: non autem poterit suam exequi sententiam in bonis & rebus laicorum meros profanis, sed executionem iudici seculari remittet. Et istud teneo: teneant alij, quod voluerint. quorum opinio potest procedere in terris subiectis ecclesiæ. Nec facio differentiam, quantum ad huiusmodi innocationem brachij secularis, inter iudicem ecclesiasticum ordinarium, & delegatum: nam vterque potest innocare: vt not. *in c. 1. de off. ord. & in d. c. significasti.* vbi communiter omnes doctores tenent, & *Archid. in c. administratores 25. quæst. 5. Fred. consil. 163. incipiente, in Christi, super innocatione & Card. in d. clem. 1. de offic. dele. in 10. quæst. & Dominicus in c. vt officium, §. denique de hæreticis lib. 6. & Paulus de Castro, consil. 29. incipiente, in Christi, &c. visis actis tractatis in captura, &c.* videas *Ant. in c. sante de excessibus prælatorum.* In quo articulo, tanquam indubitato, non est vlterius insistendum. Ex prædictis infertur
18 conclusio generalis, quòd † iudex ecclesiasticus delegatus, vel ordinarius, cognoscens principaliter de matrimonio, & incidenter de dote: non poterit suam sententiam exequi, nec capiendo bona, vt prædixi, nec capiendo personam. Itaque in omnibus casibus, in quibus damus iurisdictionem iudici ecclesiastico inter meros laicos: quamuis possit sententiam inter eos proferre, & pro executione sententiæ excommunicare, & interdicere, non tamen poterit ea equi in bonis temporalibus, nec capere personam, & carcerare, sed debet hæc

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

indici ſeculari remittere, eius, ſi opus fuerit, auxilium innocando. Ita tenet *Oldrad.* licet noo benè firmet, *conſil. 86. incip. quæritur cui eccleſia.* & clarius *Ioan. Ande. in additionibus ad Specul. tit. de offi. or. Ioan. And. & Anch. in c. cùm epiſcopus de offi. ord. lib. 6.* Idem *Anch.* latius in *repetitione regulæ, ea quæ ſunt qu. 11. Ludouic. in ſingulari. 703. incipiente, in ſcias, quòd de iure ciuili.* primò per ea quæ dicta ſunt, ſignanter per text. in *d. c. poſtulaſti.* vbi data facultate alicui iudici iudicandi non ſubditum, non eſt data facultas exequendi in bonis alibi ſitis: fortius nec in perſona, cuius ſunt bona, cùm perſona ſit quibuſcumque rebus dignior: in *§. fi. Inſt. de iure na. & l. iuſtiſſimè ff. de adi. edic.* præſertim, quia etſi laici ex aliquibus cauſis ratione delicti, vel aliàs, efficiantur de foro eccleſiæ, non tamen propriè dicuntur ſubditi: vt no. in *c. à nobis el. 1. inſ. de ſen. excomm.* ſentit glo. not. in *clem. vna. ver. ſubditos, de foro compe.* ¶ Secundò facit text. in *c. 1. ſup. de offi. ord.* vbi epiſcopi ſingularium vrbium habent liberam poteſtatem, † adulteria & ſcelera inquirere, vlciſci, & indicare, ſecundum quod canones cenſent, abſque impedimento alicuius. & cùm opus fuerit, publicum innocent auxilium noo ad præiudicandum, ſed potius ad ea, quæ Deo ſunt placita, proſequendum. Datur ergo indici eccleſiaſtico facultas cognoſcendi aliquando contra laicos, ſecundum quod canones cenſent, ſcilicet, vtendo mucrone ſpirituali: & poſtquam non habent, quid faciant, innocent auxilium brachij ſecularis. iſte eſt ſenſus illius literæ, ſi non cauilletur. ¶ Tertiò hoc clarius probat textus in *d. c. cum epiſcopus de offi. ordin. lib. 6.* vbi epiſcopo permittitur audire cauſas ſpectantes ad eccleſiaſticum forum: in loco etiam exempto ſuæ diœceſis, perſonas tamen eccleſiaſticas, cùm earum exceſſus exegerint, capere ac carceri deputare. Ecce, quòd licet permittatur iudici eccleſiaſtico cognoſcere inter laicos de cauſis ad ſe pertinentibus: quatenus tamen loquitur de carceratione, ſolummodò permittitur ſibi capere clericos, vel eccleſiaſticas perſonas: non ergo laicos: idem probat textus in *c. quamuis de pœnis, eod. lib.* dum dicit: Nos tamen non improbamus, ſi ſubiectos ſibi clericos confeſſos de criminibus, ſeu conuictos, in perpetuum, vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes. Vndè ex quo illa iura loquuntur de captura clericorum, ergo ooo debent extendi ad capturam laicorum: quia limitata cauſa limitatum parit effectum. item quia iuriſdictio eccleſiaſtica diſtincta eſt à ſeculari: vt *d. cap. cum ad verum, & d. cap. nouit. de iudic.* ¶ Item ſicut † clericus legalibus pœnis puniendus per iudicem ſecularem, non punitur per eum niſi tunc demum facta traditione per iudicem eccleſiaſticum: vt *d. cap. cum non ab homine, & c. vt fame. de ſen. excom. & c. degradatio. de pœnis lib. 6.* ergo pari ratione, nec eccleſiaſticus debet laicum capere, niſi de mãdato, vel promiſſione ſecularis. ¶ Item quando iudex eccleſiaſticus procedit contra ſacrilegum, ipſe profert ſententiã: ſed ſecularis ipſum depoſtat: illud ergo, quod in perſonã fiendum eſt, ſeculari iudici reſeruatur: vt *l. placet, C. de ſacroſan. eccle. & in authen. de mandat. principum, §. ſi verò canonicum col. 3.* & meritò, quia in caſibus, in quibus iuriſdictio datur iudici eccleſiaſtico contra laicos, non poteſt ille ſolus cognoſcere: ſed præſes prouinciæ cum illo cognoſcit. ille ergo ſolus non poterit carcerare, niſi ſaltem interueniat conſenſus ſecularis. Ad idem allego text. à nemine allegatum ad hoc, in *cap. poſtulaſti inſrà de homicidio.* vbi literã dicit: Quæſiuiſti præterea, vtrum contra quoſdam contempta excommunicationis ſententia, debitas eccleſiis decimas ſubtrahentes, tibi regiam implorare liceat poteſtatem, ad ſolutionem ipſarũ, vt vix abſque ſanguinis effuſione valeant coarctari. Ad quod ſimpliciter reſpondemus, quòd, ſi te de huiuſmodi querimonia ſimpliciter depoonente, rex, cui ad bonorum laudem, vindictam verò malorum gladius eſt commiſſus, in eoſdem rebelles traditam ſibi exerceat poteſtatem: eorum erit duritiæ imputandum. Ecce, quomodo ibi epiſcopus procedebat contra laicos, propter ſacrilegium à ſe commiſſum, eò quòd decimas eccleſiarum ſubtrahebant: quos epiſcopus excommunicauit, & fecit, quod in ſe erat: & demum recurſum habuit ad regem, vt illos caperet, & caſtigaret. vide pragmaticam, quæ reperitur in principio, & *libr. 3. Ordinam.* [*de los juyzios*] *l. 3.* Iſtam partem tene, quamuis aliqui contrarium velint, ſignanter *Ioannes de Imol. in d. cap. cum epiſcopus, de offi. ord.* quem refert & ſequitur *ibi Dominicus, & etiam Philip. & Ioan. de Anania, in rubr. de ſacrilegiis, 2. colum. verſic. quomodo autem.* Motiua iſtorum ſunt iſta. Primò, quia qualitas delicti facit laicum, de foro eccleſi. vt no. in *cap. cum ſit generale, & in cap. ex tenore, de foro competen. & in authe. item nulla communitas, C. de epiſ. & cle.* ergo poteſt illum capere, & carcerare. Ad hoc reſpondet *Anch. in d. regula*, quòd non ſequitur, efficitur laicus de foro eccleſi. ergo habet executionem. hoc enim noo conceditur, niſi in ſubditos ſuos, & in ſuo territorio: vt in *c. Romana. § contrahentes, de foro competenti. lib. 6. & l. cum vnus, §. is qui. de bonis author. iudicis poſſidendæ.* † Laicus autem, licet ratione cauſæ ſortiatur forum epiſcopi, non tamen per hoc poteſt dici ſubditus: vt dicit gloſſ. in ſimili, in *clem. 1. de foro competen.* Similis gloſſ. in *rapit. nuper in verbo, tunc erit, de ſenten. excom.* & ibi notat *Abb. prope finem.* dixi plenius in *c. qui preſbyterum inf. de pœnit. & remiſ. col. 22.* & in multis ſimilibus hoc cõtingit, quod iura dant alicui poteſtatem cognoſcendi, ſed non exequendi actualiter: vt *d. l. à diuo Pio in prin. ff. de re iu. & l. 4. de damnãſc.* ¶ Item licet territorium dici poſſit. quo ad laicos, & diœceſis reputetur in eodem ſitu, loco ſibi ſubiecto, tamen territorium dici poteſt, quo ad laicos, & ipſorum poſſeſſiones & bona: quo ad clericos,

19 20 21

l. 14. ti. 1. lib. 4.

& ec-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& ecclesiàs, & eorũ bona, potest dici diœcesis facit *clem. ne Romani, de electione.* Licet ergo ratione quandoque casuum emergentium, iudex ecclesiasticus cognoscat inter laicos, & de bonis ipsorum: & econuerso laicus iudex, quandoque de causis clericorum: tamen executio actualis videtur suo iudici reseruãda, hoc est illi qui habet personam subditam, & bona in suo territorio. & hoc fatererentur Canonistæ de leui, econuerso, scilicet, quod licet iudex laicus cognoscat de causa clerici, vel de rebus suis, tamen coërcere personas ecclesiasticas, vel eorum bona, per executionem realem, non posset, sine mandato episcopi, *c. vt fame, de sen. ex.* facit quod no. in *c. postulasti, & in c. verum, sup. de fo. comp.* Vtatur ergo eodem iure episcopus in laicis, vt in bonis ipsorum: sicut vellet vti iudicem laicum in personis, & bonis clericorum *l. 1. ff. quod quisque iuris.* ¶ Non obstat ratio, super qua se fundant prædicti, scilicet, quod ex quo habet episcopus potestatem cognoscendi de possessionibus laicalibus, ergo habet potestatem exequendi. Nam illa consequentia non est bona inter non subditus, vel de bonis non territorij vt expressè patet in *d. § contrahentes, cum similibus præallegatis.* ¶ Adducunt præterea pro casu *authen. causa qua fit cum monacho in fin. C. de epi. & cler.* vbi datur potestas episcopo detrudendi laicũ in carcerem: quia ibi est casus specialis sicut in hæresi, & aliis similibus, de quibus inf. subiiciam: vel aliter melius procedat in terris imperij, vbi Imperator potuit dare episcopo hanc facultatem: sed in regnis nostris, nec Imperator, nec eius leges, vim habent: cum regna nostra exempta sunt ab Imperatore, vt in principio dixi, in introductione col. 8.

¶ Adducunt insuper *c. 1. de offi. ord.* vbi episcopo datur facultas in suis diœcesibus adulteria & scelera inquirere, & vlcisci, & iudicare: ad quod est necessaria captura & carceratio, ergo, &c. Sed respõdetur quòd hoc sibi permittitur, secundum quod canones censent. Canones autem de hac captura laicorum, vel executione in rebus laicalibus, non expresse loquuntur, sed de censura, de ver. si quærenti. Non debemus ergo absque canonibus hoc firmare: quia erubescimus, cum sine lege loquimur, *l. illam C. de collationibus, & in authen. de triente & semisse. § consideremus.* & quod non est sanctorum patrum decreto sancitum, &c. *c. inter corporalia, sup. de translatione prælatorum.* ista sunt verba *Anch. vbi sup.* & ita quieuit. ¶ Non obstat text. in *c. excommunicamus el. 2. in fi. de ha. & c. vt commissi. eo. tit. lib. 6. & in clem. 1. eo. tit.* vbi † propter crimen hæresis permittitur iudici ecclesiastico laicos capere, & carcerare: quia ille est casus specialis in fauorem fidei introductus. est *e* enim crimen merè ecclesiasticum, in quo iudex secularis nullo modo se intromittere potest directè vel indirectè: vt in *d. c. vt inquisitionis, §. prohibemus, eod. tit. & lib.* vide *legem regni, 1. part. tit. 6. l. 48.* Et inde est, quòd si iudex ecclesiasticus aliquẽ lapsum, vel relapsum in hæresim, vt hæreticum cõdemnauit, & illum pœnitenti seculari tradidit puniendum: potestas *f* secularis debet illum punire, & non potest petere processum, ad videndum vtrum iustè vel iniustè fuerit condemnatus. Ita tenent *Anch. Io. de Imo & Abb. in c. 1. de offi. ord.* damnantes per hoc doctrinam *Bart. in l. diuus ff. de custodia reo. & in l. magistratibus, ff. de iurisd. om. iu. & ibi Bal.* approbat. Sed *Ang. & Ia.* reprehendunt Bar. Idem fuit de mente *Bal. in authen. clericus qui. C. de epis. & cler.* Sed *And. Sic. in d. c. 1. col. 31. ver. in pendera.* dicit, quòd in crimine hæresis iudex ecclesiasticus est competens iudex ad cognoscendum, & declarandum aliquem hæresim commisisse: sed iudex secularis ad puniendum. vt probatur in *c. super eo de hær. lib. 6. in ver. relinquendi sunt iudicio seculari.* ergo est iudex, & non nudus, vel merus executor. Idem probat text. in *c. præsidentes in fi. & li.* dum dicit, quòd præsidentes, & alij iudices seculares, in causa hæresis debent iustitiam & suum officium exercere: officium autem iudicis est iudicare. Vnde non dixit ibi tex. sententiam iudicis ecclesiastici exequi, & per consequens sequitur, quòd quo ad imponendam pœnam corporalem, iudex secularis est non solum executor, sed iudex, secundum eum qui meo iudicio benè loquitur. Antiquitus enim punitio hæreticorum ad seculares spectabat principes: nam *Deuteron. 7. a.* mandatum fuit populo Israël, vt aras hæreticorum subuerteret, & habetur *23. q. 3. c. si audieris, & qu. 8. c. de.* & de Iehu rege Israël legitur, quòd occidit sacerdotes colentes Baal. *4. Reg. c. 10. & 22. q. 2. c. vtilem, & ea li. c. 23. ver. rex.* item Iosias ossa hæreticorum comburi fecit. Iudex ergo secularis erit competens ad puniendum hæreticos: vt *l. quicunque, C. de hæret.* Et hoc etiam voluit *lex regni 7. partit. tit. 26. l. 2. quæ* dicit, quòd hæreticus debet accusari coram episcopo, vel eius vicario: qui eos iudicabunt hæreticos, & tradent eos iudicibus secularibus, qui eos punient secundum distinctionem ibi traditam. Cui legi in his regnis standum est. Sufficiat ergo iudicibus ecclesiasticis, quòd rex per suas leges remittit sibi causas hæreticorum, quantum ad cognitionem: sed punitionem sibi reseruat: & ita obseruatur in practica. Vnde iste casus nõ debet trahi ad consequentiam: imò per locum à speciali probat contrarium. quia si hoc casu permittitur captura laicorum à iudice ecclesiastico, in contrarium est *regula ar. c. præsenti. § loca de probat. lib. 6.* casus enim excepti firmant regulam in contrarium: vt *c. quoniam frequenter, sup. vt lit. non contest. cum concordantijs.* ¶ Eodem modo responderi potest ad tex. in *c. fraternitatis 33. di.* vbi concubina clerici traditur carceri, quòd similiter sit casus specialis: & ratio specialitatis potest esse, quia concubina clerici grauiter delinquit in Deum, & ecclesiam, adeò quod efficitur serua ecclesiæ, & episcopus potest eam vendere: vt dicit text. in *c. quidam 81. di.* & hoc si non habet filios. Si autem habuerit filios, claudatur in monasterio, ne filij pereant, secundum glo. 2. ibi,

22 E F

per *d.c. fraternitatis*, vbi vide glo. & tex. in *c.2. de coha. cler. & mul. in ver. femina verò canonice iudicetur*, & ibi gl. Ad idem glo. no. in *c. eos in ver. indulgemus 22. diſt.* vbi dicitur, quòd † concubina clerici debet puniri per epiſcopum: & ſi non poteſt eam punire, tradat eam iudici ſeculari. & ſequuntur *ibi Archi. & Domi.* aſſignãtes rationem, quia clericus in ſacris, eſt aſtrictus voto caſtitatis: & illa fornicatrix commiſit inceſtum, & ſacrilegium *c. virginibus 27. q. 1.* & crimen ſacrilegij punitur in iudicio eccleſiaſtico. *c. quiſquis 17. qu. 4. & c. cum ſit. de fo. comp.* Item dicunt quòd ideo aditur iudex ſecularis in defectum, & non principaliter, quia talis non efficitur ancilla de iure ciuili, ſed de iure canonico: vt eſt dictum. ideo propter hoc eximitur à iuriſdictione ſeculari, & efficitur de foro eccleſiæ: vt etiam firmat *Abb. d.c. cum ſit generale 13. col. de foro compe. & in c. ſi concubinæ, de ſent. excommu.* Item quia efficitur de familia clerici, ſecundum *Domi. in d.c. eos.* ex quo infert, quòd familia clerici, etiam ſi ſit prohibita retineri, dicitur eſſe de foro eccleſiæ, & poteſt per eccleſiam puniri. ¶ Vel aliter poteris dicere, quod licet concubina clerici poſſit tradi carceri, vt dictum eſt: non tamen ibi dicitur, per quem, debet intelligi, per iudicem ſecularem, cui eſt ſubdita. Vnde eius delictum non potuit eam eximere ab eius iuriſdictione: & propterea leges regni eas puniri & caſtigari mãdant per iudices ſeculares: vt dicu inf. ¶ Per iſta patet ſolutio ad text. in *c. 2. de adul.* vbi ille Felix, qui virginem ſtuprauit, quamuis eſſet de lege pœna plectendus: Papa tamen legis duritiam molliens, mandat, quod illam, quam ſtuprauit, vxorem habeat: aut corporaliter caſtigatus, excommunicatuſque in monaſterio, in quo agat pœnitentiam, retrudatur, de quo nulla ſit egrediendi ſine præcepto licentia. Dico enim, quod ille text. loquitur in foro conſcientiæ: vel ſi loquatur in foro contentioſo, ille Felix erat de temporali iuriſdictione eccleſiæ. aliàs non video rationem, quare iudex eccleſiaſticus poſſet ratione ſtupri cognoſcere contra laicum. Item quia non dicitur ibi, quòd detrudatur per epiſcopum: vnde intelligitur, quòd debeat detrudi per ſuum proprium iudicem. vide *fratrem Ang. de Clauaſio, in ſum. in verbo, ſtuprum. in ſi.*

¶ Ex iſtis etiam reſultat ſolutio ad *c. attendendum 17. q. 4.* ſuper quo principaliter ſe fundant doc. contrariam tenentes ſententiam: vbi litera dicit, Attendendum eſt omnibus, ne prædia veſtibus ſecretorum cœleſtium dedicata, à quibuſdem irruentibus vexentur. quod ſi quis forte fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos, prumenda eſt, perpetua damnentur infamia, & carceri tradantur. dicit ibi gl. eccleſia ergo habet carcerem. Procedit enim iſte tex. in clericis ſacrilegis. Et ſi dicas, idem in † laicis, qui ratione ſacrilegij efficiuntur de foro eccleſiæ: vt traditur in *d.c. cum ſit generale de fo. comp. & c. conqueſtus.* Reſpon. quòd non dicit, quòd tradatur carceri per iudicem eccleſiaſticum: nec eſt credendum, quod Papa velit præiudicare principibus ſeculanbus in ſua iuriſdictione, iuxta no. *in c. nouit. de iud.* Vnde intelligendum eſt, quòd debeat carceri tradi per ſuum iudicem ſecularem. Quod videtur de mẽte Hugonis & magiſtri Petri Mediolanenſis ibi, ſuprr verbo, tradantur, ſcilicet, apparitoribus, vt iudicans interficiatur. Non ergo Papa vult iſta fieri ab eccleſiaſtico iudice, ſed oſtẽdit quid faciendum ſit à ſeculari: quamuis per carcerem, incluſio in nouum monaſterium, per exilium deportationis, recluſio in monaſterium tenuatum. hæc ſunt comm verba. Vel intelligendom, quod ibi ſit ſpeciale ratione enormitatis criminis in eccleſiam cõmiſſi, vt de hæreſi, & aliis dictum eſt: præſertim quia bodie per leges huius regni, ſacrilegij punitio remittitur ad epiſcopum, vel iudicem eccleſiaſticum: vt habetur *prima part. tit. 18. l. 10. incipit, [defendimos.] & Fuero legum lib. 1. tit. 5. l. 7. incipit, [ninguno.]* ¶ Idem reſpondetur ad *c. contra idolorum 26. q. 5.* vbi litera dicit, Contra idolotum cultores, vel aruſpices, atque ſortilegos, fraternitatem tuam vehementius paſtorali borramur vigilare coſtodia: quòd ſi emendare ſe à talibus nolle repereris, ſi ſerui ſunt, verberibus volumus caſtigari: ſi verò liberi, incluſione digni, diſtrictamque ſunt in pœnam dirigendi. Et dicit *ibi glo.* colligi ex textu, quòd epiſcopus poteſt carcerare reos: intelligo, quando ſunt clerici, vel eccleſiaſticæ perſonæ: laici enim † non ſunt carcerandi, niſi per iudices ſeculares, quibus ſubſunt, reſpectu perſonarum & bonorum. Vel loquitur ille text. de hæreticis, & idolorũ cultoribus, vel aruſpicibus, qui ſimiliter hærerici appellantur, & de ſacrilegis, quos puniendos, caſtigandos, & carcerandos lex ciuilis regni noſtri, iudici eccleſiaſtico remittit, vt in ſuperioribus oſtenſum eſt. Ad hoc bo. text. in *c. accuſatus, de hæret. lib. 6.* vbi contra tales, velut hæreticos, procedendum eſt per inquiſitores & fidei iudices. Et quamuis iſti non ſint proprie hæretici, ſatis tamen eſt, quòd largè ſumpto vocabulo hæretici dicãtur, ad hoc vt eccleſia de his cognoſcat, & ſe intromittat, ex quo lex regni, quaſi priuilegium eccleſiæ concedendo, hoc ſibi permittit: vt patet ex his, quæ dicta ſunt. Vnde tale priuilegium in præiudicium concedentis extendi oportet: iuxta no. in *l. beneficium, ff. de conſt. prin. & in c. dilecti ſup. de donat.* ¶ Et ita, quamuis ex permiſſione principum ſecularium eccleſia, & eius miniſtri, ampliſſimam habeant poteſtatem circa laicos, & eorum bona temporalia, quando ſunt notoriè delinquentes, & inobedientes: quia epiſcopus excommunicat rebelles, & reddit eos ineligibiles, inteſtabiles, & inhabiles ad quælibet officia publica: vt *d.c. excommunicamus el 2. §. credentes, de hæret. & in c. noverit. de ſenten. excomm.* bonore & ſucceſſione priuat: vt *cap. 2. de homicidio. lib. 6. in c. licet. de voto.* incarcerat hæreticos, & alios, de quibus ſup. verberat, citra vindictam ſanguinis: vt in *c. in archiepiſcopatu,*

de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de raptoribus. infligit characterem, sine periculo corporali. *c. ad audientiam, de crimine falsi*. infligit seruitutem: vt *c. ista quorundam, de Iudæ*. imponit mulctam, & cætera bona omnia confiscat: vt *d. c. ista quorundam, & c. ad liberandam, & in d. c. 1. de homi. lib. 6*. exilium infligit de iudi. *c. cum non ab homine, l. diſt. c. accedens*. Ad harum tamen pœnarum executionem, ad brachium seculare recurrit: ita dixerunt *Hoſt. & Ioan. And. in d. c. 1. de homi. lib. 6. 3. col. in verbo, bonis mundanis*. vt paulo ante dicebam. Non ergo poterit index ecclesiasticus bona eorum, vel personas capere: vt satis ostensum est. Et videtur hoc sentire *Bald. in d. c. significasti in fi. de offi. dele.* vbi dixit, quod † doctor, qui habet iurisdictionem in scholares, quamuis possit sententiam ferre, quia habet iurisdictionem in illos *authen. habita. C. ne filius pro patre*. non tamen poterit suam sententiam exequendo alicui dare possessionem corporalem: quia ei nullum est assignatum territorium, licet sint assignati ei homines, id est personæ scholarium. 26 Nec putat *Bald*. quod possit scholares personaliter capere sua authoritate: sed debet recurrere ad superiorem. quia etsi captura rerum sit mixti imperij, captura tamen personarum maior est, & est meri imperij: vt *ff. de iurisd. om. iud. l. magistratibus*. hoc refert & sequitur *ibi Card. &* quamuis illi non dicant, idem voluit *Spec. tit. de execu. sententiæ § nunc videndum, ver. qui de sententia rectoris*. loquendo de executione sententiæ rectoris scholarium. vbi dicit, quod eam mandabit executioni ordinarius, per *auth. si quis litigantium, C. de epi. au*. Vide *Io. And. in addi. ad Spec. vbi sup. & Abb. in c. si quis contra clericum sup. de fo. comp*. Ad propositum nostrum quamuis ratione delicti, vel alias laicus efficiatur de foro ecclesiæ, vt ecclesia possit illum condemnare: non tamen poterit exequi suam sententiam in eius bonis, vel capere eius personam: quod est valde notandum, & vt credo verissimum. Vide quæ latè scripsi in *c. qui presbyterum, de pœnit. & re. col. 114. ver. sed posito*. Intelligo tamen, & limito prædicta, vt procedant, nisi forsan consuetudo legitimè præscripta esset in contrarium, quæ habet quòd index ecclesiasticus, qui certis casibus potest cognoscere inter laicos, possit suam sententiam in eorum bonis exequi, vel ipsos carceri mancipare: quoniam consuetudo in hoc casu valida reputaretur: vt in terminis nostris decidit *Bald. in d. c. significasti, in fi. sup. de offi. deleg*. dicens, quòd licet de iure rector, qui potest inter scholares cognoscere, non possit exequendo suam sententiam, dare possess. corporalem, nec eos personaliter capere: fallit, nisi lex municipalis, vel consuetudo aliud disponeret: vt *l. 1. cum glo. C. de eman. libe. & ff. de testi. l. 3. §. fi*. vbi dicitur, quòd 27 G † consuerado g tribuit iurisdictionem non habenti. Ad idem est text. in *c. irrefragabili § excessus, sup. de offi. ord. & in c. dilecti. sup. de arbit*. & non solum iurisdictionem habenti, vt loquuntur iura prædicta, sed etiam nullam penitus iurisdictionem habenti, consuetudo tribuit iurisdictionem etiam priuato: vt est text. vnicus, & singularis, *in c. cum contingat. sup. de fo. comp*. & non reperitur alibi, secundum *Io. And*. quem alij sequuntur. Idem tenet *Imol. in c. nouit. in ver. consuetudine, de iudi. & Ar. in c. conquestus, in fi. 9. qu. 3*. idem tenet *glos. 4. in c. cum quidam, de excep. lib. 6. & in c. Romana in verbo, consuetudine de app. eo. lib. glos. 3. in c. cùm in ecclesiis, de præben. eo. lib. glo. 3. in c. quoniam, de immunitate eccles. eo. lib. glos. maior in c. 1. de pœnis, eo. lib. glo. 3. in c. seruitium 18. qu. 2. Bar. Ioan. de Imol. & Lud. in l. 1. § denique, ff. de aqua plo. arcen. Bald. in c. 1. 2. col. ver. consuetudo, qui sen. da. poss. Iason in l. mores maiorum, 6. col. ff. de iust. om. iud. glo. mo. in d. l. 1. C. de eman. lib*. quæ loquitur in iurisdictione voluntaria, vt not. *ibi Cy. Bald. & alij, & Marianus in d. c. cùm contingat. 4. col*. Et hinc est, quòd priuatus homini ex consuetudine potest competere ius dandi rectores. ita dicit glo. not. in *l. 1. ff. de rut. & cura. da. ab his*. quam dicit vnicam *Nicol. de Neapol. ibi*. Non est ergo mirandum, si is, qui aliàs est iudex, & iurisdictionem habet, potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem iudicandi in casibus, ad quos sua iurisdictio non extenditur: vt probatur in *d. § excessus, & in c. fi. sup. de offi. archi. & in c. accedentibus, infrà, de privile. & in c. Romana 4. § debet, de appel. lib. 6. & in l. cùm prætor. §. iudicem, ff. de iudi*. Ex quo 28 dicebat dñs *Angel*. quòd † delegatus inferioris à principe, potest subdelegare, si hoc habeat A * consuetudo: & dicit se nescire alibi. a* Ex quo resultat magna limitatio ad text. *in l. à iudice, C. de iud. & in c. super quæstionum, §. si verò, de offic. deleg. & in c. cum causam, in fi. sup. de appel*. vbi delegatus ab inferiore à principe, non potest subdelegare. nam debent intelligi, nisi hoc habeat consuetudo, bonus text. in *cap. licet ex suscepto, de foro compe*. ibi: ad tuam. sicut hactenus obseruatum est, vbi probatur, quòd consuetudo potest † tribuere iurisdictionem iudici eccle- 29 siastico super laico, vel quod in causa laicorum pendente coram iudice seculari, possit ab eo appellari ad iudicem ecclesiasticum. Ad idem text. secundum vnum intellectum, *in 4. si clericus laicum, eo. tit*. vbi probatur valere consuetudinem, quòd clericus conueniat laicum coram iudice ecclesiastico, de quo vide ibi *Ioan. And. Sic colum. 5. versi. glo. fi. quærit, cum sequentibus*. Ad idem *l. 3. ff. de testam*. vbi consuetudo potest facere, quòd quis in alieno territorio possit iurisdictionem exercere, & ibi not. *Bald. & in c. 4. sup. de testib. 10*. reputans hoc valdè notandum. Ad idem est bonus text. *in cap. vt litigantes, in fine, de offi. ordin. lib. 6*. secundum *Iasonem, in l. fi. 12. Imitatione, ff. de iurisdictione omnium iudic*. vbi archiepiscopus de consuetudine potest causas audire, vel committere, extra suam prouinciam. Item iurisdictio, & merum imperium possunt ex consuetudine acquiri: vt *l. vnic. C. de diuer. offi. lib. 12*. secundum *Ioan. de Imol. in c. cum contingat. fi. in de foro compe*. Adde prædictis *Ioan. And. in c. at si clerici. de iudi. colum. 3*. qui sentit valere consuetudinem, quod clericus possit

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cœconueniti coram iudice seculari: de quo per *Abb. ibi col. 11. ver. nec obstat, si dicant, & Andr. Sicul. co. 10.* Cuius contrariom scripsit *Calder. in c. decernimus, co. tit. & Ioan. de Lig. in c. clerici, eo. tit. & ibi Abb. in fi. & An. Sicul. sul. 4.* dicentes, non valere consuetudinem in criminali, nec in ciuili: vt ibi latiùs scripsi, in meis recollectis, nisi sit à Papa tolerata, de quo vide *Marianum in c. 1. penul. col. ver. decimo nono fallit, de foro compe. And. Sicu. in c. verum, de foro compet. col. 4. rod. tit.* An autem, & quando sicut iurisdictio potest priuilegio acquiri, sic consuetudine, vide glo. *Archi. Dom. & Præpositum in c. catholica. 11. d. & Marianum in d. c. cum contingat, de fo. compe. co. 2. ver. quo ad secundum.*

30 Concluditur ergo, quòd si † consuetudo legitimè præscripta interuenit, poterit laicus capi, & carcerari à iudice ecclesiastico: quamuis illud sit de arduis causis: quoniam cõsuetudo etiam in arduis tribuit iurisdictionem: vt patet ex prælegatis iuribus, signanter ex *d. c. cum contingat. de for. compe. & d. c. irrefragabili, § excessum, de offi. ord.* in quibus dicitur, quòd capitulum potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem corrigendi & castigandi excessus. † Appellatione

31 autem excessus veniunt omnia delicta, & crimina. vt probat rex. io *l. si quis in hoc genus, C. de epis. & cleri.* & ibi oot. *Bal. in finalibus verbis*, probatur etiam in *rubro, inuicto nigro infrà de excess. prela.*

* 32 Causæ autem † criminales censentur arduæ, arg. *l. in seruorum, ff. de pœnis.* & inde dicimus crimina debere probari per testes lucè clariores, & omni exceptione maiores: vt *l. sciant cuncti. C. de probat. glos. in c. at si clerici in verbo, legitima probatione, supra de iud. & in cap. 1. de consa. & affi.* Consuetudo igitur potest dare iurisdictionem in arduis. ¶ Et per hoc datur ruina decisioni *Host. in c. literas, de resti. spo.* qui dicebat, quòd consuetudo tribuit iurisdictionem non habenti in leuibus, non autẽ in arduis, ex quo infert, quòd

33 non potest quis ex consuetudine † acquirere iurisdictionem cognoscẽdi de causis matrimonialibus. Cuius decisionem simpliciter refert *And. Sic. in c. suspicionis, 4. col. in fi. supra de offi. dele.* vbi potuit aliqua specialia ratione ardoitatis causæ, quæ videas per te. Refert etiam, & sequitur *Ias. in d. l. more maiorum, col. 6. ff. de in. rem. iudi.* Sed contra Host. & sequaces vltra prædicta est *glos. communiter approbata in d. c. literas*, quę vult, quod inferior prælatus, potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem cognoscẽdi de causis matrimonialibus. Ad idem tex. cum gl. in *c. accedentibus, & in c. ad hæc, de excess. prela.* tex. opti. in *c. auditis, & in c. cùm olim, de præscri. & in d. c. conquestus 3. qu. 9.* ¶ Dixi autem consuetudinem debere esse legitimè præscriptam: quoniam ad inducendam talem consuetudinem, oportet [b] ioreuenisse regis scientiam, cuius est iurisdictio in laicos sibi subiectos. Et de eius præiudicio agitur ex tali consuetudine, vel præscriptione: quia

34 ista † incorporalia non possunt præscribi sine scientia & patientia eius, cuius interest: vt in *c. bone el 2. supra de postu. prælat. & in l. 1. C. de serui. & aqua.* & oo. in *d. cap. cùm contingat. de foro compe. Bald. in l. 2. C. qua sit lon. consuet. Bart. in l. 1. §. denique ff. de aqua pluu. arce.* infereus ex hoc, quòd cùm longo tempore Imperator non fuerit in Italia, ciuitates Italiæ non poterunt præscribere, & multo fortius eo mortuo. Notat etiam *Bartol. in l. si publicanus, § in vectigalibus, ff. de public. & vecti.* quem omnes moderniores ibi sequuntur, & *Marianus in cap. cum contingat. de foro compe. colum. 3. in princip. & Iacobinus in tractatu feudorum, in parte, cum mero & mixto imperio, colum. tertio, ver. ex hoc infertur, & colum. 5. in princ. ver. sed an ad ius quæsitum.* ¶ Idem tenuit *Innocen. in cap. bone el 2. supra de postu. prælat.* plenius in *c. conquerente supra de offi. ord. & in c. 2. de in integ. restit. Bart. in l. 1. §. 1. 4. colum. ff. de iti. atque pri. Abb. in c. 1. de præscript. & in c. de quarta, pen. col. ver. 2. principaliter, eod. tit. Ang. de Aret. in § æquè si agat. Instit. de act. colum. 8.* ratio est, quoniam io istis præscriptionibus, & iuribus incorporalibus, quæ non possunt verè possideri, non potest acquiri quasi possessio, nisi sciente aduersario, qui rem possidet: vt videtur probari in *d. l. 2. C. de serui. & tenent Innoc. & alij, vbi supra*, & sine possessione non procedit præscriptio, ideo requiritur scientia aduersarij. Iurisdictio † ergo non præscribitur, nisi data scientia & patientia eius, contra quem præscribitur: vt *d. l. 1. & 2. C. de seruitu. & aqua.* Alioquin non procedit præscriptio in hoc iure incorporali. bene facit *l. penult. ff. de seruitu. titu. generali.* videas *Iacobinum in tractat. feudor. in parte, cum mero & mixto imperio, colum. 5. in principis.* Ista enim quasi possessio incorporalium nõ est aliud, quàm patientia aduersarij, *l. quoties, la primera ff. de seruitu.* & qui ignorat, non dicitur pati: ergo, &c. Allego præterea gl. no. in *c. dilectus, in ver. non obstante, supra de filiis presby. in prin.* dom dicit: Sed illud introductum est ex consuetudine, ex certa scientia Papæ: & ita perinde est, ac si Papa specialiter committeret. Vult ergo illa gl. singulariter, quòd consuetudo non introducitur in præiudicium principis, vel iurium suorum, nisi ad id certa principis scientia & patientia accedat, quam glos. ad hoc propositum extollit *Domin. in c. catholica 11. dist.* & facit text. in *cap. quod translationem. supr. de offi. dele. in c. super quibusdam §. præterea. infrà de verb. sig.* † Consuetudo 36

quidem nota ei, qui potest priuilegiare, semper æquipollet priuilegio: videtur enim priuilegiare: vt sentit *Innoc. in c. nouit de iud. & in d. c. cum contingat. de foro compet. & in c. si diligenti. de præscript.* refert & sequitur *Oldrad. consil. 254. incipiens rota decani. in 4. colum.* Ista autem scientia I

regis regulariter non præsumitur, nisi probetur: quoniam consuetudo est facti, & in facto consistit, cuius præsumitur ignorantia: vt *c. 1. de constit. lib. 6.* & ob hoc forsan glos. no. in *d. c. catholica*, dicebat, quod consuetudo generalis contra iura Papæ, procedit: quasi ex consuetudinis generalitate præsumatur Papam scire, & tolerare: vt noc. dicit *Bald. in l. 2. in fin. C. quæ sit longa cons.* quoniam in his, quæ publicè, & palam,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

lam, & generaliter fiunt, præsumitur scientia: vt traditus in *c. ab excommunicato de rescript. & in c. 1. de postul. prælat. cum simi.* Secus tamen dicit glossa. de particulari consuetudine alicuius loci: nam illa non procedit, nisi aliàs probetur scientia & tolerantia Papæ. Et propterea dicit ibi glossa. quod particularis consuetudo non excusat, sed generalis, in his, quæ tantùm ex priui-
37 legio possunt haberi, vbi non valet † consuetudo, nisi vniuersalis sit: vt *c. contra morem, c. di.* intellige, vt suprà declarauimus secundum *Dominic. & Præpositum in d. c. catholica.* Si ergo in casu dubio gl. Papa sciret consuetudinem particularem, & toleraret: cui dubium, quin valeret, & Papa præiudicaret? Vnde præsupposito sine veritatis
38 præiudicio, quod valeat consuetudo, quod † clericus possit conueniri coram iudice seculari: oportet, quòd intercedat expressus, vel saltem tacitus Papæ consensus, seu tolerantia ex certa scientia: aliàs potius fieret corruptela. vt voluerunt *Ioan. de Lig. & An. in cap. at si clerici. de iud. & Ioan. de Lig. in c. clerici, eodem titu. & ibi Abbas in fin. & Andr. Sicul. 14. colum. Cardin. in cap. decernimus, eodem titu.* videas *Maria. in c. 12. pen. col. versic. decimonono fallit. de foro compe. And. Sicul. in c. verum cod titul. 4 colum. Abb. in c. at si clerici 11 colum. ver. nec obstat.* Pari ratione dicendum est, quod in præscribenda iurisdictione contra regem requiritur eius consensus expressus, vel tacitus: vt per *Bart. in l. fin. ff. vti posside.* & infrà dicemus. Oportet ergo, quod in casu nostro probetur regis scientia verè, vel saltem præsumptiuè. verè quidem probabitur, si prælatus hoc faciès, certificaret regem, sibi dicendo, vel renunciando, quod contra laicos, & eorum bona, suas exequebatur sententias: & cùm opus erat, ipsorum capiebat personas, arg. *l. denunciasse, in princip. ff. de adult. & l. emptor. & l. si controuersia, & l. si pronunciationes, C. de exec. cum simi.* Præsumptiuè autem probabitur, quando prælatus hæc faciens, probauit, quòd pluries hoc fecit, per tempus ad præscriptionem sufficiens, rege præsente in loco, ita quòd verisimiliter sciebat: tunc enim præsumitur in rege scientia, arg. *l. quisquis, C. de rescin. vend.* ad quod facit, quod not. in *l. verum, & in l. cum de tuo debito. in prin. ver. & ideo ff. de probat. cum si.* Ista autem scientia & patientia regis, probata expressè vel tacitè, dicitur habere causam continuam. arg. *l. magnam, C. de contraben. & commit. stip.* Concludo igitur, quod in præscribenda iurisdictione, vel acquirenda ex consuetudine, debet considerari actus superioris scientia, & patientia: & appellatur superior ille, ad quem pertineret locus ex natura loci, id est exitu. *ff. de iud. l. insula.* Exemplum: Rex haberet regnum suum, & totum illius regni solum in eius potestate consistit: vt *l. 1. §. cum vrbem, ff. de offi. præf. vr.* & cum sine isto solo præscriptio non procedat: vt *d. c. bona. de postu. prela. & in l. 2. §. pen. ff. de aqua plu.* arg. *l. si publicanus ff. de pub. & vect.* Sicut locus, vel territo-
39 rium præscribi † non potest sine regis scientia, & patientia, sic nec ipsa iurisdictio, quæ est plantata in loco, vel territorio à quo non potest euelli: facit *l. in maiorem. ff. de contraben. empto. & d. l. 1. §. cum vrbem, & l. si. eo sit. & l. 3. ff. de offic. præf. & l. 2. ff. de ter. com.* in quibus dicitur, quòd iurisdictio cohæret territorio. ad idem *c. fi. in fi. de consti. lib. 6. & in l. fi. C. vbi & apud quem, & l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. sig. & l. quicunque, C. de sum. Trini. lib. 11.* De scientia autem principis alterò de prædictis modis difficiliter probari potest: ergo raro, vel nunquam procedet potest consuetudo, vel præscriptio supra sæpe dicta: præsertim cum hæc scientia principis non solùm requiruntur semel, & à principio præscriptionis, sed semper toto tempore, quod est necessarium ad præscriptionem, debet perseuerare in scientia: quia & eius patientia, non solum scientia requiritur: sicut dicitur in præscriptionibus aliorum iurium incorporalium: vt *d. l. 2. C. de serui. & in l. seruitutes la grande.* & ibi *Flor. ff. de serui.* & tenet *Salyc. in l. vectigalia, C. ne noua vectig. imp.* refert & sequitur *Firmianus in tra. gabellarum 1. parte 7. col. in fi. versi. prædictis adde.*

¶ Et adeo est necessaria principis scientia, quòd non sufficit scientia iudicis, in cuius territorio iurisdictio præscribitur. quicquid dixerit *Bart. in dict. l. si publicanus, §. in omnibus.* vt not. voluit *Salyc.* reprobando *Bart. in d. l. vectigalia, versic. sed pro prædictorum.* quia, vt prædixi, requiritur scientia illius, qui habet potestatem concedendi iurisdictionem, quæ præscribitur: vt *d. l. 2. C. de serui.* Sed in casu nostro rex habet potestatem concedendi iurisdictionem, non autem iudex prouinciæ: vt est notissimum, ergo non sufficit eius scientia. sequitur *Firmianus vbi suprà.* Vnde raro, vel nunquam poterit præscribi iurisdictio contra regem. Si ergo aliquis veller probare, se vsum quasi possessionis iurisdictionis, ad eam præscribendam, non sufficeret probare vsum iurisdictionis simpliciter, sed oportet probare vsum, sciente eo, cuius est iurisdictio: quamuis probet, quòd sciente populo, in quem exercebatur iurisdictio, vsus fuerit: vt latè per *Alexand. & Iason.* post alios antiquiores, *in l. 1. in fi. ff. de iur. omn. iud.* de quo videas *Iacobinum in tractatu feudorum, in parte, cum mero & mixto imperio. col. pen. versic. sed an ad acquirendum.* scripsi latè in tractat. Insularum maris Oceani cap. 7. §. 14. versi. & est vtile hoc scire. quæ sunt notanda, licet *Bald. in c. 1. quæ sint regalia.* voluerit, quòd non requiratur scientia superioris in d. præscr. quem sequimur *Alexand. in consil. 6. 1. vo. & Franc. Curtius iunior in consil. 68. 1. vo.* & sentit glossa *in l. 5. tit.* [*de las cosas, que se ganan por tiempo*] *Foro legum lib. 1.*

¶ Aliud non minus necessarium est tempus legitimum, quod † secundùm aliquos est decem 40
annorum inter præsentes, & viginti inter absentes: per *l. fi. C. de præscrip. long. temp.* quando præscribens iurisdictionem, habet titulum, & bonam fidem.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

fidem. Sed quando poſſidet bona fide abſque cauilo, præſcribit ſpatio 30 an. quia hoc modo præſcribitur dominium, vt *C. de præſcrip. 30 an. l. ſi quis emptionis.* Iuriſdictio autem æquiparatur dominio: vt *l. quis furere. ff. de ſta. ho.* imò eſt ſupra dominium: vt *ff. de acqui. poſſ. l. qui vniuerſitas, §. item cùm prætor.* Itaque videtur, quòd per illud tempus, quo quis poteſt præſcribere territorii, vel locũ in quo eſt plantata (vt ita dixerim) iuriſdictio, à quo euelli non poteſt: quia iuriſdictio cohæret territorio: vt *l. 1. §. cùm verbum, ff. de offi. præfect. vr. cum concordantiis*, poteſt etiam ipſam iuriſdictionem. Tanto ergo tempore iuriſdictio, ius corporale cohærens territorio, regulariter præſcribitur, & conſuetudine poteſt acquiri, quanto tempore quæritur territorium: vt *d. l. ſi. C. de præſcrip. long. tem.* & ibi no. *Bald. & in d. l. 2. C. de ſeruitu.* Sed † res, & iura regni non poſſunt alienari: vt *c. intellecta ſup. de iureiur.* not. *Hoſtien.* quem *Abb.* & alij ſequuntur, in *c. dilecti. de maio. & obe. Bald. in c. in generalis. ff. de ſeru. fuc. contro. inter dominum & agnatum. lib. feud.* vbi dicitur, quòd

41 † rex non poteſt donare vnam de ciuitatibus ſui regni, inuitis ciuibus. & *lex regni, 2. partit. tit. 15. l. 4.* qua prohibetur regi vendere, vel alienare bona regni, etiam vt adimpleat legata patris. vide *legem regni Ord. lib. 3. tit.* [*de las preſcripciones.*] *l. ſi. & glo. Fo. legum tit.* [*de las coſas que ſe ganan por tiempo.*] *l. 5. in ſi.* & inde eſt, quòd ſi rex in ſuo teſtamento relinquat legata vel fideicommiſſa, quæ filius inobediens non adimplet, non propterea priuatur regno: ſecundum *Bald. in authen. hoc amplius, C. de fideicom. 1 col. in ſi.* quia loca & iura regni non ſunt regis, ſed dignitatis regalis, ſecundum *Abb. in d. c. intellecta.* & eſt *lex regni 2. part. tit. 17 l. 1.* quæ facit differentiam inter bona quæ ſunt regis, & alia quæ ſunt regni. Ad idem 2.

42 *partit. tit. 18 l. 1.* quæ dicit, quòd † villæ, caſtra, & fortalitia regni, quamuis ſint regis tanquam domini, regno tamen de iure pertinent: debent ergo ſucceſſoribus reſeruari 75. *d. c. quoniam quidem.* quæ reſeruatio ſucceſſori fit, legis autoritate: vt *c. illud 12. q. 2.* etiam quo ad poſſeſſionem: vt ſenrit *Bald.* loquendo in feudo, *in l. cùm in antiquioribus, C. de iure delib. col. antepe. ver. decimo ſic.* & facit *l. quoties, C. de dona. quæ ſub modo.* ex qua ſumpta fuit *lex regni 5. partit. tit. 4 l. 7. incipit,* [*faſta dia cierto.*] Poſteaquam iſta ſcripſi, condita fuit lex regni in curiis Taurinis, quibus ego interfui, quod poſſeſſio rerum maioratus poſſeſſore defuncto, vel alicui priuato ipſo inte, tranſeat in ſequentem poſt eum, eſt lex 45. Quid autem

l. 1. ſi 7. l. 5 operetur hæc poſſeſſio, & eius vigore poteſt agi interdicto vnde vi, vel ſaltem poſſeſſorio recuperandæ: dico *in tract. maioratus*, qui Deo fauente, poſt dies paucos in lucem exibit, vid. *l. regni Ord. in lib. 3. tit.* [*de las donaciones.*] *l. 3. & 5.* Sola enim adminiſtratio eſt commiſſa regi, non autem dominium rerum: vt traditur per gloſſ. *& Bar. in proœm. Digeſtorum.* quia bona & iura regnorum ſunt publica, & per conſequens *in* nullius bonis ſunt: vt *ff. de rerum diu. l. 1. §. quadam & inſtit. in in prin.* Et propterea † rex dicitur à regendo: quia res & iura regni regere debet: vt *2. partit. tit. 1 l. 6.* vnde ſi malè regat, iam perdit nomen regis, *c. ſicut 2. qu. 1. no. Archi. in c. regum 23. qu. 5. Andr. de Iſer. in c. 1. de prohibita feudi aliena. per Fed.* Vnde malè regendo, magis dicetur tyrannus, quàm rex: ſecundum *Bal. in l. eam quam 6. col. in fi. C. de fideicomm. & in c. 1. circa principio. de Feudo marchia li. feudorum.* Et ideo ſi rex non bene regit, ſubditi non tenentur ad ſeruitia *l. 1. ff. de conſti. prin. no. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Bal. in proœmio Digeſtorum*, & aliquid *in rub. ff. de rerum di.* Rectè autem regendo, non poteſt alienare bona, & iura regni. nam ea ratione, quia potuiſſet alienare vnam ciuitatem, potuiſſet aliam, & alias, vſque ad totalem regni perditionem, quod eſſe non debet: *authen. quomodo oportet epiſcopos, §. ſi. colla. 1.* Hinc eſt, quod cùm vectigalia, collectæ, ſeu tributum, & alia quæ ſunt regalia: vt *c. 1 quæ ſunt regalia.* & tradit *Bal. in c. 1. epiſcopum vel Abbatem, §. 1. in ſi. & lex regni 3. parti. tit. 28. l. 6. qua incipit,* [*las rentas.*] non poteſt, nec debet rex alienare, ſed ea ſucceſſoribus reſeruare: vt per *Bald. vbi ſup.* Hinc eſt, quod quinta, quæ debetur regi de præda, eſt de regalibus, & non poteſt rex in perpetuum donare: vt *2. parti. tit. 26 l. 4.* Annona enim, & tributa, & iuriſdictio, & alij reditus regni, inter immobilia cõputantur: vt probat text. & ibi not. *Bald. in l. iubemus, la 2. in princip. C. de ſacroſan. eccleſ.* & per *Bald.* in *c. ſtatuimus in ſi. ſup. de tranſact.* eſt text. in *authen. de non alien. vel permu. §. 1. col. 2.* fuit de mente *Ioan. And. in c. fraternitatis. ſuprà, de donat.* quem alij ſequuntur, ſignanter *And. Sicul. col. 3.* quamuis ipſi loquantur in prælato, ſeu adminiſtratore. ſed idem eſt in caſu noſtro. Ex quibus omnibus patet, quòd bona & iura regni ſunt inalienabilia, & plures reges iurauerunt per viam contractus non alienare, vt dicũt leges regni: ergo præſcribi non poſſunt. vt latè concludit *Luc. de Penna, in l. vnus, C. de diuer. offi. lib. 12.* qui idem dicit in exactionibus vectigalium: quia alienationis verbum, vſucapionem & præſcriptionem concinet. *l. alienationis verbum, ff. de verbo. ſignific. gloſſ.* & not. *Bart. in l. cùm lex. ff. de vſuca. no. tex.* & glo. *Bart. & Bald. & alij in l. 2. C. de vſucapto. pro emp. Bald. in rub. ſuprà, de præſcrip. fi. col. Abb. in c. cum non liceat 4. col. ver. & certa iſtam primam partem, ex ti.* qui pulchrè loquitur. *Bald. in l. 1. colum. 8. C. de ſeruis fugitiuis*, per *Bart. & alios, in l. filiusfamilias, §. diui. de le. 1. & ibi Alexand. 13. col. per Angel. in d. l. 1. C. de præſcrip. longi temporis*, per *Paul. & alios in l. 3. §. penul. C. communia de leg. per Laſon. in authen. res quæ. col. 1. C. eod.*

43 ¶ Et præſuppoſito ſine veritatis præiudicio, quòd bona & iura regni præſcribi poſſunt: vt expreſſe dicit lex regni, quam edidit rex Alfonſus, in villa de Alcala, era de 1366. tit. 27. l. 1. quæ incipit [*Anſi es nueſtra voluntad.*] vbi formaliter dicitur, [*Eſtos derechos que dizen, que las coſas del reyno ſe pueden ganar por tiempo: ſe entienden de los pechos, y tributos que al*

l. 1. tit. 15. lib. 4.

rey

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Lex regni ord. l. 5. ti. 14. l. 1.

rey ſon deuidos. Eſtablecemos, que la juſticia ſe pueda ganar contra el rey, por eſpacio de cien años continuadamente, ſin deſtajamiento alguno, è no menos. Intelligo, ſcieme & patiente rege, vt prædixi, hoc ſufficiet probare tempos immemoriale: vt not. gloſſ. *Ioan. And. in c. cum nobis, de præſcript.* quem ſequuntur alij, ſignanter *Abb. ibi. & in c. ſi diligenti. 2. col. ver. oppono contra finem. eod. titul.* Idem voluit *Bald. in authen. quas actiones, ſin. col. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi dat formam probationis cẽtum annorum. Vide *Felin. in dict. c. cum nobis.* qui videtur tenere

L contrarium: quo caſu ad / probandum tempos immemoriale, oportet, quòd teſtes dicant de fama in eodem articulo, nec ſufficit hoc dicere in vltimo articulo famæ, vt notanter decidit *Signorolus conſil. 70.* ¶ Imò vltra hoc videtur neceſſarius titulus in huiuſmodi præſcriptione: quoniam ius reſiſtit prælato præſcribenti. Oportet ergo de titulo docere, vel ſaltem allegare, niſi talis ſit præſcriptio, cuius in contrarium memoria non exiſtit: vt eſt caſus in *cap. 1. de præſcript. lib. 6.* Quòd reſiſtat ius, probatur: quoniam

M rex in ſuo regno fundat intentionem ſuam de iure communi, quo ad ciuitates, & loca, intra regni ſui limites conſtituta. arg. *d. c. 1. de præſcript. lib. 6. & c. ad decimas, de reſtit. ſpol. eo lib.* eſt caſus in *c. qui iure 8. diſt. 10. qu. 1. per totam 16. qu. 7. c. omnes baſilicæ, de relig. dom. c. d. xenodochijs.* traditur per *Dom. in c. cum epiſcopus de offi. ord. lib. 6.* ſaltem quo ad iuriſdictionem, & protectionem: vt traditur in *l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. & in l. bene à Zenone, C. de quadri. præſcript. & in cap. qua in eccleſiarum, ſup. de conſtit.* & tenet *Innoc.* quem alij ſequuntur. *in c. ſi diligenti. de præſcri. Hoſtien. & alij in c. nimis, de iureiur. Ioan. Andr. & alij in d. c. 1. de præſcript. lib. 6. & lex regni 2. partit. tit. 1. l. 2.* dicit, quod Imperator à iure habet facultatem iudicandi, poniendi, corrigendi, & caſtigandi delinquentes: & ſic merum & mixtum imperium. Et quamuis loquatur de Imperatore, eandem poteſtatem haberet

l. 2. ti. 1. l. 4. rex, vt in *l. 8. eod. titu. incipit,* [*ſabida coſa.*] ad idem *lex Ordinationu regni lib. 2. titul. 1. l. 4.* quæ loquitur de prælato præſcribente iuriſdictionem contra regem, vt debeat probare titulum, alioquin non permittitur iuriſdictione vti. Tenenti illam l. in hoc, quòd loquitur de prælato poſſidente iuriſdictionem regis, vt cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, propter iuris reſiſtentiam. Vode ſi rex, vel eius officiales reaſſumant ſibi iuriſdictionem, & non permittant prælatis eccleſiarum laicorum bona, vel perſonas capere, nullo modo reſtituentur prælati in ſua quaſi poſſeſſione, niſi euidenter docuerint, quòd iuriſdictionis poſſeſſionem legitimè aſſecuti fuiſſent: quia eam occupaſſe iniuſtè veriſimiliter præſumitur, cùm prouenerit ex loco & perſonis regis ſubiectis, & in ſuo regno conſtitutis: ſicque manifeſtum, niſi aliud oſtendatur, eam de iure communi ad ipſum regem pertinere: vt eſt caſus in *d. c. ad decimas.*

Not. hoc & vi. d. l. re. gni Ord. l. 5. ti. 14. l. 9

¶ Confirmat hoc tex. notandus, & ad propoſitum noſtrum valdè accommodatus, in *c. cùm perſonæ, de priuilegijs, lib. 6.* vbi ſubditi epiſcopi, ſi dicant ſe exemptos ab epiſcopo, propter iuris reſiſtentiam, quam habent contra ſe: oportet ante omnia oſtendere titulum ſuæ exemptionis: quod ſi non oſtendant, & præſcriptionem probare nitantur probatione præſcriptionis pendente, cùm de iure communi ordinariorum intentio ſit fundata, ſua iuriſdictione vti poſſunt liberè in eoſdem, donec de præſcriptione canonica fecerint plenam fidem. Et ita eſt ibi caſus ſing. ſecundum omnes, quòd contra illum, qui prætendit ſe exemptum præſcriptione, poteſt ordinarius exercere iuriſdictionem, quouſque ille, qui ex præſcriptione nititur, de ipſa docuerit: quamuis ille ſit in poſſeſſione exemptionis: quod eſt valde notandum. Ex quo videtur ille tex. inferre, quòd lite pendente, poſſit iſte poſſeſſor, cõtra quem facit ius commune, turbari, & violenter expelli, ſicut qui poſſidet vi, clàm, vel precariò. ita dicit *Anch. ibi in 11. notabili.* Et hinc eſt, quòd † poſſeſſio, 44
vel quaſi poſſeſſio, non releuat poſſeſſorem ab onere probandi exemptionẽ, vel priuilegium: vt ibi notabiliter probatur, ſecundum *Cyn. in l. ſi ſolemnibus, C. de fide inſtrumen.* videas *Abb. in c. 1. 2. col. ſup. vt lit. pen. & in c. cùm veniſſent, ſup. de inſt.* vbi eſt bonus tex. Iſta contingũt propter odium præſcriptionis: vt *ſup. de deci. c. cùm contingat.* & fauore iuris communis, vt *d. c. ad decimam, & d. c. 1. de præſcript. lib. 6.* facit quod not. *Arch. in c. volumus 16. qu. 4. & Ioan. And. & Dominicus, & alij, in d. c. cùm perſonæ, in fine.* ¶ Ex quo infertur vnum quotidianum, quòd ſi aliquis prætendit ſe † 45
generoſum, vel exemptum à tributis, iure ſanguinis, vel ex priuilegio: niſi ſtatim doceat priuilegium tale, quod ſaltem præſtet inſtam cauſam præſcribendi lite pendente, non tenebitur in poſſeſſione libertatis: imò ſoluet tributa. quamuis aliàs eſſet in quaſi poſſeſſione exemptionis, vel libertatis. Et vide *l. 6. titu. 2. lib. 4. Ords. & in pragmaticis, fol. 34. cum ſequenti.* & ita obſeruatur in practica, quod eſt valde notandum. bon. rex. in *l. 1. C. de rerũ poſſeſſion. lib. 12. & ibi gloſſa,* quę hoc idem ſenſit. allegat illum tex. *Petrus Antibolis, in tractatu de muneribus fol. 25. col. 2.* vide *Abbatem in c. 1. in fine, de reſtitut. ſpolia.*

l. 9. ti. 11. lib. 2.

¶ Infertur etiam aliud non minus ſingulare, quòd licet regulariter † poſſeſſor non teneatur 46
oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis: vt *l. cogi. C. de peti. hæred. & c. vno, vt eccle. benefic.* & propterea rex non poteſt citare baronem, vel magnatem, ſeu militem, vt oſtendat iura, quæ habet in caſtris: aliàs auferret ea ſibi: vt colligitur ex *d. l. cogi. iuncta l. vnica. C. de comit. & procu. præſi. ſcia. lib. 11.* vbi hoc tenet *Andr. de Barulo,* quem refert & ſequitur *ibi Bart. & Ioan. de Pla. & Iaſon l. 2. C. de iure emphyt. colum. 17. in illa queſt.* an † em- 47
phyteota teneatur oſtendere titulum, ſeu inſtrumentum emphyteoticum. & date copiam illius, b * & quamuis illi non dicant, hoc ante B *

eos

eos tenuit Hostiens. *in c. dilectus sup. de offic. ordin.* quem referunt & sequuntur *Ioan. And. & Anton. 2. col. & Fran. Card. in 4. no.* vide *Spec. tit. de int. em. in §. 1. ver. sciat.* qui pulchrè loquitur. & in *tit. de loca. § nunc aliqua ver. 59. & 76.* de quo meminit *Alexand. in l. si fic. §. si mihi. de legat. 1.* vide etiam *Bald. & Henri. in c. si diligenti. de præscript. & tex. & Innoc. & alios*, in *c. constitutus de elect. Iason in præludiis feudorum 17 col.* Hoc procedit respectu proprietatis rerum, io quibus rex (secundum communem sententiam) non fundat intentionem suam: secus respectu iurisdictionis, in qua suam habet intentionem fundatam à iure: vt
l. 1. tit. 15. li. 5. l. 2. eo tit. sup. dictum est. vide *legem regni in Ordin. lib. 3. tit. 13. l. fi.* quæ videtur contrarium sentire, cùm dicit, [aunque.] Sed pro eo, quod hic dixi, vide *l. regni, Ordin. lib. 3. tit. 1. l. 2.* cogita. Ex istis infertur, quòd si sacerdos, vel prælatus, possit præscribere in subditos altè eius animarum curam, *c. auditis, & c. olim sup. de præscript.* debet tamen intelligi, quòd habeat sua cum comitantia: nam cum sit contra ius: vt *c. omnis vtriusque sexus.* oportet, quòd habeat titulum, & bonâ fidem: vel si non habet titulum, quod sit tanti temporis, cuius memoria de contrario non existit: vt *d. c. 1. de præscrip. lib. 6.* ita vult *Abb. post alios, in d. c. omnis vtriusque sexus.* & ibi ego latissimè scripsi, in meis recollectis, allegando inter cætera, *c. dudum, de decimis, & d. l. regni Ordinationum lib. 2. titul. 1. l. 4.* *l. 2. tit. 1. lib. 4.* cuius paulo antè memini. ¶ Cogitur ergo quis ostendere, quo titulo possideat: aliàs poterit ex priuari: vt ea prædictis pareat. & tenet *Bald. in l. 2. in 2. col. C. quomodo & quando in.* dicēs, quòd
48 qui prætendit † titulum in re aliena, quam fatetur alienam: cogitur ostendere titulum suæ possessionis, secundum eos: quem refert & sequitur *Alvarotus in c. 1. in prin. in fin. col. de contract. inuestit.* facit quod voluit *idem Bald. in l. instrumenta col. 1. C. de fideicomm.* quod est valde signandum: quia noua confideratio est ad dictam legem regni. Ad cuius affirmationem facit, quod vult *Innoc. in c. licet causam, de probationibus, in verbo, ex priuilegio, in fi.* & ibi recitat *Bald. col. 3. ad finem.* vbi dicit *Innoc.* quòd qui possidet iura in re aliena, tenetur probare titulum, & ita vult *Innocentius* illud, quod voluit *Bald. in l. 2. hic alle.* quamuis *Bald.* de eo non fuerit memor. de quo etiam per *Archidia. in c. qua contra morem, c. distin. & per Felin. in d. c. licet col. 7. & Ancha. in c. ad decimas de restit. spol. lib. 6.* per illum textum. Ex his concludo, quòd iudex ecclesiasticus, qui ratione iocidēriæ, vel aliàs, cognoscit de dote, vel de alia causa contra laicum: non poterit eius personam, vel bona capere, nisi tūc demum, quando probauerit legitimè hoc sibi licere ex priuilegio, titulo, vel præscriptione: & interim lite pendente primatur sua quasi possessione. Et sic defenditur lex regni, de qua suprà. versic. ex quibus. Adde prædictis, quòd licet in præscribendo iurisdictione, vel in præscribendis aliis iuribus regni, aliquādo requiratur tempus centum annorum, aliquādo tempus immemoriale, prout suprà dictum est, procedit, quando directè præscribitur contra regem: secus si contra alium inferiorem, cui rex iurisdictionem, vel alia iura concessit, vel ex præscriptione, vel quouis alio modo sibi quæsiuit: nam cōtra eum sufficit tempus decem annorum, cum titulo: vel triginta, sine titulo, ita no. voluit *Bart. in l. si publicanus, §. fi. ff. de publi.* refert & sequitur *Abb. in c. super quibusdam infrà, de verb. signific.* Idem tenet *Saly. in lege, vltigalia, C. de nona vecti. impo. Firmanus in tract. gabellarum, parte 1. q. 10. ad fin. & Iacobus in tract. feudorum, in parte, & cum mero & mixto imperio, col. penultim. ver. sed an ad acquirendam.* vide etiam *Bald. in c. 1. qua sunt regalia. col. 2.* vbi hoc limitat, vt per te videbis. vide etiam *Abb. in c. ad audientiam. de præscript. & ibi Feli. col. 7.* Adde etiam, quòd in præscriptione immemoriali non est necessarius titulus: vt apertè colligitur ex *l. 1. §. ductus aqua. ff. de aqua quotid. & æstiu. & in d. c. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signif. & in c. 1. de præscrip. lib. 6.* per quæ intra ita concludit *Ioan. de Imol. in d. l. fi publicanus §. fi.* & sequuntur ibi *Moder.* Adde similiter, quòd vbi vertitur dubitatio † de iurisdictione, vel iuribus 49
regalibus, apud alium repertis, rex = est competens index in causa sua: vt *l. proxime, ff. de his qua in test. delen. & c. cum venissent, de iudic.* etiam si prælatus, vel alia persona ecclesiastica, imò ipsa ecclesia, illa teneat: ono enim poterit declinare regis iurisdictionem: vt colligitur ex prædallegata lege regni *Ordinat. lib. 2. tit. 1. l. 4.* & *l. 2. tit. 1. lib. 4.* sic firmat *Odofre. consil. 83. incip. an episcopus.* qui mirabiliter loquitur. Cuius consilium recitat *Alber. in authen. statuimus, C. de epi. & cler. col. 2. ver. sed licet verum.* cuius meminit *Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. col. 6. in fi. ver. in glos. 2.* reoc hoc menti. quia facit ad multa.

¶ Vnum finaliter non est omittendum, quòd ad quemcunque iudicem spectet cognitio causæ dotalis, debet de ea plenariè † cognoscere, 50
nō summariè: vnde in ea est offerendus libellus, & litis contest. fienda, & sententia ferenda in scriptis, secundum *Bart. Bal. Angel. Paul. Imo.* & communiter omnes, in *l. 2. ff. solut. matrimon.* ad hoc bo. text. in *l. si cum dotem, § in autem tempore, ibi:* lis contest. *eod. tit. & in l. 3.* ibi: more iudiciorum. & *ibi Bald. C. de dot. promis. Bart. in l. si constante 6. qu. 3. parte, ff. solut. matrimon. Campetius in tract. dot. 2. part. qu. 87. & Bald. Nunel. in suo tract. de dote 9. parte 12. speciali.* non solùm de iure ciuili, verumetiam de iure canonico: secundum eos, signanter *Bald. Angel. Paul. in dict. l. 1. ff. solut. matrimon. & Anchar. in clem. dispendiosam, de iudi.* quamuis *Cardi. in d. clc. & Imol. & Ludo. Roma. in d. l. 1. ff. solut. matrimon. & in d. l. si constante, in princip. in fin.* contrarium teneant, per tex. cum glo. in *d. clem. dispendiosam ibi:* in matrimoniis, & eum quoquo modo tangentibus: sed dos dependet à matrimonio: vt *l. 3. ff. de iure do. cum si.* ergo, &c. ¶ Sed istud forte procedet, quādo principaliter ageretur de matrimonio coram iudice ecclesiastico, & incidenter de dote:

qua

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quo casu etiam super dote, sicut super matrimonio, summariè procederetur: vt videtur sentire *Bart. in d. l. si constante.* absurdum enim esset, quòd causa dotis principaliter intentata, reciperent fomentum à natura accessorij, id est, matrimonij *l. ex pupillari, ff. de vulg. & pup.* & not. gloss. in *l. pecun. C. de pact.* aliàs sequeretur, quòd si filius, tanquam natus ex legitimo matrimonio, ab intestato peteret hæreditatem paternã, quòd hæc causa, tanquam tangens matrimonium, esset summariè cognoscenda: contra nouer gloss. in *d. cle dispendiosa in ver. matrimonium.* & in hanc sententiam inclinat *Bald. in l. final. C. de sent. qua sine cert. quant. profer.* ¶ Fateor tamen omnes prædicti, quod in dilationibus dandis, debet iudex † abbreuiare, vt causa celeriter
51 expediatur, sicut in cautis alimentorum. vt habetur in *l. 2. ff. de re iudic. & in l. si quis à liberis, §. si vel parens. ff. de liber. agnosc.* dos autem & alimenta procedunt à pari, vt dictum est. Et hoc ooo solùm, quando inuenis mulier forte vidua peteret dotem, & vellet se renubere, quod est verisimile, quia esset iuuenis, & sic esset periculum: quia difficile reprimere iuuenles calores: vt *l. fin. §. filia autem, C. de bon. quæ lib.* verum etiam, quando vir ageret ad dotem promissam, pro supportandis oneribus matrimonij, & sic pro alimentanda vxore, & sua familia, secundum *Bald. Nouell. vbi suprà.* Subdit tamen ille, quòd propter hoc non debent omitti in hac causa probationes legitimæ, & plenæ, secundum *Bar. & decis. in dict. l. 1. ff. solut. matrim.* quod procedit, quando verteretur plenum præiudicium, vt esset, quando ageretur contra virum, vel eius hæredes solut. matrim. vel contra tertium possessorem: secus si ex causa inopiæ, vt dictum est suprà, ver. fateor.

ADDITIONES.

A * ¶ Adde *Felyn. in c. super quæstionum, § si verò, col. fin. ver. 6. Salust. de offic. dele. & Ias. in l. à iudice, col. 4. ver. 7. limita. de iudic.*

B * ¶ Adde quod vulnit sing. *Ang. in l. pratur, §. 1. ff. de eden.* quòd si dominus petit ab emphyteota, quòd ostendat sibi instrumentum innouationis: nisi ostendat, statim potest expelli, quia præsumitur finita emphyteosis. quam decisionem refert commendando *Segur. in reperit. l. Imperator. ff. ad Treb. fol. 5. col. 4.*

IOAN. BERNARDVS.

A ¶ Præsumitur in dubio approbare vltimam.] De hac re vide quæ dixi suprà, in proœmial. text. §. 14.

B ¶ Licet statutum laicorum, contra arma portantes, liget clericos.] Vide pluribus citatis *Conar. pract. quæst. cap. 53. num. fin. & Didac. Perez, l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordin. ver. item etiam, col. 1333. Auendañ. in sua dictionario vers. arm. Tiraquel. de nobilit. c. 20. num. 66. Castel. Cus. in suis memorabil. vers. armorum. Chassaneum in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5.* & fac multis citatis, latè tam iure communi, quàm *Palacios Rub.*

regio prosequentem hanc materiam prohibitionis arma ferendi, lege *Plasam de delictis, cap. 8.* vbi etiam quæstionem istam tractat.

¶ Potestates ecclesiasticæ, & seculares diuersæ sunt.] Vide *Didac. Perez in l. 4. titul. 1. libr. 3. Ordin. & Conarru. pract. quæst. cap. 1. & Nauarr. in c. nouit, 3. not. de iudic. Hippolyt. singul. 599.* & ea quæ scribit de multiplici principatu *Minchac. quæst. illustr. cap. 47.* Adiungeque quadies à *Castel. Cot. in suis memorabilibus, verbo. beneficia, & Aniles cap. 20. verbo. vsurpan. & Auendañ. part. 1. cap. 1. numer. 11. & Rosell. de potestat. Pap. & Imper. §. hanc etiam & sequitur.* C

¶ Procedit ergo iudex ecclesiasticus.] Attende praxim, & vide *Conarru. pract. quæst. c. 10. num. 1. & 2. & Aniles cap. 20. versis. [vsurpan.] num. 16. & per tot. & Didac. Perez, l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. & Villalobos inter comm. sentent. verbo. iudex, numer. 110. & 112.* D

¶ Est enim crimen merè ecclesiasticum.] Vide *Alciat. cap. 1. de offic. ordin. num. 73. & Quema. de confisc. bonorum hæret. c. 28. fol. 64. Simanc. de hæret. cap. 36. num. 1.* E

¶ Potestas sæcularis debet illum punire.] Vide *Conar. lib. 2. resol. c. 10. ad fin. Simanc. dict. c. 36. Brunum, de hæret. lib. 4. cap. 14. Didac. Perez, l. 1. glos. fin. l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordin. vers. hæretici autem.* F

¶ Consuetudo tribuit iurisdictionem.] Vide *Corset. in suo singul. verbo. statutum, numer. 16. & Guid. Pap. sing. 284. & sing. 416. & Vlderic. Zas. n. 8. & Hippolyt. Marsil. num. 24. in l. extra territorium. ff. de iurisdict. om. iudic. & Rochum de Curt. in titul. de consuet. sect. 1. num. 7. & Aniles cap. 1. glos. 1. num. 8. & Auendañ. part. 1. cap. 1. numer. 26. cum præced. & seq. & eundem Aniles c. 2. glos. 1. num. 11. & Did. Perez in glos. dict. l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. & glos. l. 1. 6. tit. 13. lib. 3. Ordin.* apud quos alij citantur, & aliqua dicuntur circa quæstionem istam, & appendices eius, quos hic prosequitur author. Adiungeque *Conarru. regul. possessor. part. 2. §. 3.* G

¶ Oportet interuenire regis scientiam.] Circa istam conclusionem, & eius articulos, quos hic prosequitur author, vide *Bernar. Diaz. regul. 397. Auendañ. part. 1. c. 1. num. 32. Conarru. in regul. possessor. part. 2. in princ. num. fin. & Didac. Perez in l. 6. tit. 13. lib. 3. Ordin. vers. præterea dubitatur, & Menoch. in l. 1. C. de seruitut. num. 51. vsque ad numer. 56.* apud quos aliorum satis allegatur, quibus adiunge scripta per *Villalobos, inter communes sentent. vers. præterea, num. 122.* & vide infrà dicta additione proxima. H

¶ Ista autem scientia regis.] Ex traditis hic per authorem deducitur notabilis ratio dubitandi & decidendi. ad quæstionem, in qua nostri variant circa textum *l. 5. titul. 2. part. 1.* & pènes scientiam regis, quæ ibi exigitur ad populorum consuetudines inducendas: de quare vide *Auendañ. part. 1. cap. 1. num. 23. & c. 8. & c. 19. nu. 2. ad fin.* & rursus *in suo dictionario, vers. [costumbre.] & Villalobos inter communes sentent. vers. consuetudo, num. 175. & num. 183. & vers. præscribi, numer. 222. Menoch. l. 2. C. seruit. n. 4. Minchac. quæst. frequent. c. 3.* I

Duenas regul. 141. & Oroſ. Limperium, numer. 40. de iuriſdict. omnii iudic. ex quorum lectione percipies *dict. l. 5. & l. 3. eod. titul.* & quæ ibi dicit *Gregor. gloſſ. f.*

K ¶ Res & cura regni non poſſunt alienari.] Vide *Conarru. in cap. quamuis pactum, part. 2. §. 2. num. 4. Villalobos. inter communes ſentent. verſicul. princeps, num. 291.* & latiſſimè multis allegatis *Mincha. quæſt. illuſtrium, cap. 4. & 5. & Anules, cap. 2. glo. 1. num. 3.*

L ¶ Ad probandum tempus immemoriale, oporter.] Quàm multa ſint ad hoc neceſſaria, vide per *Auendañum in ſuo dictionario, verſ.* [*conſtumbre.*] *circa fin.* & latius, *part. 1. cap. 6. & Conarr. regul. poſſeſſor, part. 2. §. 3. num. 7. Didac. Perez. gloſſ. b l. 6. tit. 3. lib. 3. Ordin. Montal. in reperter. verſic. preſcribitur fol. 91. col. 2. & Tauriſt. in l. 41. Taur. & Otaloram de nobilit. 3. part. principal. cap. 7. num. 5. & 11. cum ſequent.*

M ¶ Rex in ſuo regno habet fundatam intentionem.] Vide *Gregor. gloſſ. a l. 1. tit. 18. par. 2. Anules, cap. 1. gloſ. 1. num. 14. cum præced. & ſequent. Meneſes, in l. altius, num. 3. & 4. C. de ſeruit. Didac. Perez. l. 6. tit. 13. lib. 3. Ordin. colum. 1425. & Conarru. pract. quæſt. cap. 1. num. 9. & cap. 4. num. 2. & 3. & Mincha. quæſt. illuſtrium, c. 85. & 86. & 87. Auendañum, par. 2. c. 1. & 4. Suarez. allegatio. 7. Otaloram de nobil. 3. part. prim. part. 2. c. 5. num. 5. & 3. part. c. 2. num. 7. & ſequent. & Conarr. lib. 1. reſol. c. 16. num. 11. & Didac. Perez. l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordin.* à quibus dicuntur, & docentus multa ſuper quæſtionibus authoris noſtri, vſque ad num. 48.

N ¶ Rex eſt competens iudex.] Vide multa, quæ multis citatis in huius quæſtionis examen adducit *gloſſ. 1. in l. 2. tit. 1. lib. 3. Ordinat. verſ. quero ſi eſt dubium.*

Doct. Ioannes Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1 *Maritus an poſſit expellere vxorem propter non ſolutam dotem*
2 *Dos ab extraneo promiſſa ſi non ſoluitur, poteſt maritus alimenta denegare vxori, & à ſe illam expellere, quamuis maritus ſit dives.*
3 *Dos proprium patrimonium mulieris.*
4 *Expellens perſonam, non debet habere eius bona.*
5 *Vxorem ſuæ dote ditatam, debet maritus alimentare, & affectione maritali tractare.*
6 *Vxor poteſt licitè à marito fugere, ſi maritus eam aſperiter verberaret, nec tenetur ad eum redire, niſi ſufficiens ſecuritas ſibi detur. & idem ſi tentabitam ducebat ad domum.*
7 *Vxor fugiens à domo viri, reddatur de adulterio ſuſpecta.*
8 *Argumentum à communiter accidentibus, transfert onus probandi contra aduerſarium.*
9 *Delicta non præſumuntur, niſi probentur.*

1 TERTIO ſequitur in textu: [Dictus R. exceptionem oppoſuit contra ipſum, quod † vxorem ſuam à ſe expulerat. Dicit *Vincentius*, & approbat *Bernar.* quod non debebat audiri iſte H. niſi prius reſtitueret vxorem ſpoliatam, vt in *c. cum dilectus, & cap. fin. ſup. de ordin. cognit. & in c. ex conqueſtione. de reſt. ſpol. Innoc.* dicit, quod hæc erat ſufficiens exceptio: quia ſi eam non ſuſtentabat, dotem habere non debet: quia de dote debet maritus vxorem ſuſtentare: vt in *l. ex animo ff. ſolu. tit. & l. pro oneribus, C. de iure dotium.* Subdit *do. Inno.* quod licet dictus magiſter R. iſtam exceptionem oppoſuit, non tamen erat vera. *Card. in 4. oppoſit.* dicit, quod vtrum exceptio eſſet vera, vel non, non colligitur ex litera: ſed præſuppoſito, quod vera eſſet, nõ competebat, niſi mulieri ſpoliatæ: vt *d. c. cum dilectus, & c. fin. de ord. cog. Hoſt.* dicit, quod hæc exceptio efficax erat, & vera: vt apparet ex ſententia iudicum delegatorum, per quam præceperunt dicto H. quòd vxorem ſuam reciperet, ergo erat expulſa: alinquin fruſtra præciperent iodites, quod reciperet: niſi magiſter non poterat illud opponere, quia ſi vxor ſpoliata erat, non propter ea magiſter poterat dicere ſe expoliatum. Vnde cũ ipſe proprio nomine conueniatur ex vi promiſſionis factæ: quia forte promiſit dotem, de expoliatione mulieris non poterat excipere, cùm nec ratione mulieris conueniatur: & maximè cùm idem magiſter occaſionem dederit ſpoliationi, quia noluit ſoluere dotẽ, quã promiſit, nec habebat vt alimodè, vnde aleret mulierem: ſic coactus eſt ipſam abiicere, propter nimiam pecuniæ neceſſitatem: ideò ipſe magiſter videtur ipſam potius expoliaſſe. at *l. qui occidit ff. ad l. Aquil. & c. fin. infr. de iniur. & c. paſce. & c. non ſatis, 86. diſt.* finaliter dicit *Hoſt.* quod expulit vxorem, quia non reddebatur ei dos. & paratus erat ipſam recipere, dũmodo ei dos redderetur. ita quieuit *Hoſt.* quem ſimpliciter refert & ſequitur *Ioan. Andr.* & cum eo tranſeunt *Collectarius, Ant. & Abb.* ¶ Ex his, & ex text. colligit *Abb.* arg. optimũ, quod † poteſt a marito expellere vxorem, ſi dos ſibi promiſſa non ſoluitur: nã vt apparet ex prædictis, iſte H. expulit vxorem, quia dos promiſſa nõ ſoluebatur. Ad hoc allegat & commendat iſtum text. *Ioan. de Plat. in §. fuerat ante Inſt. de act. in 3. col. & ibi Laſ. 33. colum.* ¶ Contrarium tamen tenet *hic Car. in 4. oppo.* dicens, quod vir non poteſt expellere vxorẽ ſuã à ſe propter dotem non ſolutam. quia hæc cauſa non reperitur approbata à iure ſup. *tit. prox. c. porro.* nec debet maritus ius ſibi dicere: vt *l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. & c. cum veniſſet ſup. de iudic.* idem tenet *Bal. Nouel. in tractat. de otium, 6. par. 43. princ. 3. col.* ¶ Sed ego tenco primũ, ſcilicet quod poſſit maritus expellere vxorem propter dotem non ſolutam, & allego glo. ſingul. de qua *do. Abb.* non fuit memor, *in auth. de non eligen. ſecun. nub. §. ſi. ver. onera. col. 1.* quæ expreſsè hoc voluit: & ad hoc eam allegat & cõmendat *Ioan. de Pla. in d. §. fuerat ante, 3. col. & ibi Laſ. 33. col. & Bal. in c. quemadmodum ſup. de iniur. 2. col. & in l. quod in vxorem, C. de nup. geſt. & in l. fin. C. ad Vell. & in l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quan. proferc. fin. & in l. ſi donaturus ff. de cond. ob cauſam. & Abb. conſil. 85. 2. col. in prin. in 2. vol. Lado, conſil. 517. 2. col. Vaſal. in lib. clauſularum, char. 219. in fin. aliàs in clauſula, an poſſit renunciari iuri alieni rerum.*

2 A

1 m. col.

10.vol.in fin. vide *Andr. Sicul. in cap. intrauit, de probat. col. 6. ver. & in quantum dixit Bald.* vbi multa allegat, quæ per te videas. ¶ Ad hoc est text. valde sing. in *l. fin. C. ad Vell.* vbi litera dicit, generaliter sancimus: vt si quis maior viginti quinque annis, siue masculus, sine fœmina dotem pollicitus sit, vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est contrahere, omnimodo compelliatur suam sponsionem adimplere. nec enim ferendum est quasi casu fortuito interueniente, mulierem fieri indotatam, & sic à marito forsitan repelli & distrahi matrimonium. Pondero text. in eo quod dicit, [Et sic à marito forsan repelli.] probat enim, quod propter dotem non soluram vir potest repellere vxorem à domo sua. & ad hoc eum not. *ibi Bald.* Cuius ratio est, secundum eũ: quia non tenetur maritus dare vxori victum. nisi habeat dotem promissam. facit text. cum gloss. in *d. authent. de non eligen. secundo nub. fin. § col. 1.* quia de dote tenetur vir sustentare onera matrimonij: vt *l. si cum dotem, §. fin autem in fenissimo, ff. sol. matrim. & l. pro oneribus, C. de iure dot. & c. salubriter, infr. de vsur.* non enim cogitur maritus vxorem indotatam habere: vt *d. l. si donatarum, §. 1. ff.*
B *de cond. ob c. aus.* in [b] quibus quidem operibus veniunt non solum alimenta vxori præstanda, sed etiam seruientibus vxori: vt voluit gloss. not. in *d. authent. de non eligen. secund. nub. § finaliter. ver. onera.* quam multum commendat *Bar. ibi*, dicens eam perpetuò memoriæ tenendam. Si autem ista onera debet maritus subire ex dote, & dos promissa sibi non redditur, meritò hæc onera recusare poterit, ex quo nõ habet vnde ea sustineat. ¶ Et hoc non solum quando nihil penitus de dote solutum est marito: sed etiam si pars dotis soluatur, non tamen tota dos. nam & tunc non tenetur matitus eam alere: ita voluit *Bal. in Lucfulam, §. vsurat. ff. solut. matrim.* quem refert & sequitur ibi *Paul. de Cast.* & bene facit ad hoc text. in *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* vbi dicitur, quòd tũc emptor potest agere actione ex empto, quando totum pretium soluit. ¶ Et per ista fuit aliàs decisum in contingentia facti, cum quædam vidua, vt haberet virum pulchrum & iuuenem, promisisset omnia bona sua in dotẽ, asserendo asserendete ad valorem duorum millium ducatorum: postea, contracto matrimonio, vir comperit hæreditatem paternam illius mulieris magno ære alieno pressam, adeo quòd vix ascenderet ad trecentos: certum est enim,
C quod propter [c] huiusmodi dolum matrimonium rescindi non potest, licet dederit causam contractui, cùm matrimonium sit spirituale & sacramentale: vt per gloss. in *c. venions, de transact.* ideò non potest retractari ratione delicti commissi, etiam per restitutionẽ in integrũ ratione minoris ætatis: vt not. gloss. & ibi doct. in *cap. ex parte, de rest. spo. & in l. ait prætor, in princ. & ibi Bart. ff. de minor.* & per consequens valida remanet dotis constitutio, nec potest mulier se immare beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere

potest. de quo in *l. maritum, ff. solut. matrim. cum fim.* ex quo scienter & dolosè promisit talẽ dotem, per text. sing. in *l. pen. ff. de iure dot.* cum tale beneficium perdatur propter dolum: vt *l. etiã, § licet, ff. sol. matr.* & ideò si integram dotẽ, quã promisit, non soluat, poterit à marito expelli à domo. ita dixit *Bal. Nouell. in tract. dotium, 6. part. 43. prin. 2. col. cum seq.* Subdit tamen, quòd de iure canonico non posset expellere, quod admitterem, si mulier nulla bona haberet, vnde possit integram dotem soluere. Ex istis similiter infertur ad dubium de facto contingens. Titius induxit me dolo malo, quòd acciperem eius filiam in vxorem, promittens intentione non adimplendi, quòd eam instituturet hæredem, cum alijs fratribus, æquali portione, vel quòd eam meliorare in tertia & quinta parte bonorum suorum: quod tamen non fecit, an valeat matrimonium. Videbatur, quòd non, per iam dicta. Sed in contrarium est veritas, valet quidem matrimonium, quia dolus non officit matrimonio, quo minus valeat, gloss. in *l. à diuo Pio, ff. de rit. nupt. & in c. final. 20. q. 3. & in c. pen. gl. ff. fin. de his quæ vi metúsve causa fiunt.* & ibi not. *Abb.* per quam dicit ibi *Ioan. de Imol.* quòd si mulier dolo suasit viro, quòd eam duceret in vxorem, asserens se habere amplas facultates, quas non habet, iste dolus nihil matrimonio officit, de quo latè scripsi in *d. c. pen.* in meis recollectis. & socer non tenetur pactum seruare. *l. pactum quod dotali, C. de pact.* per quam legem ita dicit *Bald. in l. cum Archimedoram, C. vt in poss. leg. col. fin. ver. vltrius quæro.* Et not. hanc decisionem *Bald.* cuius contrarium statutum est per *l. regni, in curia Tan-* *lib. 6. tit.* *rius. l. 22. & 6.* quę ibi latissimè scripsi. Idem sen- *6. lib. 5.*
tit *Alber. in l. fin. pen. col. C. de pact. & ibi Ioan. Mari.* sequitur *Lef. in § actionum, Inst. de act. col. 11. & in l. pacta nouissima, pen. col. C. de pact.* vbi rogo videas aliqua similia. Sed contrà videtur sentire in *l. sicut, in fin. C. de act. & oblig.* pro quo facit textus cum gloss. in *cap. fin. 20. quæst. 3.* vide *Ant. de But. in cap. dilecti, de empt. & vendit. col. 18.* Ista tamen debent intelligi, quando dos fuit promissa ab vxore, vel eius patre. Secus tamẽ, si ab extraneo, id est, ab eo qui non habet mulierem in potestate. Nam iste dicitur extraneus, quo ad hoc: vt *l. vnica, §. extraneum, C. de rei vxor. act.* tunc enim non poterit maritus denegare alimenta vxori, vel illam à se expellere propter dotem nõ solutam: sed debet agere contra extraneum, vt dotem sibi tradat. arg. *l. si extraneus, ff. de iure dot.* ita dixit *Abb. in præsens*, quod temperatiplè, nisi maritus esset pauper, & non haberet vnde onera matrimonij subiret, prout erat H. de quo loquitur iste textus. ¶ Reperio tamen, quod *Saly. in d. l. quod in vxorem, in fin. C. de neg. gest.* videtur indistinctè contrariũ tenere. dicit enim, quòd quando vxor non est in seruitio viri, culpa vxoris, non [d] tenetur vir eam alere. argum. text. in D
l. si ea conditione, C. de condit. insert. & dicit I. Iulianus, § offerri. ff. de act. empt. Dicitus autem culpa vxoris interuenisse, si propter dotem, quam ipsa

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

promiſit, & non ſoluit, hoc euenit: vt *d. authent. de nup. eligend. ſecundo nub. §. illud, in fin.* Idem dicit, ſi pater vel frater promiſerunt: parificantur enim iſta à iure, ſcilicet quòd mulier dotem promiſerit, vel pater, vel extraneus: vt probat text. in *dicto §. illud quoque*. vtroque enim caſu dos eſt mulieris, & datur ad onera matrimonij ſuſtentranda. Et ita in effectu concludit *Sal.* quòd modò ſit promiſſa dos ab vxore, vel à patre, vel ab extraneo, ſi non ſoluatur, poterit maritus alimenta denegare, & à ſe vxorem expellere. ¶ Et pro hoc videtur hic text. ſecundum intellectum *Ioann. Andr.* Nam dicit, quòd fortè vxor iſtius H. erat concubina iſtius magiſtri R. promittentis dotem; & ſic dos erat promiſſa ab extraneo: ſed nihilominus, quia non ſoluebatur ei, expulit à ſe vxorem. ¶ Nec facit *Sal.* differentiam, an maritus ſit dines, vel pauper, prout faciebat *Abb.* motus per iſtum text. mm, cùm dicit, Pro H. paupere. Ad quem faciliter poteſt reſponderi, quia paupertas iſtius H. non ponderatur in præſenti, quantum ad hoc, quod ratione illius poſſit expellere vxorem à ſe, propter dotem non ſolutam: ſed ſolum ad hoc, quod poſſet ipſum magiſtrum coram eccleſiaſtico iudice trahere: vt ſuprà dictum eſt. ¶ Vel aliter, quamuis iſte H. diceret ſe pauperem, in veritate pauper non erat: ſed fortè dixit ſe pauperem, vt à Papa facilius literas obtineret. ¶ Vel fortè verbum, Pauper, erat cognomen: vt latè in ſuperioribus dictum eſt. ¶ Et ita concludo, tenendo com *Sal. contra Abb.* quòd ſi dos promiſſa ab extraneo non ſoluitur, poteſt maritus denegare alimenta vxori, & à ſe illam expellere, quamuis maritus ſit dines. ¶ Ampliari poſſunt prædicta, vt maritus propter dotem ſibi promiſſam non ſoluta, poſſit alimenta denegare vxori, & à ſe illam expellere: & ea expoſita, nihilominus poterit agere ad dotem ſibi promiſſam, ex quo paratum ſe reddit, ſoluta dote vxorem reaſſumere. hoc probat ſingulariter iſte text. & ſenrit *Hoſtien. in præſenti*, cùm dicit, quòd iſte H. petebat dotem vxoris, quam à ſe expulerat propter dotem non ſolutam: nec obſtabat ſibi, quòd vxorem à ſe expulerat, quia paratus vxorem reaſſumere, ſoluta ſibi dote. ¶ Et quod plus eſt, non ſolum poterit marims hoc caſu petere dotem promiſſam: ſed etiam aliquid vltra, propter moram dotis promiſſæ non ſolutæ: vt *cap. ſalubriter, infr. de vſur.* de quo latè & ſingulariter per doc. ſignanter per *Angel. & Iaſon. in §. fuerat ante, Inſtit de act. & per Ludouic conſil. 517. 2. colum. ver. 2. videndum.* vbi vide ad ſaturitatem. Si autem maritus conſecutus fuit dotem, & vxorem reaſſumpſit, & expulit, tenetur reſtituere dotem vxori: ita not. dixit *Bald. in dict. l. fin. in fin. C. de ſent. que ſine cert. quant. & in cap. ex part. 3 colum. ſuprà, de conſuet.* quia dos † eſt proprium patrimonium mulieris, & ex ea viuere debet: vt *l. 3. §. ſed vtrum ff. de minor.* & tunc demum commodum dotis ſpectat ad virum, quando ſuſtinet onera matrimonij: vt eſt text. not. in *Inſulam, §. vſuras, ff. ſolut. matrim. & in l. fin. in princip. ff. de dolo except.* Cùm autem vxore repulſa, præſertim ſine cauſa, vir non ſuſtineat onera matrimonij, ergo non *e* debet habere commodum dotis. ita firmat *Bald. vbi ſupr.* de quo meminit *Alexand. in l. 2. in princip. ff. ſolut. matrim. & Bart. Soc. ibi, 4. col. in fin. ver. item limita.* qui pro hoc adducit *Ioan. Andr. in Spec. tit. de dote poſt dimiſſ. reſtit. §. fin. 6 col. ver. ſecunda queſt.* vbi dicit, quòd ſi vxor non vult participare cum marito excommunicato, poteſt dotem repetere, vt dixi ſupr. ver. idem forſan. cum ſeq. Ergo fortius, quando eſt expulſa ſæuitia viri. Item maritus non debet fructus lucrari. ex quo pietatis officium non implet, imò teneror reſtituere fructus, quos expulſa vxore recepit, ſecundum *Bald. in rubric. C. de priuil. dot.* Item ſi mulier expulſa ſeorſum habitat à marito, poteſt ab eo expenſas repetere: vt voluit gl. in *c. ſignificaſti, ſup. de diuort. Bald. in l. 1. C. de legat. & in l. quod in vxorem, C. de nc negot. geſt.* Ex quibus patet, quòd vxor expulſa, meritò petit dotem, vt dicebat *Bald. vbi ſuprà*, & idem ſenſit *Paul. de Caſtr. in l. viro atque vxore, in princip. ff. ſolut. matr. & in l. cùm mulier, la 1. prope fin. eod. tit.* bene facit text. & quod ibi not. in *cap. vnico, infrà, de inſan. & langui. expo. & in l. 2. & 3. C. de Lati. liber. tol.* vode fuit ſumpta *lex regni, Foro legum, lib. 4. tit. 23. l. 1.* quæ intra volunt, quòd dominus, qui ſeruum ægrum omni auxilio deſtitutum expulit de domo ſua, perdit dominium, quòd in eo habet, & ſeruus efficitur liber, & ciuis Romanus. ¶ Et ex illo text. not. *ibi Bald.* quòd qui expulit † perſonam, non debet habere eius bona: ex quo infert, quòd ſi monaſterium expulit monachum de monaſterio, tenetur aſſignare bona: vt in *authent. de ſan. epiſ. § antepenult. colum. 9. & gloſſ. in dict. cap. vnico, in fin.* ¶ Ex quo etiam infert, quòd ſi vir expellit vxorem ſine cauſa, debet *f* perdere lucrum dotis. gloſſ. *For. legum, lib. 3. tit. [de las arrhas] l. fin. gloſſ. fin.* argum. *l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir. ff. ſolut matrim.* vbi de hoc meminit *Alexand. 1. colum. & Ioan. de Ana. in dict. c. vnico, 4. colum.* Et ita ſentit, quòd ſi vxor ſic expulſa moriatur, non ſuccedit ei per titulum, vnde vir & vxor. Hoc idem voluerunt *Cyn. & Fulgoſ. in l. 1. C. vnde vir & vxor. & in l. quod in vxorem. C. de negot. geſt.* vbi per illum text. dicebat not. *Bald.* quod maritus tenetur ſubuenire vxori in alimentis & medicinis, & in omnibus neceſſarijs: quia tenetur opera matrimonij ſubire: & ſi non ſubijt, tunc perdit lucrum dotis ex ſtatuto proueniens. Idem in effectu voluit idem *Bald. in authent. dos data, C. de donat. ante nupt.* vbi dicit, quod ſi maritus denegat vxori alimenta, priuatur lucro dotis. quod dictum multum extollit *Paul. de Caſtr. in dict. l. ſi ab hoſtibus, ad fin. ff. ſol. matrim.* Ex quo dicit ſe dixiſſe in contingentia facti, quod ſi maritus expulit vxorem, vel ſe abſentauit, & de alimentis ſibi non prouidit, mortua eſt mulier, marito non ſuſtinente onera matrimonij, non debet dotem lucrari ex for-

ma

ma statuti. argum. *d.l. si ab hostibus, & l. necat, ff. de liber. agno.* quod dicit esse quotidianum, & menti tenendum. Vnde ad propositum, maritus qui sine causa à se vxorem expulit, necdum lucrabitur dotem soluto matrimonio, sed & matrimonio constante tenebitur dotem vxori pulsæ restituere, ne ex sua malitia commodū reportet. ¶ Fateor tamen, quod *Ioann. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de dote post diuort. restit. in* §. *1. in addit. quæ incipit, dixit Odof.* videtur sentire, quòd nisi ab initio constitutionis dotis conuentum esset, vt in casu talis expulsionis sine causa, maritus restituat dotem mulieri, non tenebitur ad eius restitutionem, secundum *Ioan. Andr.* cuius authoritas in iudicando & consulendo nō parum vrget, maximè hodie cùm lex regni in materia canonica eios opinionem aliorum opinionni præferat. Præsertim, quia licet hoc casu vir non alat vxorem, tamen alit se, & liberos, & dos debet esse perpetuò apud maritum, vt dicit text. in *l. 1. ff. de iure dot.* Et sic redditur dubia decisio *Bald.* & sequacium. & de ea dubitauit *Alexan. de Imol. in l. 2. 4. col. in fin. ff. solut. matr. & in d. l. si ab hostibus, 2. col. eod. tit.* quum dispositio *illius legis, qui ab hostibus*, sit pœnalis, non debet extendi, vt *regula, edita, cum concor. de regul. iur. libr. 6.* quia de lucro ex causa onerosa procedente, idem debet iudicari, quod de causa merè onerosa, vt est glos. not. iuncta o text. in *l. si donaturus, §. fin. ff. de condict. ob causam.* Subdit tamen, quod neminem inuenit contradicentem Bal. aut cōcordantem cum ipso, ideò in iudicando magna esset eius authoritas. ¶ Ego verò reperio *Paul. de Cast. consil. 192. pen. col. incip. viso libello.* qui expressè tenet contra *Bald. in d. l. fin.* quamuis de eo non faciat mentionem. dicit enim, quod nō est verum, quod maritus non sustinens onera matrimonij, teneatur restituere dotem, quinimo nec integros fructus dotis iam perceptos. Quid enim, si dos esset multum ampla, cuius fructus sufficerent ad alendum tam virum, quā vxorem, putat ipse, quod vxori statim separatæ à sine sui culpa à viro, teneatur vir solum ministrare expensas necessarias, vt *l. si cùm dotem, §. si autem in fauorem, ff. solut. matrim.* retinendum verò retinere possit. Quod patet, quia & è contrà si fructus dotis non sufficerent, immo etiam si nulla esset dos, teneretur tamen vir præstare integra alimēta, si vxor sine sui culpa non esset in seruitio viri, vt not in *dict. l. quod in vxorem, C. de neg. gest. per Cyn.* Ergo & si fructus excedant alimenta, superfluum debet apud ipsum manere, etiam si sine colpa vxor fuit separata à viro, vt contrariorum eadem sit disciplina, vt *l. fin. de leg. 3.* Et subdit *Paul.* quod non reperit aliquid expressum in contrarium. ergo standum erit simpliciter dictis doctorum, qui dicunt ipsum teneri ad alimenta, non plus. ¶ Nec obstat secundum eum *dict. l. insulam, §. vsuras ff. solut. matrim. & l. fin. ff. de dot. excep.* quia fatetur ipse, quòd maritus, qui non sustinet onera, non potest petere fructus dotis non receptæ, non receptos non tenetur restituere, sed sola alimenta præstare. Sicut in simili dicimus, quòd quando intentatus re medium *dict. l. vbi adhuc, C. de iure dot.* non debent peri integri fructus dotis, seu integrum emolumentum, quia quod superest vltra alimenta vxoris, pertinet ad virum, vt ost. *Bart. in d. l. si constante, fin. colum. ver. 7. quæro.* ita quieuit *Paul. in d. consil.* qui satis pulchrè & subtiliter loquitur. ¶ Sed in hoc vltimo, cùm dicit, quod maritus nō tenetur restituere fructus dotis receptos, quāuis nō sustineat onera matrimonij, renet contra *Bald.* de quo ipse non fuit memor, *in rub. C. de pruil. dot. 2. col.* vbi formaliter inquit, quòd si maritus non subijt onera matrimonij, tenetur restituere fructus dotis, quos expulsa vxore recepit, quod est valde notandum: & hanc opinionem tanquam humaniorē, & magis æquam, & mulieribus fauentem, sequor: quia in diuersitate opinionum tenenda & sequenda est humanior, vt probat text. & ibi not. *Abb. in cap. 2. de cognat. spi.* & text in *l. cum antiquitas, C. de vsur. & ha. & in leg. final. C. qui bon. ced. pos.* Item ista opinio est fauorabilior dori, & ideò sequenda, vt superius dixi. est bonus textus in *Lin ambiguis ff. de iure dot. iuncta l. 1. ff. solut. matrim.* vbi hæc not. *Dyn. Bart. & alij*, dicentes in dubio iudicandum pro dote: de quò latè per *Baldum Nouell. in tractatu dotis, 9 part. in princip.* est bonus textus in *cap. fin. sup. de re iudic.* maximè quia *Bal.* & prædicti apertè hoc dicunt. Sed *Ioann. Andr.* non ita apertè, nec ita clarè, sed confusè, & nullum allegat fundamētum. Vnde quamuis eorum sit à princ. quando dos constituitur pacisci, vt si maritus vxorē expellat, debeat dotem restituere, non tamen propterea negat, quin etiam non appositio pacto, vxore expulsa, dos restituenda sit, vt apparet ex prædictis. Restituet ergo maritus dotem vxori, qui sine causa à se expulit, cum fructibus, quos expulsa vxore recepit. ¶ Si autem vxor dotem non habeat, vir, qui sine causa eam expulit, reddet vxori quartam partem bonorum suorum ipsius viri: vt probat text. in *l. fin. C. de repud.* & clariùs in *authent. de nup. § sic itaque, col. 4. & in auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. quoniam autem interpellationibus, col. 6. & in authent. vt hic mat. & auia. §. quia verò legem, col. 8.* tenet *Bal.* hoc multum commendans in *cap. 1. §. fin. in fin. de inoffi. de reb. alien. fac. li. feudorum.* de quo videas rogo *Franc. de Pepis, in repetitione authent. præterea, 4. col. C. vnde vir & vxor.* Ratio potest esse, quia † marinus affectione maritali debet vxorem tractare, & cohabitare cum ea, ipsamque sine dote ductam alimentare, secundum *Roffr. fol. 212. in prin. aliàs in 4 part. sub tit. de offic. ind. quo petuntur alimenta, col. 2.* Idem vult *Innoc. hic*, quem alij sequuntur, *Bald. in margarita, in parte, maritus, versi. 1. & in addit. ad Spec. tit. qui fil. sint legi. ver. vxor.* idem concluditur in *decisionibus Tholosanis, q. 87.* faciunt not. *in l. pen. omnibus, C. de iure dot. & in cap. salubriter, de vsur.* Non ergo debet sine causa ipsam expellere: vt hic dicitur. Quinimmo si eam sibi cohabitan- G

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

6 tem acriter verberaret, licitum † eſſet vxori fugere: vt in *authen. de nup. §. ſi quis vitiat, aliàs, §. mitiores, columna. 4. & in authent. vt hic mat. & auie. §. ſi quis autem, colum. 8. gloſſ. in cap. literas, in ver. ſufficiens ſecuritas, ſuprà, de reſtitut. ſpo. cap. literas*, nec tenetur ad maritum redire, niſi ſufficiens ſecuritas ſibi detur: vt dicit textus in *dict. cap. literas, in fin.* Idem ſi concubinam adducebat ad domum: nam tunc vxor poteſt ab eo recedere, nec tenetur ad eum redire, niſi vir caueat de expellendo concubinam. quia non bene conueniunt, nec in vno lecto morantur vxor & concubina. ita not. dicit *Bald. in 1. 1. ſuper. vt lite non conteſt. 1. columna. in fin.* refert & commendat *Alexandrinus in cap. ex parte, de ſponſal. in fine.* bene facit text. in *l. conſenſu, C. de repud.* ibi, cum impudicis mulieribus. quod maximè etiam caſtas exaſperat. dixi ſuper rubrica, §. 64. in fin. verſic. & hinc eſt. & infrà, §. 21. poſt princip. verſic. & inde eſt quòd ſicut. Immò tenetur maritus hoc caſu ipſam alimentare extra domum mariti, ſecundum *Cyn. & alios, in dict. l. quod in vxorem, C. de negot. geſt. Dyn. in l. 1. C. de leg. & ibi Bald. 2. col. in fin.* Idem concluditur in *deciſionibus Tholoſanis, queſt. 87.* ¶ Ex iſtis infertur notab. limitatio ad
7 *l. conſenſu, C. de repud.* vbi dicitur, quòd † vxor fugiens à domo viri, redditur de adulterio ſuſpecta: nam debet intelligi, niſi vir fuerit cauſa fugæ, ipſam male tractando, acriter verberando, vel aliàs, quia tunc habetur, ac ſi ipſe eapuliſſet ſine cauſa: quo caſu non poteſt propter hoc repudium mittere. vt ibi not. & eſt text. in *authen. vt hic mat. & auie, § quia verò plurimæ, in fin. verſic. ſi ergo contigerit.* Vxor enim, vel ſeruus, qui malè tractantur à marito, vel domino, conſequitur ius recedendi ab eo. argum. *l. ſi dominus, §. dominorum ff. de his qui ſunt ſui vel alien. in.* vbi hoc colligit *Bald. in princip.* ¶ Immo plus in contingentia facti conſuluit *Anchar. conſil. 509.* & refert *Angel. in tract. maleficiorum in parte, che mi hai adulterato, 9 col.* pro vxore cuiuſdã, quam maritus acriter verberabat, propterea aufugit, & venit Ferrariam, maritus habitans Bononiæ, accuſauit ipſam de furto, & adulterio. conſuluit, maritum non eſſe admittendum: & poſito, quòd admitteretur, deberet interim ipſam alere ſeiuoduru *Old. conſil. 168.* vt refert *Angel. vbi ſuprà.* immo & ſumptus facere, ſi ipſa vno habet aliundè. gloſſ. not. in *l. fin. in ver. poterit, C. de mil. co. Innoc. & Cald. in præſenti, Abb. in cap. ex parte, in fin. infr. de accuſ.* vxorem enim acriter verberare non licet, etiam cum cauſa, vt dicit gloſ. uot. in *cap. ſicut alterius, 7. queſt. 1.* moderatè tamen ſic, ſecundum *Arch. ibi, & Abb. in cap. de fur. comper.* vbi inter cætera dicit, quòd non poteſt eam iueludere, vel vinculare. Contrarium tamen tenet gloſſ. in *cap. quemadmodum, ſupr. de in-*
H *terrand. in finalib. verbis.* Sed [b] occurrit pulchra dubitatio. Si vxor reperiatur extra domum mariti, an ipſa teneatur probare mariti ſæuitiam: vel maritus, quod eam bene tractabat? Dicas, quod ipſa mariti ſæuitiam probare debet: ſicut in ſimili decidit *Anchar. conſil. 254. incipient. ſuper primo quæſito.* dicens, quod ſi maritus legauit animalia vxori, ſi cum hæredibus ſuis habitauerit, & mulier vno habitat cum eis, debet cauſam probare: aliàs non dantur ſibi alimenta extra domum, niſi culpam hæredum probet, ſecundum eum: quem refert & ſequitur *Iaſ. in l. dimittio, 3. colum. ff. ſolet. matrim.* Et hoc ſuadet ratio, quia cùm vxor teneatur viro cohabitare: vt in tubr. latè dixi. cùm maritus habet præſumptionem pro ſe. locus † enim à communiter acci- 8
dentibus transfert onus probandi contra aduerſarium. gloſſ. in *l. nec natales, C. de probat.* facit *cap. 1. de cleric. non reſident.* Item verberare acriter vxorem, eſt delictum: ideoque prohibitum, *c. literas, de reſtit. ſpol. l. 1. C. de emend. propinquo.* † De- 9
licta autem non præſumuntur, niſi probentur. *l. marito ff. pro ſocio, cap. dilecti, de accuſat.* ergo, &c.

ADDITIONES.

¶ Poteſt maritus expellere vxorem.] Vide A
Guidon. deciſ. Delphinat. 514. Alexand. conſil. 56. vol. 4. Roman. conſil. 517. Alexan. & Iaſ. & alios, in l. ſi donaturus, §. 1. ff. condit. cauſ. dot. & ex noſtris *Arias in l. 29. Taur. num. 128.* & rurſus *num. 132. & Bactium de dotibus, cap. 32. num. 20. & ſequent.*

¶ In quibus quidem mueribus.] Vide *Tellum* B
Fernandez, in l. 10. Taur. num. 10. & authorem ſupr. §. 68. num. 5. vbi plures adiunxi.

¶ Propter huiuſmodi dolum, matrimo- C
nium reſcindi non poteſt.] Vide *Bald. in l. cum Archimedoram, C. vt in poſſeſſionem legat. Fran. Curt. in l. interpoſitas, num. 7. C. de tranſact. & Marc. Mantuan. ſing. 316. & Conarru. lib. 1. reſolut. cap. 5. nu. 1. & ſuper quarto de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 7. num. 3.* & vide quæ dicam inferius, §. 27. nu. 7. Circa text. in *l. penult. ff. de iure dot. cap. fraudem faceri.* de qua per authorem hic.

¶ Non tenetur vir eam alere.] Vide plures D
quos adiunxi ſup. §. 64. nom. 2. verſic. quando ergo culpa. & adde quæ ſcribit *Bactius de decimis tut. cap. 11. num. 7. & Fanuc. de lucro dotis gloſſ. fin. num. 6.*

¶ Non debet habere commodum dotis.] E
Vide *Alexan. conſil. 78. vol. 5. & Bactium, de decimis tut. cap. 13. num. 13.*

¶ Debet perdere lucrum dotis.] Vide *Bac-* F
tium de decimis tut. cap. 13. num. 13. & Fanuc. d. gl. fin.

¶ Quinimo ſi eam,] Vide plura per *Fanuc. d.* G
gloſſ. fin. num. 6. Guid. pap. ſingul. 534. & Conarru. de ſponſal. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 1.

¶ Sed occurrit pulchra dubitatio.] Attende H
ſingul. doctrinam. & vide *Fanuc. d. gloſſ. fin. nu. 7.*

D. IOAN. BARABONA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Dote promiſſa, marito non ſoluta, poterit maritus vxorem expellere, & ſibi alimenta denegare: ſed ſi eam apud ſe retinuit, repetere non poterit alimenta.*
2 *Maritus qui alimentauit vxorem indotatam, propter dotem non ſolutam, non poteſt ei multa poſtea repetere.*
3 *Maritus poteſt petere intereſſe, vel onus dotis promiſſæ, non ſolutæ.*

VNVM

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§. I. 1 VNVM tamen, quo ad prædicta, non est omittendum: quòd licet † marius, cui promissa fuit dos, non teneatur vxorem alere, vt possit illam à domo expellere, si dos sibi promissa non soluatur: si tamen maritus duxit vxorem, promissa sibi certa dote, quæ non fuit soluta: & simpliciter vxorem alimentauit, non poterit postea alimenta repetere ab ipsa vxore, vel eius patre, vel ab alio quocunque dotem prominente. ita consuluit *Abb. in contingentia facti, consil. 85. incip. facti contingentia, in 2. volumin. & Ludouic. consil. 507. 1. volum.* quia ex quo non abstinuit ab obsequio vxoris, imò eam ingiter in suo habuit seruitio, tenetur eam alimentare: vt expressè firmat *Bart. in dict. l. quod in vxorem, C. de negot. gest.* facit text. in *l. ficut, ff. de oper. libert. & l. serui, § quas impensas ff. de adil. edic. & in l. sed & si quid. § sufficienter ff. de vsufruct. & in leg. in rebus ff. commod.* vbi dicitur, quòd tenetur quis naturali ratione alimenta & necessaria præstare: ergo seruo, vel alteri personæ, quam quis habet in suo seruitio. Fortius ergo tenebitur marius vxorem alere, quamuis esset indotata: ex quo eam in suo habet obsequio. quæ quidem alimenta repetere non poterit, quia propter affectionem coniugalem videtur sibi donasse, etiam in casu, in quo potuisset repetere, ex quo non fuit de contrario protestatus: vt videtur text. in *dict. l. quod in vxorem.* ¶ Et bene facit text. in *l. si paterna affectus, cod. titul.* vbi certo casu vitricus graris videtur alimentare priuignum, ex quo de contrario non finit protestatus. Fortius ergo hoc erit dicendum in vxore, maximè si non habebat vnde se aleret. Nam io defectum dotis & patrimonij tenetur marius ex debito coniugali alere vxorem, vt voluit *Innocen. in præsenti*, cuius dictum ad hoc quotidie allegatur. & not *gloss. Bart. & alij in dict. l. si cùm dotem, § fin autem in sanctissimo, ff. solut. matrim.* facit text. in *l. quod si nulla. ff. de rels. & sum. sun.* vbi dicitur, quod si nulla dos sit, maritus tamen tenetur ad sumptus funeris vxoris contribuere, cùm aliundè non sepelitur, ne infamia eius videatur, quòd vxor insepulta sit. Ita igitur dicendum erit in casu nostro, quòd ex quo maritus vxorem in suo seruitio tenuit sine dote, debuit eam alere, ne eius iniuria esse videatur, si fame pereat. Si autem tenetur eam alere, ergo postea non poterit alimenta repetere. ¶ Ad idem facit text. in *l. nam & si maritus ff. de condict. indeb.* vbi dicitur, quòd licet marius non condemnetur vltrà quàm facere potest: si tamen fuit condemnatus, & soluit, repetere non potest. Idem dixit glos. in *cap. 1. supr. eod.* allegando illum text. ergo idem in casu nostro. ¶ Ad idem text. melior de iure in *l. vir vsuras ff. isto titul.* vbi est casus singularis, quod si marius stipulatus est ab vxore sua vsuras pro dote, & eas non perierit, & per omne tempus matrimonij eam & eius familiam aluit titulo donationis: videntur remissæ. Per quem text. dicebat *ibi Bart.* quòd si maritus in vita sua non perijt ab vxore vsuras dotis, donare videtur: quæ donatio morte donatoris confirmatur: quod est notandum. ¶ Ad idem facit text. singul. in *l. cùm quidam, § diuus Pius, ff. de vsur.* vbi litera dicit, Diuus Pius ita rescripsit, Parum iustè præteritas vsuras petis, quas omisisse te longi temporis interuallum indicat, qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti. per quem text. mirabiliter dicit *Baldus in quodam suo breui consilio, quod incipit, in Christi nomine, amen. Biennium à die ductionis puellæ*, &c. quod vsuræ seu alimenta pro dote non soluta marito debentur post biennium à die ductionis mulieris ad domum mariti, & non ante: quoniam per lapsum biennij [a] contrahitur mora irregularis, vt *l. fin. § præterea, C. de iure dot.* Si [b] tamen maritus longo tempore, puta decem annis stetit, quòd vsuras vel alimenta prædicta non petijt, præsumuntur remissæ, adeò quòd tempore præterito peti non possunt. de quo dicto facimus festum solenne doctores Moderni, signanter *Angel. de Aret. & Lasin. § fuerat ante, Instit. de act. & Ludouic. consil. 517. 5. volum. ver. 2. tamen.* vbi videas de eius veritate. per quod si verum esset, posset mirabiliter limitari *cap. salubriter, infrà de vsur.* Communiter tamen doctores prædicti damnant istud consilium *Bald.* vt ibi latissimè per eos. Concludamus igitur ex prædictis, quod maritus, qui alimentauit † vxorem indotatam, propter dotem non solutam, non potest alimenta postea repetere, ex quo ipsam habuit in suo seruitio. ¶ Idem dicas m, si non sit in mariti seruitio, ex ipsius mariti culpa, puta propter insupportabilem eius sæuitiam. quo casu licita est ab eo separatio, vt in *cap. literas, ad fin. supr. de reg. spo.* nam & tunc debentur vxori alimenta, ex quo non stat per eam, quo minus seruiret marito. arg. *l. Labeo. ff. de contrahend. empt.* & est expressum in *l. Caio, § vlt. ff. de alim. & cib. le.* & firmat *Ludouicus in dict. consil. 1. volum. in fin.* & per consequens, alimenta sibi præstita repeti non possunt. ¶ Et ista procedunt non solùm in alimentis vxori infirmæ præstitis: quia tunc censentur præstita ex pietate quadam, & affectione maritali, vt est expressum in *dict. l. quod in vxorem.* sed etiam in præstitis vxori sanę, ad quę etiam maritus ratione naturali tenetur, vt suprà dictum est. Nec iuuaret hoc casu ipsi marito, si protestaretur, quod intendebat alimenta illa repetere, vt singulariter firmat *Ludouic. in d. consil.* reprehendęs quosdam Modernos doct. contrarium tenentes: vt ibi per eum. qui hęc singulariter ampliat, vt procedant, etiam si vxor cum marito fecerit pactum, vel transactionem, super hoc, promittendo ipsi marito aliquid pro ipsis alimentis, etiam cum iuramẽto. Nam virtute huius pacti, vel transactionis, nec ipsa, nec eius hæredes tenebuntur aliquid dare, nec morte mariti cõfirmaretur, per pulchra motiua & rationes, quas perte videas. ¶ Fatetur [c] tamẽ ipse, quòd † ratione doris promissę nõ solutę marius ipse petere potest interesse ceſsis, ex eo quòd dos promiſ-

A B C

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ſa ſoluta non eſt, quando maritus erat mercatur, vel ſolitus negociari. argum. *l.3.§.final.ff. de eo quod certo loc. & lege, ſocius qui in eo, ff. pro ſoc.* vbi dicitur, quòd in conſueto negotiari moram paſſo in receptione ſibi debiti, haberi conſiderationem lueri ceſſantis. quod bene declarat *Bart. in l. vnica, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* Ad idem eſt text. in *l. fin. § præterea, C. de iure dot.* ibi dum dicit, Panis ciuilis quæſtum, &c. vbi pater, quòd mora commiſſa in ſoluenda dote, quæ conſiſtebat in ciuilibus annonis, hoc eſt redditibus, qui percipiuntur ex publico, maritus poteſt vltra dotem ciuilis annonæ quæſtum, hoc eſt, illud, quod lucrari potuiſſet de dote, ſi ſine mora ſui ſoluta fuiſſet, petere. Si autem maritus non erat mercator, aut conſuetus negotiari, poteſt petere intereſſe vltra dotem, quod prætendit ratione damni, quòd ſenuit, eò quòd præſtat alimenta ex propno: vbi ſoluta dote præſtitiſſet ex eadem. & valida eſt hoc caſu petitio vſurarum: quia illæ, vt intereſſe petuntur, & loco intereſſe ſuccedunt. Et etiam iſto caſu valida eſſet conuentio, per quam conuenit maritus & vxor, dotem promiſſam ſibi non ſoluens, aliquid ipſi marito pro alimentis deberet: vt latè firmat *Ludouic. in dict. conſil.* motus intet cætera per text. quem dicit expreſſum in *l. ſi quis pro vxore, § ſi vxor, ff. iſto tit.* vbi litera dicit, Si vxor viro dotem promiſerit, & doris vſuras, dicendum eſt ſine dubio, peti vſuras poſſe: quia non eſt iſta donatio, cùm pro oneribus petantur matrimonij. Et ita vult *ibi iuriſconſultus*, hanc promiſſionem vſurarum non cauſare titulum lucratiuum, prout eſt titulus donationis, ſeu titulus veræ vſuræ, quam iuriſconſultus lucrum appellat, & dulcedinem: vt eſt tex. not. in *l. ait prætor, ff. ſi quid in fraud. cred.* Sed recuſare titulum oneroſum propter onera matrimonij, quæ ſupportat maritus, & propter quæ ſupportat, dote non ſoluta, intereſſe mariti cauſatur in hoc, quia ſupportauerit illa ex proptio, vbi facta ſolutione ſupportaſſet ex dote. vt ibi latius per eum, poſt plures alios, quos ibi ipſe refere. & per *Angel. & Iaſon. in dict. §. fuerat ante. Abb. in dict. conſil. 85.*

ADDITIONES.

A ¶ Contrahitur mota irregularis.] Vide *Cheſſaneum, in conſuet. Burg. rubr. 4. §. 23. Alexan. conſil. 147. vol. 5. Doctores in l. de diuiſione, ff. ſolut. matrim. Rom. in ſingul. 302. Socin. regul. 269. ſallent. 4. Fanucium de lucro dotis, verſ. reſtituenda, num. 37. & Seguram in l. ſi ex legati cauſa, numer. 187. de verb. oblig.*

B ¶ Si tamen maritus longo tempore.] Vide *Alexand. conſil. 56. & lib. 4. & Bart. de dotibus, c. 25. num. 8.*

C ¶ Fatetur tamen.] Vide circa hæc, plura, quæ per authorem docentur, infr. 6. not. 9. 8. & plures quos ibi deduxi. ac multos allegantem *Bartum de dotibus, cap. 25. num. 7. & 8.*

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Maritus non debet ſine dote onera matrimonij ſuſtinere, ſi vxor eius eſt dines, quæ dotem dare poſſit.*
2 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.*
3 *Maritus ſi accepit vxorem ſine dote, quia non fuit ſibi promiſſa, an debeat eam alimentare.*
4 *Iuranſ accipere aliquam puellam in vxorem, nulla facta mentione dotis, non tenetur eam accipere, niſi dos ſibi conſtituatur.*
5 *Pater ſi conſenſit, quod filius ad honores promoueretur, videtur ſe conſtituiſſe fideiuſſorem pro eo.*

AMPLIARI etiam poſſunt prædicta, vt maritus poſſit vxori alimenta denegare, & à domo ſua ipſam expellere: non ſolùm, quando dos promiſſa non ſoluitur, vt loquitur iſte text. ſecundum vnum intellectum, & loquuntur iura prædicta: verùm etiam ſi maritus cum aliqua muliere diuite cõtraxit: nulla facta dotis commemoratione, nam & tunc poterit marius petere ab vxore, quòd ſe dotet, ex quo habet vnde. quod ſi nolit, poterit ei alimenta denegare, & à ſe illam expellere, quia non debet maritus † onera matrimonij ſuſtinere, ex quo dotem 1 non habet, & muliet eſt dines, quæ dotem dare poteſt. ita ont. voluit *Bald. in dict. l. fin. C de ſen. quæ ſine cert. quant. prope ſi.* Quamuis enim à principio non fuiſſet actum de conſtituenda dote: tamen ex quo vir incipit ſuſtinere onera matrimonij, poteſt petere dotem ſibi conſtitui iuxta facultatem & condiõnem mulieris, vt muliet ſentiſt onera dotis, vt voluit gloſſing. in *l. obligamur, § lege. ff. de action. & oblig.* ¶ Item dos non eſt quid extremum & ſeparatum ipſi matrimonio, ſed potius connexum & cõiunctum: vt *cap. de prudentia, ſupr. eod.* adeò quod † dos non 2 poteſt eſſe ſine matrimonio, vt *l. 3. ff. de iur. dot. & l. fin. § ſicut, C de donat. ante nupt. & Inſt. de nupt. § ſi aduerſus.* Ratione ergo iſtius coniunctionis poterit maritus petere ab vxore dotem, quamuis à principio de dote nihil fuerit dictũ: quod ſi nolit, poterit ei alimenta denegare, & à ſe illam expellere. ¶ Et ſecundum hoc debet intelligi quod habetur in *l. quod ſi nulla, ff. de relig. & ſum. fun. & in authentic. quib. mod. nat. effic. leg. §. quoniam, & authent. de nupt. §. ſi quis enim.* vbi dicitur, quòd ſi maritus † vxorem accepit ſine 3 dote, quis non fuit ſibi promiſſa, debet illam alimentare, tanquam ſororem, nec poteſt ex A hac cauſa illam expellere, de quo per *Ioann. de Imol. ff. vt in poſſ. leg. &* per *Vital. in lib. 1 Clauſul. 1 part. 219 in fin. aliàs in clauſula, an poſſit renunciari iuri alimentorum, 10 columna. in fin.* nam debet intelligi, quando vxor eſt inops, ſecus ſi dines, vt apparet ex prædictis. ¶ Ex 4 quibus infertur, quòd B † ſi aliquis iurauit accipere aliquam puellam 4 in vxorem, nulla facta commemoratione dotis, non tenetur eam accipere, niſi dos ſibi conſtituatur. Si enim poſtquam illam duxit in vxorem, nulla facta dotis mentione, poteſt ab ea petere, vt ſe dotet, aliàs poteſt illam expellere: vt ſuprà dictum eſt, à fortiori poterit

eam

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

eam volentem dotem constituere, non recipere: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem: vt l. 1. §. *quod autem, ff. de superfi. & cap. quemadmodum, super. de iureiuran.* Ista est pulchra decisio *Bald. in cap. mranit, suprà. de probat.* Nec obstat, si dicatur, quòd matrimonium potest esse sine dote: vt *dict. l. fin. C. de don. ante nupt.* vnde condixi, si se dotauerit, est conditio extrinseca. Conditiones extrinsecæ non subintelliguntur, nisi exprimantur, vt *l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verbor. obligat.* quia ad hoc respondetur, quia licet matrimonium sit possibile sine dote, non tamen est decens vel honestum. tacitè ergo videtur de dote, vel totius patrimonij mulieris, vel partis, prout vir dignus fuerit, iuxta not. in *l. mulier bona, & l. quæro, ff. de iure dot.* Et hoc maximè, si pater mandaret filiam nuptui tradi. nam tunc indistinctè pater videtur de dote sentire, quàuis de ea nulla sit facta mentio. argum. *l. Theopompus, ff. de dote prælegat. secundum Bald. in dict. cap. iur. anit.* vbi hoc refert *Andr. Sic. col. 2. ver. subdit etiam.* Idem dicas tu, si non mandaret, sed consentiret, quia filia nuptui traderetur: nam tunc eodem modo videtur de dote sentire, & tenebitur eam dotare, quamuis de dote nihil sit dictum: vt voluit not. *Bart. in l. si cum dotem. §. transgrediamur, 2 solum. ff. solut. matrim.* argum. text. in *l. 2. in princip. ff. ad muni. & l. honores, in fin. ff. de adoption.* vbi dicitur, quòd si † pater consensit, quòd filius ad honores promoueretur, per consequès videtur se constituisse fideiussorem pro eo, & tenetur proinde quicquid in republica filius gessit. Sic ergo in casu nostro, consentiendo pater, quòd filia contrahat matrimonium, tacitè videtur sentire de dote, vt eam constituere teneatur.

C

5

ADDITIONES.

A ¶ Nec potest ex hac causa illam expellere.] Vide *Ripam, in l. 2. num. 43. ff. solut. matrim. Alexan. consil. 169. numer. 3. lib. 7.* atque his & alijs pro vtraque quæstionis parte allegatis, *Fanuc. de lucro dotis. gloss. 9 nu. 50. Ant. Gomez, l. 53. Taur. n. 31.*

B ¶ Et quibus infertur.] Vide *Fanuc. vbi suprà, numer. 51.* & latius *Conarru. de sponsal. part. 1. c. 5. num. 4.*

C ¶ Nam tunc indistinctè pater.] Vide *Fanuc. vbi supr. & Conarru. de sponsal. part. 2. c. 7. num. 2. ad fin. & Bactium de doribus, cap. 15. num. 21.* ac latiùs multò pluribus allegatis, *ibid. c. 5. num. 6. Alexan. consil. 7. vol. 2. & consil. 35. & 56. vol. 4. & decis. Tolosan. 290. & Marlefil. singul. 105.* apud quem alij complures adduntur.

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Filia contrahens matrimonium, sine consensu patris, vel eo inuito, non potest ipsa, vel maritus agere contra patrem, vt dotem sibi constituat. & num. 7.*
2 *Pater si in suo testamento dixit filium esse prodigum, iudex debet ei credere.*
3 *Pater si in suo testamento prohibuit filio alienationem legitimæ, dante 25. aureos acquirit: quia non reputabat eum integri status, vel aliàs, valebit ista condictio.*
4 *Alienationem legitimæ filio suo prohibere volens, quid agturus sit.*
5 *Præceptum de non alienanda legitima ex iusta causa, an valeat.*
6 *Pater forsitan amat filium, quàm ipsum.*
7 *Conditio, si nupserit de consensu, vel consilio talis, non præsumitur, nec reprobatur à iure.*
9 *Statutum Lucensium, pœnas contrahentem matrimonium cum filia alicuius, sine patris consensu, an valeat. & ver. sequent. num. 9.*
10 *Homicidium est contra naturam, & tamen per accidens est permissum.*
11 *Statutum quod Guelphus non possit contrahere matrimonium cum Gibellina, an valeat.*
12 *Statutum ciuitatis, quod nullus contrahat matrimonium cum muliere non habente patrem, vel matrem, sine consensu carnalis fratris ipsius mulieris, sub pœna, an valeat.*
13 *Matrimonium contractum cum raptore, tenet de iure: mulier tamen, quæ cum raptore contraxit, perdit bona à raptore, quæ sibi à lege deferebantur.*
14 *Statutum, quod filia non contrahat matrimonium sine patris consensu valet.*
15 *Matrimonia de iure ciuili debent esse libera.*
16 *Matrimonia clandestina prohibentur.*
17 *Statutum Lucensium non potest vt tota legem diuinam tollere: potest tamen illam distinguere, & ut eorum casibus limitare.*
18 *Reuerentia debetur parentibus.*
19 *Si pater contrahat sponsalia pro filio præsente, vel matrimonium, valet: quia tacitumitas filij præsentis sufficit.*
20 *Mater potest offerre filios religioni.*
21 *Pater debet consensum in collocanda filiam matrimonio gratis ex debito charitatis adhibere: vnde si exinde aliquid recipiat, impiter accipit. & num. 25.*
22 *Tutor qui recipit pecuniam pro copulanda pupilla, an timeatur exhæredare.*
23 *Voluntas in maleficiis spectatur, non exitus.*
24 *Rem prohibitam in bello, si quis attentauerit, punitur: licet bene gesserit.*
26 *A patria potestate liberatur filia per contractum matrimonij.*

SED si filia contraheret matrimonium, sine patris mandato, vel consensu, vel forte eo inuito: non posset ipsa, vel maritus agere contra patrem, vt dotem sibi constituat, quia hoc casu pater non teneretur, filiam dotare. Ista faciunt ad dubium, quod semel corrigit in regio consilio: Pater filiam in monasterio quodam nutriendam misit, abbatissa illam induxit ad monachatum, inscio patre, imò forte contradicente: facta professione, mortalis infirma ad domum patris mittitur, & ad monasterium rediens, non admittitur: petit se admitti, & restitui, tanquam spoliata sua possessione. obijcitur de dote non reddita, de qua sustentaretur. pater dicit, quod non fuit à principio promissa per filiam, nec per patrem, immo sine dote recepta. Tantam quidem nuptiarum excellentiam filius contingere non debet, nisi patris voluntas antea proponatur. Si Cyri documento credimus, qui còm à Cyapare ad præstantissimam auri amplissima dote mulierem suscipiendam inuitaretur, non antè se velle dixit, quàm à parentibus collaudari certior esset. Reassumit *Franciscus Marbarus in suo libello, de*

§. III.

1 A

re

re vxor. 1. *in fin.* Hinc, vt opinor, inoleuit conſuetudo in partibus noſtris, & ferè in toto regno, quod cùm alicuius filia nuptui traditur, & ad deſponſationem adducitur, oõ aliter ſuum exprimit aſſenſum, niſi à patre prius fuerit iuſſa, quanquam ſecretè apud parentes conſenſum præſtitiſſet. Quod laudabile eſt, & verecundiæ ac pudoris ſignum. ad hoc bon. text. *in c. qualis*, 30. *q.* 5. à quibus ſumpta fuit *lex regni, in*
l. 2. tit. *carris Tauri.* 49. quæ ſuper hoc diſponit. Hoc
1. lib. 5. probatur primò per text. in *c. boneorantur*, 32. *q.* 2. vbi litera dicit, quòd non eſt virginalis pudoris quærere maritum, ſed curæ paternæ relinquendum eſt. & alibi dicitur, quòd pater pro liberis ſuis conſilium capit, vt *l. nec in ea, ff. de adulr.* quam allegat *Ang. conſil.* 85. *col.* 1. ad propoſitum. de quo videbis. ¶ Ex inde eſt, quòd ſi pa-
2 ter in teſtamento dixit, filium eſſe † prodigum, debet iudex credere, nec à vem patris conſenſu diſcedere, vt eſt text. ſing. in *l. ſi furioſo puberi,*
B *in fin. ff. de curat. fu.* ¶ Ex[b] quo inferri poteſt vnum ſingulare verbum, & quotidianum, quòd
3 † ſi pater in ſuo teſtamento prohibuit filio alienationem ſuæ legitimæ, donec haberet ætatem viginti quinque annorum, quia non reputabat eum in integri ſenſus, vel aliàs: valebit iſta conditio. & credetur patri ſuper hoc, nec dicetur grauamen legitimæ impoſitum: ad hoc bonus tex. in *l. multi non nota. ff. de liberis, & poſthum. & in l. filio matrem, C. de inoffic. teſtam. per* Bart. *in l. a iam ex filio, in princ. ff. de vulgar. & pupill.* Paul. *de Caſt. conſ.* 234. licet aliud ſentiat Franc. *de Arret. conſil.* 19. de quo per *Paulum de Monte Pico in repet. l. in quartâ, ff. de vulgar. & pupil.* 43. *column. verſ.* 8. *poſſet.* quos videas per te. Idem ſentit Bart. *in l. filiusfamilias,* §. *dini in 5. appoſ. de legat.* 1. vbi dat conſilium patri volenti † prohibere filio alienationem legitimæ, quòd exprimat cauſam, videlicet quia putat filium minus induſtrioſum, nec aptum ad
4 regendum & gubernandum, ſed dilapidatorẽ: nam tunc creditur patri, quia præſumitur feciſſe ad vtilitatem filii: vt apparet ex prædictis: & firmat Paul. *in d. conſil.* & eſt textus valde notandus, *in l. nihil, verſus facilior. ff. de bonis liber.* vbi pater præſumitur omnia facere, vt pareat filijs: & propterea patet appellatur geſtor negotiorum filij, & facit illud *Virgilij*: Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis. Adde hic plura & pulchra, quæ circa hoc ponit Paul. *de Monte Pico, in repet. l. in quartam ff. ad leg. Falcid. col.* 43. quæ per te videas, ibi enim diffuſè proſequitur effectum, qui reſultat ex huiuſmodi diſpoſitione patris erga filium prodigum, diſſipatorem, & minus induſtrioſum, qualem ego ad præſens habeo, niſi Deus propitius ſua clementia ſuccurrat, ſuam infundendo gratiã in ipſo, vt errata emẽdet, vitamque ducat meliorem. Alioquin iſto, & alijs remedijs opus erit, ne ea, quæ à parentibus iure habuimus hæreditario, quæque nos ipſi magno labore ex regum largitione aliiſque laborioſis vijs acquiſiuimus, filius diſſipator & prodigus paruo conſumat tempore. In his etenim remedijs quibus pater filio perdituro prouidet, & occurrit, nulla præſumitur fraus, vel ſimulatio: vt notanter dixit Bald. *in l. pactum, C. de col. quæſt.* 21. per iura, quæ ibi allegat, quæ videri poſſunt. Ex quo aliàs dixi, donationem propter nuptias factam filiofamiliæ, eoo præſumi ſimulatam, quamuis poſt donationem poſſeſſio rei donatæ apud patrem reperta ſit. Adde etiã prædictis *Angel. in l. quoties, la* 1. *C. de fideicommiſſ. & ibi Iaſ.* & alij moderni. vbi volunt valere cõſuetudinem, quæ Peruſij viget, quod patres, qui filios habent diſſolutos, poſſunt iubere filijs, quod non alienent bona immobilia ante 25. vel 30. annum, vt ibi per eos: quos vide, & *Iaſ. in dict. l. filiusfamilias,* §. *dini. column.* 3. *de leg.* 1. vbi tenet, quod iſtud præceptum, † de non a- 5
lienando, reſpectu legitimæ, etiam cum cauſa, non valet, per *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtamen.* vbi iſta, & multa alia cumulatiue, in mea repetitioõe, in octaua ampliatione, latius ac diffuſius in prima limitatione. Vide etiam *doct. de Segur. in repetitione,* §. *ſed ſi fundum, l. vnum ex familia. de leg.* 2. *fol.* 17. *column.* 2. ¶ Ad idem facit text. in *l. ſcripto, in fin. ff. vnde libe.* text. etiam in *l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.* vbi dicitur, quòd † 6
C pater *c* fortius amat filium, quàm ſeipſum. faciunt multa alia, quæ cumulat *Andreas Siculus, in repetit. cap. Raynaldus, de teſtament.* 291. *column.* ¶ Ex quibus infert ad id, quod olim accidit, dum aliàs eſſet quidam occiſus, & pater & filius eſſent accuſati de homicidio, de quo conſtabat, non tamen apparebat, an pater vel filius occidiſſet, Carolus II. fecit adducere patrem & filium ad furcas, & finxit incipere à filio, qui reuera fecit homicidium. Pater amore filij, ne filius occideretur, dixit ſe feciſſe homicidium: & tamen amore filij fuit ſuſpenſus, quia non eſt amor qui vincat paternum: vt *l. fin. C. de exra. furioſo. & l. quidam cùm filium. ff. de hæredibus inſtituendis.* Vide in ſimili, grande ac deteſtabile 7
facinus, quod rex Petrus ſeen aduerſus ſenem patrem, qui regem rogauit, vt ipſum pro filio delinquente occidi iuſſiſſet. quod & fecit, vt narrat *Fredericus epiſcopus Palmicinus in ſua hiſtoria Hiſpanica*, cùm de ipſo Petro agit. ¶ Ex quo dicebat *Bald. in dict. l. fin. in quibuſdam lecturis.* & refert & ſequitur *Alexand. in l. quæſtionis, in fin. ff. de quæſtion. in apoſtillis, & in l. fin.* §. *ſi quis autem, ff. de bonis eorum qui mortem ſibi conſc.* quòd ſi citatus pater, & non vult comparere, debet capi eius filius: quia veriſimile eſt, quòd tunc comparebit, & confitebitur. Idem ſi pater & filius inculpantur de delicto: nam ſi inquietatur filius in præſentia patris, ſtatim confitebitur. ¶ Ad hæc bene facit text. in §. *fin. al. inſtit. de noxa. act.* ibi: quis enim patitur filium ſuum. facit etiam text. & quæ ibi cumulat *Fely in cap. afferte, de præſumpt. in ſecunda notat.* Ex quibus omnibus, & multis alijs, quæ breuitatis cauſa omittuntur, apparet, quantus amor ſit inter patrem & filium, & cõſequenter quomodo patris conſilium erit filio proficuum, quod filio non licet ſpernere.

¶ Si

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

¶ Si ergo filia sine † consilio & consensu patris contrahit matrimonium, & ita impodenter & inconcerter se gessit erga patrem: iustum est, quòd pater eam non dotet. non enim frustra iura ciuilia requirunt consilium & consensum paternum in matrimonio filiæ: nam per illud optimè ipsis mulieribus consulitur, quæ sæpe contra propria laborant commoda, propter sexus & ætatis infirmitatem: vt *l. si pater, in fin. C. si sponsalib.* Requirere autem consilium patris, consanguineorum, vel amicorum, in matrimonijs contrahendis, non est contrarium matrimonio: immo eius naturæ consuetum: vt *l. vidua, & l. in copulandis, C. de nup.* & firmat *Paul. de Castr. consil. 88. incip. videtur dicendum.* quem refert & sequitur *Felin. in cap. ex parte, de constit. 3.* 8 *colum. ver. sed vltra omnes concludentes.* quod † conditio, si nupserit de consilio talis, non spernitur, nec reprobatur à iure. Et propterea consuluit idem *Paul. in d. consilio*, quod hæredes grauari de maritanda filia testatoris, cum consilio Titij, si eam maritauerunt inconsulto Titio, perdunt hæreditatem: iuxta *authentic. hoc amplius, C. de fideicomm.* Licet enim differatur potestas nubendi propter requisitionem talis consilij: non tamen conditio reprobatur, vt probat tex. in *l. cum tale, § Mœuia. ff. de condition. & demonstrationibus, & l. sed si hoc, § fin. eodem tit.* Idem tenuit *Ioann. de Ana consil. 15. incipiente, circa testamentum.* Vnde non obstante hac dilatione seruari debet voluntas testatoris hoc casu, quia conditio inducens viduitatem respectu certi temporis, valet: vt ibi. ¶ Ex istis infertur ad vnum satis quo- D 9 tidianum, & notabile, quòd *d* valet † statutum laicorum, puniens contrahentem matrimonium cum filia alicuius, sine patris consensu: vt not. voluit *Bald. in rubric. de constit. supr. penult. col. vers. an valeat statutum.* dicens, quòd substantia matrimonij non potest prohiberi per laicos, sed bene possunt statuere circa qualitates. Vnde si reipublicæ interest talia connubia non fieri, ne fiat scandalum in populo, tenet adiectio pœnæ, sicut tenet, ne malis moribus ciuitas informetur: vt *l. 1. C. de secun. nupt.* Nam homici- 10 dium † contra naturam est, & tamen per accidens permissum. ita plerumque magis considerantur accidens, quàm natura: quia accidentia oculum obnubilant, & tegunt, vt *C. de adulter. l. Gracchus. ff. de pœn. l. 1. § bestias.* Omnia ista accidentia vocantur qualitates de iure nostro, quia sunt quædam adiectiones, secundum eum. ¶ Idem voluit ipse in *c. clerici, in princip. vers. sed hic quæritur, supr. de iudic.* dicens valere statutum, quòd propter vitandum scandalum ciuitatis nullus possit contrahere matrimonium cum terrena, sub pœna capitis: quia non punitur matrimonium, sed qualitas: vt *dicta lege 1. de secund. nupt.* in matrimonijs enim non punitur matrimonium, in quantum matrimonium, sed potest puniri in sua qualitate, vt *ff. de contrat. ab. l. non tantum, § fi emancipatum.* ¶ Idem voluit *Bald. in cap. tenor, in fin. supr. de re iudic.* dicens, quòd in matrimonijs potest apponi pœna per statutum ciuitatis, præterquam quo ad impediendum substantiam matrimonij. ¶ Hoc idem clarius tenet idem *Baldus in l. omnem. ad fi. C. ad Tertullia.* dicens valere statutum ciuitatis, quòd punit cõtrahentem matrimonium cum filiafam. sine consensu patris: quia contrahere sine consensu patris, est contra bonos mores omnium, & maximè prudentum, & inducit odium capitale: vt *dict. l. non tantum, § fi emancipatum ff. de contrat. ab.* & ideo valet statutum, non quia vetat substantiam matrimonij (hoc enim non potest facere nisi Papa) sed quia punit malos mores in repub. facinora feminantes. hæc sunt eius verba notanda, & ad propositum nostrum satis accommodata. ¶ Hoc idem fuit de mente *eiusdem Bald. in lege secunda, § decere, in fin. ff. ne quis eum qui in ius vocat. ex vi exi.* quem refert & sequitur *Iason in lege secunda, in fine, ff. de iurisdictione omnium iudicum.* vbi † dicit va- 11 lere statutum, quod nullus Guelphus possit contrahere matrimonium cum aliqua de comitibus Albertis sub certa pœna, vnde si contraxit matrimonium, incidit in pœnam. secus si contraxit sponsalia. ¶ Idem tenuit *Bald. in lege prima, § ius naturale, 1. colum. vers. sed hic quæritur, ff. de iustitia & iure.* vbi: decidit, valere statutum ciuitatis, quòd nemo accipiat Gibellinam in vxorem, sub pœna mille librarum: nam hoc facit *lex, ff. de diuort. tio, l. quòd ait.* Non enim infectum est matrimonium, sed pœna committitur. Si ergo tale statutum fit propter aliquam publicam vtilitatem, vel æquitatem, tenet statutum, respectu pœnæ. *C. de inoffic. testa. l. tutor. C. de secund. nupt. l. hac edictali.* coniuncto eo, quod notat *Innocent. in cap. final. de secund. nupt.* hæc ille, quem refert & sequitur *Angel. Inst. de nat. nat. 2. colum. vers. quæro an per statutum.* Idem voluit *Angel. de Perus. in dicto § ius naturale, in fin. vers. item fatit.* vbi dicit valere statutum, quòd non possit contrahi matrimonium cum agnatis: quia quædam matrimonia de iure ciuili prohibentur. *Instit. de nupt. in princip.* sed statutum est ius ciuile. ergo postea subdit, quòd statutum non potest fieri ad impediendum matrimonium, quia est de iure diuino. Sed quantum ad impediendum ius patriæ potestatis, & effectus successionis, bene potest, quia sunt de iure ciuili. *Instituit. de pa. pot. in princip.* hæc ille, quem refert, & in effectu sequitur *Iaf. in dicta l. 1. § huius studij, colum. 3. ver. hinc dubitant Bald. & Angel.* idem est de mente *Bald. consil. 329. incip. statuto terræ, 4. parte.* vbi præsupponit, valere statutum ciuitatis, quòd † nullus contrahat matrimonium cum mulie- 12 re non habente patrem, vel matrem, sine consensu fratris carnalis ipsius mulieris, sub certa pœna, &c. ¶ Idem voluit *Bartol.* per illum textum in *l. adiectum, C. de nuptiis. libr. 11.* vbi prohibitum est, mulierem monetariam nubere extraneis. et quo dicebat *ibi Bartol.* valere statutum, quòd inter homines diuersarum ter-

rarum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rarum non contraharur matrimonium ſub certa pœna, quantum ad hoc, quòd contrafaciens incurrat pœnam, ſi poſſunt honeſtè nubere: ſernata forma ſtatuti: quia in qualibet ſecta tot ſunt, quot poſſint matrimonia contrahi. ad hoc *l. cùm ita, & l. ſequenti, ff. de cond. & demonſt.* ſecundum *Bartol. vbi ſup.* quem ſequitur *Angel. & Ioann. de Plat.* refert & ſequitur *Ang. de Aret. Inſt. de iur. natur. 2. columna. ver. quæro an per ſtatutum.* ¶ Idem voluit *Bart conſil. incip. Later præſentis ſchedulæ, & Bald. in l. ſi matrem, C. de ſuis & legit. hared.* vbi dicit, quòd ſtante Mediolanenſi ſtatuto, quòd mulier nupta extra territorium Mediolani, non ſuccedat in Mediolanenſi territorio. quædam mulier, mortuo patre immiſcuit ſe hæreditati paternæ, deinde nupſit cuidam Mutinenſi; an perdit hæreditatem paternam? Decidit, quòd ſtatutum debet intelligi in acquirendis, non in acquiſitis, priuſquam nuberet: ſi ergo ouberet, excluderetur ab hæredirate vigore ſtatuti, ſecundum eum. ¶ Bene facit ad hoc, quod voluit *Andr. de Iſer. in cap. 1. §. 1. de probib. ſin. alien. per Lotha.* facit etiam text. cum gloſ. *in cap. cùm ſecundum leges, de hæred. lib. 6.* dum dicit text. & mulier humanam legem tranſgrediens, & præſertim parentibus ſuis non conſentientibus, raptoris noptias eligens. ex quo dicebat ibi gloſſ. *in verſic. certo caſu.* quòd licet matrimonium † contractum cum raptore, teneat de iure. vt *cap. cum cauſa, de raptor.* muliet tamen, quæ cum raptore contraxit, perdit bona raptoris, quæ ſibi à lege deferebantur. Cùm enim mulier hoc caſu tractet de lucro captando, non de diminutione ſui patrimonij, & pœna illa per legem ſibi obueniat: quare lex eo quod confert priuate non poteſt. ¶ Hanc gloſſ. ſecuti fuerunt doctores magnæ ſcientiæ & auctoritatis, *Lap. Abb. & Ioan. de ſancto Georgio, & Bald.* ibi, dicentes per hoc † valere ſtatutum, quòd filia non contrahat ſine patris conſenſu. Idem tenet *Cal. in cap. 2. ſupr. de deſpon. impub. & Card. & Gaſpar de Cal. in c. gemma, de ſpon. Anton. in c. 1. eod. tit.* Seruanda ergo ſunt iura ciuilia, patris conſenſum in matrimonio filiæ requirentia. de quibus ſuprà habita eſt mentio. ad idem *l. Paulus, ff. de ſtat. hom. & l. ſicut proponis, C. de nupt.* ¶ Et ita quàs alias de iure ciuili † matrimonia debeant eſſe libera *l. Titia, in princip. ff. de verb. oblig. l. 2. C. de inuti. ſtip.* & tamen requiritur conſenſus patris, vt ex prædictis apparet. & not. *in cap. ſufficiat, 27. quæſt. 2.* Ad hoc bene faciunt not. *in leg. cùm ita lex latur. & in l. hoc modo, ff. de condit. & demonſt.* vbi dicitur, quòd licet mulier ex diſpoſitione teſtatoris prohibeatur cum certis perſonis contrahere, non videtur illa diſpoſitio viduitatem inducere, aut libertatem matrimonium contrahendi auferre. Sicut enim teſtator hoc poteſt facere, ita & ſtatutum prohibendo filiæ, ne matrimonium contrahat ſine patris conſenſu. ¶ Nec videtur hoc iuri canonico aduerſari: quoniam reperimus, quod valeat conſuetudo circa accidentalia matrimonij, ſcilicet quo ad dotem: vt not. volunt *Hoſtien.* quem alij ſequuntur *in cap. ſup. de ſponſal.* immo etiam valebit circa validitatem matrimonij: vt not. *in cap. 1. & in cap. ſuper eod. ſup. de conſ. ſpi. & 30. q. 5. c. 1.* vbi litera dicit: Aliter legitimum non fit coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus vxor petatur: & à parentibus & propinquioribus ſponſetur, &c. ad idem *c. noſtrates, & c. qualis eadem cauſa, & q. ecce* quomodo illi text. videntur requirere parentum conſenſum. ¶ Facit præterea text. not. *in c. cùm inhibitio, quaſi per totum titulum, infr. de clandeſt. deſpon.* vbi prohibentur † matrimonia clandeſtina contrahi ſub pœna. Et ita valet prohibitio, quo ad qualitatem matrimonij: valebit ergo, quantum ad hoc, vt ſine patris conſenſu filia matrimonium non contrahat. ¶ Præſertim cùm hoc ſtatutum foueatur ſancta & honeſta ratione, ſcilicet, ne mulieres propter imbecillitatem ætatis, & fragilitatem ſexus, agerent contra propria commoda: vt *l. ſi pater, C. de nupt. & l. 2. C. ad Velleianum, & l. fin. §. filij autem, C. de bon. quæ lib.* In matrimonijs enim contrahendis non ſolum quod licet, ſed quod honeſtum ſit, conſiderandum eſt. *l. ſemper in conuentionibus, in princip. ff. de rit. nup.* Cùm autem licitum & honeſtum ſit, quòd filia non contrahat matrimonium ſine patris conſenſu: vt pater ex prædictis, ergo illud conſiderandum eſt. ¶ Maximè, quia ſtatutum requirens patris conſenſum in matrimonio filiæ, nihil de matrimonio diſponit, ſed ſolùm qualitate matrimonij, quæ eſt diuerſa & ſeparata à matrimonio: ſeparatorum autem ſeparata debet eſſe ratio. *l. miles, §. defuncto, ff. de adult. cap. edoceri de reſcript. & cap. apoſtolica, de his quæ ſunt à prælat.* ¶ Et ſi dixeris, quòd in matrimonio laici nihil dire ctè vel indirectè diſponere poſſunt, tum quia inferiores *cap. cùm inferior, de maior. & obed.* tum etiam quia eſt ſacramentum, & res ſpiritualis, & ne ex hoc intimidetur matrimonium: vt *cap. gemma, cùm ibi not. ſup. de ſpon.* Reſponderi poteſt, quòd † licet ſtatutum laicorum non poſſit ex toto legem diuinam tollere: vt *dict. c. cùm inferior, & l. nam & magiſtratus ff. de arbit.* poteſt tamen illam diſtinguere, & in certis caſibus limitare: vt not. *in cap. quæ in eccleſiarum, de conſt. & in c. nouit de iud. & in c. in omni negocio, de teſt. & in l. 1. ff. de conſt. prin. & in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. pub. & in l. ſi vnus. C. de teſtam. & in l. fin. C. de fideicomm. cum ſim.* ¶ Præterea ſi attentè faceras legimus ſcripturas, non longè à iure diuino erit, in matrimonijs filiorum conſenſum interuenire parentum. Abraam enim præcepit, vt filius ſuus Iſaac non acciperet vxorem de filiabus Chananæorum: ſed de cognatione ſua. *Geneſ. 24. cap.* nec præcepiſſet, niſi de iure præcipere potuiſſet. & in matrimonio filij poteſtatem habuiſſet. ¶ Item ſeruus Abraham, pro coniugio Rebeccæ non requiſiuit puellam, ſed parentes eius, qui reſponderunt: En Rebecca coram te eſt, tolle eam: ſit vxor filij domini tui.

Geneſ.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Genes. 24. ¶ Item Agar accepit vxorem filio suo Ismaeli de terra Ægypti. *Gen.* 21. ¶ Item Isaac præcepit Iacob, dicens, Noli accipere coniugē de genere Canaam: sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban. & Iacob, licet ardenter amaret Rachel, & semel deceptus, sine patris consensu, eam in cōiugem non accepit. *Gen.* 23. ¶ Item Laban promisit dare, & dedit filias suas in vxores Iacob. *Genes.* 29. ¶ De Esau etiam refert *Iosephus de Antiquitate libro* 1. *cap.* 14. Esau inquit, cum esset annorum quadraginta, duxit vxorem Aganuda Melnois filiam, & Alibamin. *Eusebius.* Vtrorum inter Chananæos valde potentium, se metipsum faciens dominum in potestate nuptiarum, & nec patris consilium sumens: quia nec permisisset Isaac, si in eius voluntate faceret. Non enim habebat libenter ad prouinciales suā copulare cognationem, nolens autem molestus esse filio, vt iuberet eum à mulieribus abstinere, tacere decreuit. Per quod patet, quod si Isaac voluisset prohibere ouptias filii, posset, tanquam non factas de eius consilio & consensu. ¶ Item Sichen postquam stupruit Dinam filiam Iacob, dixit patri suo, Accipe mihi puellā hanc in coniugem. locutusque est pater Sichen ad Iacob, dicens, Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date illi eam in vxorem, & iungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite. *Genes.* 33. Sichem & pater suus gentiles, qui in potestate sua habebant puellam, & tanto eam prosequebantur amore, noluerunt tamen eam matrimonio copulare, nisi patris consensus accederet. ¶ Item Iudas, filius Iacob, dedit vxorem primogenito suo. *Genes.* 38. ¶ Item *Exod.* 22. dicitur: Si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem. Si vero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis. & habetur transumptiuè in *capit. tria. cum sequent.* 36. *qu.* 2. *& in cap.* 1. *infra de adult.* ¶ Item *Deuter.* 22. dicitur, Filiam dedi huic vxorem. ¶ Item Caleb dixit: Qui acceperit istam ciuitatem, dabo ei Axā filiam in vxorem. *Iud.* 1. ¶ Item Sampson, cum antea inspexerat mulierem, requisiuit patrem suum, dicendo, Accipe quæso hanc mihi in vxorem. *Iudic.* 14. Et postea socer dixit ei, Putani quod odisses eam, ideo tradidi illam amico: sed habet sororem, su tibi pro ea vxor. *Iudic* 15. ¶ Item Saul promisit dare filiam suam vxorem, &c. 1. *Regum* 17. *&* 28. ¶ Item dixit Tobias ad Raguelem, Hic non manducabo, nisi promittas mihi Sarram filiam tuam in coniugem. *Tobiæ* 7. ¶ Item *Ecclesiastic.* dixit, Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas faciem hilarem ad illas: trade filiam, & grande opus feceris: & homini sensato da illam. *Eccles.* 7. ¶ Nō ergo debet filia sine patris consensu matrimonium contrahere, nec per hunc modum patrē iniuria afficere, ac tædio contristari: quem potius † honorare, eumque reuereri tenetur: adeò, quod ex magno beneficio à patre in filiam collato, nihil condignum filia patri retribuere potest: vt testatur *Philosophus Ethicor. octauo.* Dant enim parentes filio tria. Primo stabilimentum quo ad esse. *Ecclesia. septimo:* Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliniscaris: memento, quoniam nisi per illos natus nō fuisses. Secundo nutrimentum, sine fulcimentum, quo ad necessaria vitæ. nullus enim intrat filius in hunc mundum, vt dicitur *Iob* 1. sed à parentibus sustentatur. Tertiò documentum. *Hebræorum* 12. Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus à parentibus, debemus eos magis reuereri: quam dominos. Vnde *Eccles. tertio*: Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet. Item quia dant nobis nutrimentum in pueritia, & nos debemus eis duc in senectute. *Eccles. tertio.* Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius. Item, quia docuerunt nos, debemus eis obedire, *ad Colos.* 3. Filii obedite parentibus vestris per omnia. Prout late ac singulariter vltra alios ista prosequitur episcopus *Abulensis in libr. de amore & amicitia. part.* 1. *capit.* 3. 14. 15. *&* 16. Si ergo filia immemor beneficiorum, quæ recepit à patre, nubat sine eius consensu, & voluntate, non est sibi obediens, vt docet Apostolus, & contristat patrem contra Dei præceptum, & voluntatem: vnde non tenebitur eam dotare, vt supra dictum est. Quapropter iustum videtur, quod filia cum patris consensu matrimonium contrahat: nam hoc fieri debere & ciuilis & naturalis ratio vel ordo persuadet: vt *Institut. de nupt. in princip. canonizata* 36. *quæst. vltim. capit. fin. in fin.* ¶ Et hinc est, quod si pater contrahat † sponsalia, vel matrimonium pro filio præsente: valet matrimonium: quia sufficiat taciturnitas filii præsentis: vt *l. sed ea. ff. de sponsa. & cap. vnico. de desponsat. impub. libr.* 6. siue filius sit in potestate patris, siue emancipatus. Idem, si mater contrahat pro filio, per illum textum, qui indistinctè loquitur de parentibus, & sic includitur etiam mater, sicut alias dicitur, quòd † ipsa mater potest filios offerre religioni, sicut pater: vt not. *in cap.* 2. 20. *quæstione* 1. *& in cap.* 2. *super. de reg.* secundum *Ioann. Andr. in dict. ca. vnico.* ¶ Imo plus voluit *ibi Anchar.* quòd pater potest contrahere sponsalia, vel matrimonium, pro filio spurio, etiam ex damnato coitu. cum in hoc consideretur reuerentia debita inter naturæ, & non patria potestas. per not. per *Bald. in l. tutelæ. ff. de capit. domin. & in l.* 1. *ff. de accusat.* Nec potest filia contradicere sponsalibus contractis per patrem, si dignum sponsum sibi eligat: vt *dict. sed ea.* & si tunc contradixerit, vitium ingratitudinis incurrit: vt ibi firmat glos. & inde sumpta est *lex regni* 4. *part. tit. ul. libr.* 10. *& Fori legum libro* 4. *tit. ul. libr.* 2. de quibus infra. ¶ Iste tamen consensus patris solum requiritur in cōtractu matrimonii, non autem in eius executione, quæ fit per carnis copulam, & traductionem

nem ad domum sponsi, in qua non erit necessarius nouus consensus: quia consensus adhibitus in actu, durat in executione actus. glossa no. in l. 3. § *sed vtrum. ff. de min. in ver. inuito patre.* idē sentit glossa *in l. cum non solum, § necessitate, in ver. necessitate, ad fin. C. de bon. quæ libe.* notat. *Bald. & Alexand. in dict. § sed vtrum.* ita tenet *Angel. cons.* 180. *in fin. incipit, permitto.* facit quod voluit *Bald. in leg. imitus, in fin. C. de procur. & Felin. in capit. edocti. de rescript. 6. column. versicul. sexta declaratio.* Quamuis ergo contracto matrimonio filia sine patris consensu permittat se carnaliter cognosci, & ad domum viri traduci, non potest exhæredari, vel dos ei denegari.

¶ Vnum tamen non est omittendum, quod licet cura & solicitudo, collocandi filiam in matrimonio, principaliter pertineat ad patrē: vt *d. l. in copulandis, C. de nupt. & dict. cap. bonor. am-*
21 *tur, & in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* & propterea † patris consilium & consensus requiritur: istum tamen consensum debet gratis ex debita charitatis adhibere. Vnde si exinde pecuniam, vel quid aliud recipiat, videtur turpiter accepisse. *l. fin. ff. de condict. ob turpem caus. & l. fin. & penultim. C. eo.* Istud est, quod ante omnes terminauit *Pileus dict. antiquus, in suo opere quæstione 72. de pu-*
22. *pilla.* quam † tutor maritauit Titio, recepta marcha argentea ab ipso exigenda: nam nunc
H * turpiter recipit, & tenetur pupillæ restituere actione mutui, quasi videatur deliquisse administrando, id est, eam matrimonio collocando: quod quamuis fecit quod debuit, non tamen eo modo quo debuit: vnde tenetur argument. *ff. de condic. ob turp. caus. l. 2. C. de neg. gest. l. 2.* vt latius per *Pileum in dict. q.* quam refert & sequitur *Ioan. Andr. in addition. ad Speculator. titul. de ind. §. generaliter indicia. 9. column. in addit. incip. in dict. l. quicquid. & Odof. Abb. Bald. & Angel. in l. qui sine vsurio ff. de neg. gest. Abb. in d. l. quicquid. C. arbit. tut.* Quamuis glos. in *d. l. qui sine vsurio, in verb. accepit.* sentiat contrarium, dicens illam legem esse argumentum pro quæstione, quod tutor pecuniam, quam accepit, pro copulanda pupilla, non teneatur restituere: quoniam secundum *Alberic. ibi* illa glos. est corrupta, & male signata, quia signata est sub *verbo, ex administratione*: & deberet esse signata super *verbo, omni lucro.* illud enim argumen. non colligitur ex illa l. imo tutor abstinere debet ab omni lucro, & idcirco dicit corrigendam glossam sic argum. pro quæstione an tutor pecuniam, quam accepit pro pupilla, teneatur restituere. De qua quæstione remittit ad not. in *l. qui negotiationem ff. de administratione tut. & in dict. l. quicquid.* facit quod ipse dicit in *l. qui proprio, § vt in cæteris, ff. de procurat. de donat. ambasiatoribus.* Idem dicendum de consanguineo, qui vt puellam nuptui collocaret, pecuniam accepit, & nuptui tradidit, etiam viro bono condigno: nam tunc tenetur restituere saltem pauperibus. Nec excusatur ex hoc, quòd bene & honesto matrimonio ac condigno puellam collocauerit: quia per hoc non minus interuio corrupta committitur, nec felix & bonus exitus delinquentem excusat. Hinc dicitur, quod in maleficiis † voluntas spectatur, non exitus. a * *capit. cum voluntate, de sen-* 23 A*
tentiis excommunicat. cum concord. vtitur namque iste bono male, sicut nec iudex, qui bonam fere sententiam per pecuniam. 11. *quæstion. 3. qui retit.* Sic † in bello, qui rem prohibitam attentauerit, 24
punitur, licet bene gesserit *l. 3. § in bello, ff. de re militari.* Concludunt ergo, quòd licet alteri licuisset pro matrimonio, in quo fuit mediator, accipere pecuniam: huic tamē non licuit, postquam ad hoc ex officio tenebatur. & sic ex persona est aliquid inhonestum, quòd alias in suo genere non est malum. Tenebitur ergo restituere, saltem pauperibus. ita in facti contingētia consulit *Anchar. consil. 174. alias 175. incipit, præmittendum.* Idem pari ratione videtur dicendum in casu nostro, in † patre filiam nuptui tra- 25
dente, & propterea aliquid recipiente, vel à marito, vel patre mariti, vel ex bonis filiæ aliquid retinente sibi, vt de facto accidit istis diebus, in quodam magnate huius regni. Et dicebant aliqui quod cum pater esset administrator legitimus bonorum filiæ, in quibus ratione patriæ potestatis habebat vsumfructum. vt *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & 4. partis. titul. 17. libr. 5.* Vnde licet per contractum † matrimonii, filia 26
liberetur à patris potestate, secundum regni consuetudinem: vt dixi supra in rubr. in quarta ampliatione principali. ver. sed quamuis secundum. quia tamen liberatur facto suo, non patris, retinebit pater vsumfructum, vel saltem dimidiam vsusfructus. iuxta notata per *glos. Angel. & alios, in authent. idem est. C. de bon. quæ lib.* facit quod voluit *Salyc. in authent. ingress. 1. quæst. C. de sacrosanct. eccles. 6.* * Si ergo vult pater remitte- B*
re vsumfructum bonorum filiæ, ipsam matrimonio collocando: videtur quod pro ipso vsufructu possit de bonis filiæ, vel futuri mariti, aliquid licite recipere. Cogitabis: & tene ista memoriæ: quia plerumque tutores, & alij consanguinei puellæ, cuius curam gerunt, recipiūt pecuniam, vt ipsam alicui nuptui tradant: vt dicunt *Cyn. & Bald. in l. si pater, C. de spons.* per illum text. Sed i nunquid talis contractus firmetur I
iuramento filiæ, maximè interueniente læsione enormi, ponit *Petr. de Anchar. in capit. 1. de constitut. in repet. columna 87. versicul. quid dices in materia incrementi.* ibi ego etiam consului. Cuius meminit *dominus Abbas in cap. cum contingat. de in-*
ventar. column. 22. versicul. dominus Petr. de Anch. Idem vult *Paulus de Castro consil. 135.* Adde *Montalcinum Foro legum, libro 1. titul. 11. leg. fin. in versicul.* [*si otorgare el marido.*] qui pulchrè altercatur istam quæst.

Additiones.

¶ Adde notabiliter per *Hippol. in l. 1. § ditus* A*
Adrianus, columna penultim. & fin. ff. ad leg. Cor. de fals.

¶ Adde

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

B * ¶ Adde *leg. 48. de Toro.* quæ hodie aliter disponit, videlicet quod tunc debet pater vsumfructum omnium bonorum adventitiorum restituere filio, vt habeat sibi, nulla patri portione relicta.

IOAN. BERNARDVS.

A ¶ Quia hoc casu pater non tenetur filiam dotare.] Hanc partem negatiuam prosequitur autor vsque ad §. 10. vbi incipit fundare affirmatiuam, vsque ad §. 21. vbi incipit resoluere quæstionis examen, ac tandem finem facit §. 22. in super hac conclusione, vide quæ scribit *Bacium de dotibus cap. 5 nu. 6.* & plenius pluribus allegatis *Conar. super 4. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 8.* vbi multa commemorat in articulis quos prosequitur author circa quæstionem hanc in præsenti §. & sequ. de quibus etiam latissimè scribit *Mynb. de success. progress. part. 1. lib. 1. §. 10. num. 633. cum seq.*

B ¶ Ex quo inferre potest vnum singulare.] Vide *Suarez. in l. quoniam in prioribus, limit. 1. C. de inoffic. test. Ant. Gom. de success. contra testamentum, nu. 27. Mynb. de success. progres. in præfat. n. 12.* & rursus *ibidem lib. 2. §. 14. num. 29. & Castillo l. 4. Taur. fol. 46. colum. 2.*

C ¶ Fortius amat filium, quàm seipsum.] Adde quæ more suo, copiosè congerit *Tiraq. in præfat. ad l. si vnquam n. 7. cum seq. C. de revoc. don.* fallit in enuncerentibus animam, vt tradit *Marc. Mant. singul. 378.*

D ¶ Quod valet statutum laicorum.] Vide *Corset. in suo singul. verf. statutum nu. 9. & Suarez. in l. 2. tit. [de los casamientos.] versic. quero primo. per multas columnas. & Conar. super 4. de sponsal. p. 2. q. 6. §. 10. numer. 16. & cap. 3. §. 8. num. 5. & Bernard. Diaz. regul. 698. & Bacium de dotibus filiarum, capit. 2. & per tot. & Gregor. gloss. 2. in l. 1. titul. 5. part. 4.* adde etiam quæ scribunt *Tamilla in l. 49. Taur.* & vide *autorem infra*, §. 9. vbi plures adiungam. vide *Minchac. de success. creat. libro primo, part. 1. §. 10. numero 627.*

E ¶ Perdit bona raptoris.] Vide *Decium in l. nuptias, de regul. iuris, numer. 11. & in capit. Ecclesia sancta Maria, numero 34. de const. & ibi Felin.* ac pluribus allegatis, *Conarru. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 9. numer. 1. & sequent. & Mynch. libr. 1. quæst. frequent. cap. 1. num. 12.*

F ¶ Potest tamen illam distinguere.] Notabilis est ista propositio iuris studiosis non solum elaboranda, sed veneranda simul, quia frequès ac necessaria est in publicis ac regis negociis, eisque plerumque grauissimis, nec quid vnquã magis veritus sum in profundo ac latissimo iuris prudentiæ pelago, quã ne non satis eam perceperint literati nostri, quibus rei forensis est cura. vide tu vltra dd. hic allegatos scribentes. *§. sed naturalia, de iure natural. gent. & §. fin. instit. de legit. agnat. tutel. Marc. Mant. sing. 395. Zasium. l. de quibus, num. 39. de ff. Ant. Roscll. de conciliis, §. post quam retulimus per tot. Ioan. Hannibal. in l. post contractum, de donat. n. 226. & Francis. Incont. in rubr. de nou. oper. nunc. num. 43.* & obiter *Mynch. qu. illustr.*

Palacios Rub. *ca. 82. n. 5. & Domin. Sot. de iustitia & iure, lib. 4. q. 4. artic. 5.* & nouè ac egregie loquentem *Conarru. in reg. peccatum, p. 2. §. 11. n. 2. & 3.* ac rursus obiter *lib. 1. resol. c. 17. n. 8.* & rursus *lib. 3. c. 6. n. 9.* & quos adiunxi sup. in præfatione rubr. ver. singulariter inferrur.

¶ Et hinc est quod si pater.] Vide *Præpos. in c. sua de sponsa.* & secuod. cum communem dicit *Villalobos inter communes sentent. ver. matrimonium numero 38.* G

¶ Turpiter recepit, & tenetur pupillæ restituere.] Vide *Guillelm. de Iud. singul. 41. & Gregor. gloss. a. in l. 9. tit. 11. part. 4. & Bact. de decimis tit. ca. 1. num. 21.* vbi de consanguineo loquitur cum autore hic. H

¶ Sed nunquid talis contractus.] Ista faciunt ad quæstionem de qua supra, in rubric. §. 21. nu. 11. scilicet verum contractus iuratus à minore, sine curatoris autoritate, valeat: & ibi plures adiunxi. I

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Dotare filiam nuptam an teneatur pater. & n. 5.*
2. *Alimenta præstare non tenetur pater filio, qui habet vnde se alat.*
3. *Legitimo an possit statuto, vel consuetudine tolli.*
4. *Dispositio, quod primogenitus succedat in regno, vel principatu, exclusis aliis filiis, valet: & etiam in hæreditate vel patrimonio alicuius patricalaru persone.*
6. *Ingratam filiam dotare non tenetur pater: si tamen dos iam esset data, non reuocaretur prætextu ingratitudinis.*
7. *Spurius legitimatus, potest in spurietatem reuocari ob ingratitudinis causam, nec poterit amplius legitimari.*
8. *Doctor propter delictum degradatus, non potest amplius doctorari: & idem in milite & tabellione priuatis propter delictum.*

§. IV.

REDEVNDO ad propositum, ad quod nostra dirigebatur inuentio, videtur quod pater non a teneatur dotare filiam, quæ sine eius consensu matrimonium contraxit: quia † pater cogitur filiam dotare, vt inueniat, cui nubere possit: vt *l. fin. C. de repud. in auth. de nupt. §. si itaque, ver. si quis sub potestate, col. 4.* Sed ista ratio iã cessat, ex quo filia nupta est: ergo non tenetur eam dotare: quia cessante ratione, vel causa, cessare debet effectus, seu causatum. vt *l. adigere, §. quamuis ff. de iur. pa. & l. Titia. la 2. §. vsuras, de leg. 2. & cap. cum cessante supra, de appell. & in c. cum infirmitas, inf. de penit. & remiss. cum concordantijs ibi positis per gloss.* Confirmatur hoc per illud, quod in simili dicimus de alimentis filio præstandis, quamuis enim pater teneatur filiis † alimenta præstare, si tamen filius habet vnde se alat, non cogitur pater filium alimentare, vt in *l. si quis à liberis ff. de lib. agnosc.* ¶ Et inde est, quod licet aliàs non valeat † statutum, vel consuetudo, absorbens in totum legitimam filiorum: quia legitima succedit loco alimentorum: vt voluit *Richard. Malumbr.* vt refert *Cynus in leg. sanctimus, C. de nupt.* de quo ibi per *Bartol. & alios, & per* A 1 2 3

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Dynum in regula indultum, de reg. iur lib. 6. per Abb. in cap. fin. penultim. column. de consuet. & in cap. Raynaldm, de test. 3. column. versic. item not. quod consuetudo. & per plures alios, de quibus infra §. vigesimo quarto. hoc in fortioribus terminis debet intelligi, quando filius non habet aliàs
B vnde viuat. Sed & vbi filius alias haberet, vnde vinere posset, bene valeret consuetudo, vel statutum, etiam in totum absorbens legitimam: vt notant. voluit dom. *Abb. in dict. cap. Raynutius, quarta colum. versic. ego crederem.* quod est valde notandum. Idem tenet *Bald. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. column. pen. versic. deinde quæro.* cuius meminit *Albertus Brunus in tract. de statuto fœminas excludente colum. 2.* & vide infra §. 21. in princip. ver. ex quo infertur. & §. 23. post princ. versic. ista tamen. Et secundum hoc saluabitur opinio illorum, qui tenent, quod per statutum potest legitima in totum tolli: vt per *Dyn. Bart. & alios in dict. leg. sancimus, C. de nupt. per Bald. in authent. nunc autem, de ipsis & cler. & in l. maximum vitium, C. de liber. prate. 5. column. ver. vlterius quæritur, & in l. 1. § ius naturale ff. de iustit. & iur. & in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. in ver. subsequenter quæritur 18. column. & in l. lege, C. de leg. hæred. & in l. fin. § ipsum autem, C. de bon. quæ lib. & in leg. hac edictali, in princip. C. de secund. nupt. & in auth. nouissima, C. de inoffic. test. & in dict. l. sanctimus, & in leg. tali, § socer. ff. de iure dot. & in cap. si pater, de test. lib. 6. 7 column. & in l. fin. C. de fin. & lib. expen. Oldrad. consil. 73. 77. 103. & 113. Abb. Antiquus, Ioann. And. & alij in dict. cap. Raynutius, & ibi Andr. Sicul. in repetit. columna 44. versicul. modo sunt. Alberic. de Rosate in prooem. Digesto. & in leg. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. & in 2. parte statutorum, quæstio. 103. & 104. Bartol. & alij Moderni in leg. Titio centum, § Titio genero ff. de condi. & demonstration. Ioann. Andr. in addit. ad Specula. titul. de succeff. ab intest. in addition. incipit, sed reducitur in quæstionem 3. column. Angel. in leg. Papinianus, alias incipit, contra veterani, § quarta ff. de inoffic. testam. & in leg. quod de bonis, § fin. ff. ad l. Falcid. & in authentic. de hæred. & fal. in princip. & in repetit. l. 1. § ius naturale ff. de iust. & iure, & consil. 115. 189. 203. incip. in Dei nomine consultatis, &c. Cal. consil. 109. in ca. an statutum, in titul. de constit. & consil. 24. & consil. 32. in titul. de testam. Paul. de Castro in dict. authent. nouissima, Ludouic. consil. 134. incip. pro declaratione primæ dubitationis, & consilio 32. circa fin. incip. visa municipal
C constitutione, in leg. sequens, ff. ad Syllerianum. Ex
4 istis infertur, quod valet † dispositio, quod primogenitus succedat, exclusis aliis filiis, non solum in regno, vel principatu: vt voluerunt *Albericus, & alij, in prooem. Digest. Bald. in leg. ex hoc iure ff. de iust. & iur.* sed etiam in hæreditate vel patrimonio alicuius particularis personæ: vt *ca. mulier si de feud. fuer. controu. & ibi Bald. libr. feud.* videtur de mente *Ioann. Andr. in regula, sine culpa, de reg. iur libr. 6.* de quo vide latius *per Martinum Laudensem, in tract. primogenitura, columna quarta, ver. quæro an valeat.* quem rogo videas. & *Salyc. in leg. vna, C. quæ sit longa cons. Ioannes Faber & Angel. in § ex non scripto. Institut. de iure nat.* super quo ego aliàs latè scripsi, in quadam allegatione.

¶ Ex his dicebat *Sal.* satis singulariter *in leg. vnica, § fin autem, in fin. C. de rei vxor. act.* quod si filia familias petit alimenta ab hæredibus viri, interim quod fit doris restitutio: ipsi excipiunt, quod patrem habet diuitem, qui de iure eam alere tenetur: vt *dicta lege, si quis à liberis.* nihilominus hæredes tenentur ipsam alimentare, non pater. ¶ Facit quod in simili voluit *Franciscus de Pepu, in repet. authentic. præterea 13. charta 2. colum. versic. sed quia Iacob. C. vnde vir & vxor.* quem rogo videas. & ibi etiam *Alexand. 5. columna ad fin. versic. sed iuxta prædicta.* Sic ergo dicamus in casu nostro, quod licet pater teneatur dotare filiam vt inueniat cui nubere † possit, ex quo tamen 5
iam inuenit, & habet maritum, qui eam alat, non tenebitur pater alere & dotare. ¶ Præterea filia nubendo sine patris consensu, efficitur patri adeo ingrata, vt ab eo in totum exhæredari possit. vt traditur in *authent. ut cum de appell. cog. § aliud quoque capitulum, ver. si vero, vsque ad colum. 8. & in authent. sed si post 25. cum. sup. de inoffic. test.* & hoc idem disponit *lex regni, For. generoforum, libr. 5. titul. 5. l. 1. 4. partit. titul. 1. libr. 10. & For. legum, lib. 3. tit. 1. l. 5.* quæ dicunt, quod si filia contraxit matrimonium, sine patris & matris consensu, nihil debet ex bonis parentum habere. Idem est, si cum filia mansisset in fratrum potestate, & sine eorum consensu matrimonium contraxerit: quia eodem modo perdit bona parentum. vt not. volunt *Bald. in allegato consil. 329. incip. statuto terræ, in 4. parte, & lex regni, Foro generoforum, lib. 5. ti. 5. l. 2.* statuit rex Ioannes in Ocaña. Si autem ex hac causa pater potest filiam tanquam ingratam exhæredare, eodem modo poterit ei alimenta denegare: quia ex eisdem causis, ex quibus pater potest filiam exhæredare, potest ei alimenta denegare: vt voluit *Ioann. Andr. in cap. Quintauallis sup. de iureiur.* & refert & sequitur *Abb. ibi 2. colum. & in c. cum haberet. de eo. qui du. in ma. quam po. per adult. Bart. in leg. diuus, ff. ad l. Pompe. de parri.* & not. gloss. & *Bart. in dict. l. si quis à liberis, § si quis ex his, in ver. detulerit, & in leg. fin. C. de alen. lib. gloss. 1. Bart. ibi, & in tract. de alimentorum, in 2. colum. gloss. in § igitur omnes, in authentic. vt cum de appell. cog.* Vode dicebat *Bartol. in dicta l. diuus.* quod propter causas, propter quas potest filius exhæredari, propter easdem perdit priuilegium filiationis, vt eum occideus, non teneatur lege Pompeia de parricidis. nec e contra. Cum autem dos succedat loco alimentorum, vt suprà latè dixi: sequitur quod eodem modo quo pater potest ei alimenta denegare, poterit per consequens denegare dotem. quod expressè tenet glos. & *Bal. in l. fin. 2. colum. in fin. C. de do. promiss.* dicens, quod
† sicut legitima non debetur filiæ ingratæ, 6
quia ingratitudo tollit ei debitum naturale: vt in *authentic. de nupt. § optimè, collat. 4.* sic per consequens pater non tenetur eam dotare,

quamuis

quamuis si dos esset iam data, non reuocaretur prætextu ingratitudinis. vt not. voluit *Bald. in d. l. fin. Bald. & Imol. in l. post dotem 7. talum. ff. soluto matrimon. Iaf. dicto § fuerat ante 37. col. Inst. de act.* Adde quod pro ista opinione facit: quia filia vel fœmina absoluta & liberata, propter ingratitudinem postea commissam contra patrem vel dominum, tamen potest in potestatem reuocari arg. *ff. qui & à quibus l. si quis hac, & C. de liber. & eorum lib. l. 1.* ita dicit *Ioann. de Plat. in l. si proper fin. C. de spect. ac. & leno. lib. 11.* In contrarium tamen facit, quod mirabiliter volnit *idem Bald. in cap. 1. § fin. in fin. si de feud. fuer. controu. inter do. & agnat. lib. feud.* de quo facit festum *Ludouicus singul. 122. incipiente, vltimo quæritur. & Francisc. de Crema in singul. 19.* vbi dicit *Bald.* quod ex eisdem causis, ex quibus aliquis potest exhæredari, potest filius † spurius legitimatus reuocari *d* in pristinā spuritatem: quod tene menti. A* Adde, quod postquam fuerit reuocatus, nō poterit amplius de voluntate patris legitimari per comitem Palatinum, per textum notab. in *l. 2. C. de lib. & eorum lib.* vbi si libertus propter ingratitudinem reuocatur *in* seruitutem, non potest amplius manumitti à domino. Ex quo dicit *ibi Bald.* quod † doctor propter delictum degradatus, non potest amplius doctorari. Idem de tabellione, qui est priuatus officio propter delictū, secundum *Bald. in l. 2. C. de manum. vin. & in alijs locis*, de quibus per *Iason. in leg. secunda, de donat. ab eau. in § idem erit, in fin.* Cui adde textum valde singul. & ibi notat *Ioan. de Platea in l. nullus, C. de dignit.* vbi dicitur, quod ad militiam vel officium, à quo quis remotus est, amplius redire non potest, nisi cum speciali rescripto principis, sine obreptione obtento ad idem *l. quicunque in fin. tit.* & vtrobique *per Ioan. de Plat. & in l. si quis ex grege. C. de inoffic.* Plura adhuc proposimm facientia accumulat *Felin. in cap. ex literis, de constit. col. 16. ver. secunda declaratio.* quæ per te videas. & *Georgium in repet. c. quamuis pactum, de pact. lib. 6.* dixi in *c. qui presbyterum, de pœn. & re. col. 175. in fin.* Vide sic videtur hoc casu dicendum, vt dos data filiæ possit ei tolli, propter sequentem ingratitudinem: nisi dicas, quod aliud est in legitimatione, quæ datur titulo lucrativo, aliud in dote, quæ datur titulo oneroso, saltem respectu matris: vt traditur in *l. fin. ff. de his, quæ in fraudem creditor. & in l. pro oneribus, C. de iure dot. & in c. salubriter, infr. de vsur.* ¶ Nec refert si dicatur, quod ista iura ciuilia, quæ dicunt patrem non teneri ad dotandam filiam, quæ sine eius consensu matrimonium contrahit, non valent, quia disponunt circa dotem, quæ est accessoria ad matrimonium: quia ad hoc potest dici, quod ex quo dotare filias tenetur pater ex prouisione iuris ciuilis: vt *d. leges, qui liberos, & d. l. fin. C. de dot. prom.* potuit etiam idem ius ciuile, ius seu prouisionem ab eo inductam, certis ex causis, maximè honestis, limitare, vel subtrahere: etiam in accessoriis ad matrimonium. ad hoc gloss. *not. in d. cap. cum secundum leges, de hæret. lib. 6.* quæ sentit. valere statutum laicorum † imponens pœnam contrahenti matrimonium cum filia fam. sine patris consensu. de qua sup. habita est mentio. Ista ergo dispositio iuris ciuilis, quæ reputat filiam ingratam, quia contraxit matrimonium, sine patris consensu, benè valebit. ergo non tenebitur pater illam dotare. quod expresse firmat *Bartol. in d. leg. obligamur. ff. de actio. & ob. & in leg. mulier § cum proponeretur. ff. ad Treb. & in authentic. res quæ, C. communia de leg. & ibi etiam Salyc. & Fulgosius, Sal. in d. l. qui liberos, & ibi etiam Bald. in lectura antiqua.* & multi alii, de quibus infra subijciam. Hoc idem approbat *Matth. Matthesilan. in sing. 107. incip. not. quod si pater. & Paul. de Castr. in dicta authentic. sed si post 25. anno.* dicens quod per iura canonica, disponentia valere cōtractum matrimonii, interueniente consensu eorum, qui volunt contrahere (& hoc sufficiat, vt infra dicetur) non corrigi iura, de quibus supra. quia ex quo pater offenditur, dato quod matrimonium valeat, tamen erit iusta causa exhæredandi. & sic illa authentemanet incorrecta, quia ius canonicum disponit tantum circa validitatem matrimonii: non autem aliquid disponit circa iniuriam patris. sicut in simili, in *leg. 1. & 2. C. de secundis nupt.* quando mulier nubit infra annum luctus: licet per ius canonicum excusetur à pœnis infamiæ, ius canonicum nihil disponit, vel immutat, circa luctum, quod prouenit filius primi matrimonii: vt sentit gloss. in *dict. capit. cum secundum leges.* vide *gloss. For. leg. libr. 3. titul. 1. l. 13.*

5 6 7D A* 8

ADDITIONES.

¶ Adde *Iason. in leg. naturalis, column. 1. ff. de præscript. verbu, & in le. ex hoc iure, column. 2. ff. de iustit. & iure.* A*

IOAN. BERNARDVS.

¶ Non teneatur dotare filiam.] Vide *Mathesil. sing. 105. Alexand. cons. 33. lib. 4. Curt. Senior cons. 39. Alciat. lib. 3. paregr. c. 8. Ariae in l. 29. Taur. num. 131. Tiraquell. de cessante causa limit. 22. num. 9. & Mynch. de success. progress. & creat. p. 1. libr. 1. §. 10. nu. 623. & decis. Tholos. 290. & Bertrand. cons. 161. lib. 1.* ac rursus *Alexand. cons. 61. numer. 4. libr. 7. Paul. de Cast. cons. 12. volum. 1.* & pluribus citatis in vtramq; partem huius quæstionis quæ maximè controuersa est, vide *Bart. de doribus, §. 5. num. 2. & seq.* & pulchrè ac clarè *Camill. Vitriari. l. 1. nu. 145, & seq. sol. mat.* A

¶ Sed vbi filius haberet.] Vide *Ioann. le Cirier de primogen. libr. 2. cap. 26. & Conarrus. de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. versic. ex hac secunda. & Mynch. de success. creat. & progress. part. 1. libr. 2. §. 20. num. 304.* & vtrum citra hunc casum legitima in totum tolli possit, vide infr. §. 24. nu. 7. ad fin. vbi pluries adiungam. B

¶ Ex istis infertur quod valet dispositio.] Vide *Suar. in l. quoniam in prioribus, limit. 2. ad leg. regiam & Mynch. vbi sup. n. 307. & Tiraq. de primog. q. 4. & seqq. & Cirier de primog. libr. 2. cap. 25. & 26.* & lege C

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quæ scribit *Dom. Sot. lib. 4. de iust. & iure qu. 5. art. 1.* & an hoc sit odiosum vide *Saray. apud Matthes. sing. 110.*

D ¶ Reuocari in pristinam spurietatem.] Vide *Hipp. Marsil. sing. 413. & Carol. Mol. in consuet. Paris. p. 1. §. 30. num. 1. & seq. Cat. Cot. in mem. ver. exemptus, & Tiraq. l. si vnquam ver. donat. Largitus, num. 234. C. de rev. don.*

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Ingratitudinis vitium incurrit filia, si minor annis viginti quinque sine consensu patris contrahit matrimonium propter quod exheredari potest.*
2. *Alimenta denegari possunt alicui ex his causis, ex quibus potest exheredari.*
3. *Filia post 25. annos nubens, sine consensu patris, non potest propter hoc exheredari, etiam si meretrix efficiatur.*

§. V. ET hoc efficacius procedit, tribus concurrentibus. Primum, si ista filia tempore quo
B † matrimonium contraxit, erat minor 25. annis, quo casu indistinctè incurrit vitium ingratitudinis, propter quod potest exheredari: vt in *d. authentic. vt cum de appell. cog. §. aliud quoque capitulum, vers. si vero vsque 25. & in d. authent. sed si post 25. C. de inoffic. test. & leg. regni 6. partit. tit. 7. l. 5. & Foro legum lib. 3. tit. 1. l. 6.* & ita not. *Paulus de Castro in d. auth. sed si post.* ¶ Ex quo infert *ibi* Iaso. quòd ex ista causa pater in vita poterit denegare dotem filiæ: quia
A a ex quibus causis potest pater exheredare filiam in testamento, potest ei denegare dotem: secundùm *Bald. in auth. res quæ, C. communia de leg.* ¶ Item quia filia, quę non debet ali, nec dotari. gloss. *in l. fin. in ver. intelligi, C. de do. promiss. nart. in l. obligamur. §. 1. ff. de actio. & oblig. & in d. auth. res quæ.* Sed ex causis, ex quibus
2 potest quis exheredari, possunt † alimenta denegari. gloss. *in l. si quis à liberis, § idem iudex, & ibi nart. ff. de lib. agn. gloss. in § igitur omnes, in auth. vt cum de app. cog. gloss. & nart. in l. fin. C. de ale. lube.* cum aliis, de quibus sup. ergo, &c. Vnde quamuis matrimonium valeat, vt infr. subijciam, ex quo pater offenditur, erit iusta causa exheredandi. & sic *d. auth.* remanet incorrecta, quia ius canonicum disponit tantum de validitate matrimonii, non circa iniuriam patris: sicut in simili, in *l. 1. & 2. C. de sec. nupt.* quando mulier nubit infr. annum luctus: licet per ius canonicum ex culpetur à pœna infamiæ, tamen ius canonicum nihil disponit, vel immutat, circa lucrum, quod prouenit filiis primi matrimonii. gloss. not. *in c. cum secundum, de secund. nupt.* ita concluB 3 dit *Paul. in d. auth.* ¶ † Si b autem post 25. annos matrimonium contraxerit etiam contra patris voluntatem, non reputabitur ingrata, nec poterit exheredari: vt dict. *authentic. sed si post, & in corpore, vnde sumitur.* nam tunc propter stimulum carnis filia excusatur, & pater incusatur: vt dicit *Salyc. in authent. sed quamuis, in princip. C. de rei vxo. actio.* ¶ Imo, quod plus est, etiam si efficiatur meretrix, non poterit exheredari: vt dicit gloss. *in cap. Quintanulla sup. de iurciurand.* ad hoc leges regni prædictæ.

ADDITIONES.

¶ Ex quibus causis.] Vide *Gerard. singul. 1. &* A
Cremens. sing. 10. & pluribus citatis *Conar. de spon. p. 2. c. 8. §. 6. ad fi. & Mynch. de success. erat. p. 1. l. 1. §. 10. n. 625. & 630.*

¶ Si autem post.] Vide *Petrum Ravenna singul.* B
197. & l. 5. tit. 7. part. 6. & Castillo n. 31. Arias, n. 47. in l. 49. Taur. Stracc. in l. 2. tit. 1. lib. 3. fori vers. tertio in quantum, & Conarr. de sponsal. parte 2. cap. 3. §. 8. num. 5. & Mynchac de success. progress. parte 1. libro 1. §. 10. numero 633. & Bart. de dotibus. cap. 5. numer. 6. & tursus cap. 18. numer. 2. & sequent. & Brunel. de sponsal. conclus. 17. numero 2. Crotum l. 1. solut. matrim. num. 77.

D. IOANNES BARAHONA.

SVMMA RERVM.

1 *Clandestinum matrimonium contrahens, vellet sibi cessaret, si faciat quod possibile dotem sibi constituat.*

SECVNDVM, quod habet concurrere, est. §. VI.
quod filia quando cõtraxit matrimonium, non promittat secum dotem. Si enim pater tenebatur filiam dotare, vt inueniret cui nuberet: vt *d. l. qui liberos, ff. de ritu. nupt. & d. l. fin. C. de do. promi.* ex quo filia repetit maritum sine dote, cessat causa compulsionis legalis: ergo per consequens cessare debet compulsio, vt superius dixi. Itaque modo sit maior 25. annis, modò minor, si filia sine patris consensu matrimonium contraxit, non promissa dote, non tenebitur pater eam dotare. ita voluit *Bart. in d. l. obligamur ff. de acti. & oblig. in fin. verbis.* quem refert & sequitur *Abb. in capit. accedens fin. column. sup. de procur. & in cap. 1. de despons. impu. & in cap. 1. sup. de adulter. & in cap. cum causa sup. de rap. & consil. 12. incipiens causa talis est, magnificus in 1. volum.* ¶ Pro qua opin. bene facit text. iudicio meo, secundum verum intellectum, in *l. pater. ff. de cuic.* vbi quæritur, an pater, qui emerat fundum, & ipsum in dotem pro filia dederat, si euictus fuerit, an possit agere de euictione, attento, quòd non videtur patris interesse, nisi in casu soluti matrimonii. Et concludit iurisconsultus, quòd sic statim etiam ante solutum matrimonium, attenta affectione paterna. Sed si filia posset patrem compellere ad dotandum, certe interesset patris agere de euictione, necdum affectione paterna, verum etiam ratione damni euitandi. ¶ Item non dicebatur dotasse, ex quo rẽ dederat alienam, *l. fin. ff. de condit. ob caus.* alias esset inuenta fraus, per quam pater se exoneraret ab obligatione, qua lege astringitur ad dotandum. quod non est dicendum. *L. in fraudo ff. de rẽ vendic.* ita dicit *vulgarium in repet. l. 1. 38. column. ff. solut. matrim.* Bonum est ergo, quod filia quandò matrimonium cõtrahit, dotem secum promittat.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mittat. Nam tunc pater tenebitur eam dotare, vt voluerunt doctores prædicti in locis sup. allegatis. ¶ Cauti ergo debent esse isti, qui † clàdestina contrahunt matrimonia, vt faciant, quòd puella dotetur viro constituat: quod potest filia facere, patre inuito. nam potest se dotare de bonis patris, maximè si faceret autoritate iudicis, & pater compelli potest ad consentiendum. secundum *Bald. in dict. l. fin. C. de do. promi. arg. l. fin. & l. profectitia. ff. de iure do.* per quæ dicit etiam *Bart. in l. 1. 4. col. ff. solut. matr.* quod si pater haberi non potest, index constituet dotē ipsi filiæ. & ad hoc illam l. reputat sing. *Bart. vbi supra*, quem refert & sequitur *Iason in d. §. fuerat ante. Instit. de actio. 33. col. vers. dat.* de quo infrà latius subiiciam. ¶ Hoc tamen intelligendum est, quando filia, quæ dotem promisit, erat maior 25. annis, secus si esset minor: nam tunc quamuis illa dotem promisisset, non tenerentur patres eam dotare. Hoc fuit de mente *Bart.* si eius verba rectè ponderentur, in *d. l. obligamur.* nam dicebat ille: Fateor, quod si filia se maritaret. & dotem promisisset, quia patet eam non maritabat, pater tenetur. hæc sunt eius verba, per quæ vilius est ipse sentire, quod tunc demum pater tenetur filiam dotare (si matrimonium sine eius consensu contraxit) quando distulit eam maritare vltra 25. annos, & sic vltra tempus à iure statutum: sic intelligit *Bart. Sal. in d. l. qui liberos.* secundum quod eum refert *Io. de Ana. in d. Aa. 1. 4. col. infrà, de adult. & Alex. in d. l. 1. 10. 20. ff. sol. mat. & Campetus in suo tract. de dote, 3. p. qu. 13.* ¶ Ex quo dicto sic intellecto, resultat, quòd si puella 20. annorum matrimonium sine patris consensu contraheret, promissa certa dote, pater eam soluere non teneretur. Sed contrarium voluit *Abb. in d. c. 1. sup. de despons. impu. in fin. al. verbis.* dicens se credere, quod licet filia sine consensu patris ante 25. annum contrahat matrimonium, promissa certa dote, pater teneatur ad dotandum: quoniam patet tenetur filium alere, nec ex contractu illius matrimonii alimēta sibi denegare potest: cum in istis spiritualibus filia sub potestate patris non sit: vt in *cap. si annum, de ind. l. 6.* Fortius ergo tenebitur dotare, quia causa dotis fauorabilior est causa alimentorum: vt tradit *Cyn. in l. non omni. C. de admin. tut.* & dicit *Abb.* se sic consuluisse in contingentia facti, *consil. 12. incip. 4. visa talis est, in 1. volum.* & pro ista decisione *Abb.* videtur mihi glossa. quam notabi *Bald. in l. nulla, in fin. C. de iur. dot.* quæ voluit, quod mulier minor 25. ann. potest dare secum in dotem, totam patris substantiam, quamuis multum sit ampla, dummodo interueniat decretum iudicis. Idem disponit *lex regni 4. partit. tit. 11. l. 14.* veritas huius articuli, & quis iustius dixerit, apparebit ex infra dicendis. Videas rogo *Laurem de Palacios, in tract. de Statuto, quod statutus masculis fœmina non succedat, vers. nec autem.* qui pulchrè loquitur.

A 1

ADDITIO.

¶ Cauti ergo debent esse.] Vide *Paul. Paris. consil. 29. lib. 3. Riparn. in l. 1. num. 57. cum seqq. ff. sol. matrim. Coras. in l. qui liberos, num. 99. & sequent. matrim. Corasius in l. qui liberos, num. 99. & sequent. ff. de rit. nupt. Abbas consil. 12. lib. 1. & Benedict. in cap. Raynutius, verficul. dotem, numer. 33. cum sequent. de test. & Decium in l. nuptias de reg. iur. num. 11. summat. & ex nostris Arias in l. 29. Taur. numero 132.* plenius autem cæteris num allegando, tum docendo vide *Bactum de dotibus, in cap. 18. numer. 2. cum plurib. sequent. & Brunell. de sponsal. conclus. 17. numero tertio.*

A

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM

1. *Filia quæ sine consensu patris cum indigno contraxit, non potest cogere patrem, vt eam dotet.*
2. *Exheredari potest filius, qui inhoneste contrahit matrimonium, puta cum meretrice.*
3. *Filia non potest contradicere patri volenti eam tradere nuptui, nisi indignam moribus, vel turpem. Quæritur quem pater sibi eligat.*
4. *Indignum matrimonio quis dicatur. & n. 12.*
5. *Nuptiæ debent esse consonantes de iure, & de facto.*
6. *Dispensatio, de illicito facit licitum.*
7. *Mul er 25. annorum, cæterum existente decreto iudicis, potest secum dare in dotem totam patris substantiam, quamuis sit multum ampla.*
8. *Filij naturales an & quando per subsequens matrimonium efficiantur legitimi.*
9. *Pater si substituit filio pupillariter meretricem, aut vir baldet, lasciuet, pollutus est alimentibus populis in gradu propinquo, qui erant huic condemnato, & fama, non valet talis substitutio.*
10. *Nubens indigni, patrem offendit, & famam eius ladit.*
11. *Statutum, primam dote puellam contrahentem matrimonium sine consensu patris, valet. & n. 15.*

TERTIVM, quod habet cōcurrere, est quòd maritus, cui filia nupsit, non sit dignus illo matrimonio. Nam tunc ex quo † sine patris consensu contraxit cum indigno, non tenebitur pater eam dotare. ista est glossa. multum fin. quæ hoc voluit, in *cap. final. 36. quæst. 1. in verficul. excusata*, & sequitur *ibi Ioann. de Fan. & Arch.* idē tenent *Ioann. And. Anton. & Card. in dict. capit. accedens. supra, de procur. Bald. in dict. l. qui liberos, in repertorio antiquis. ff. de rit. nupt. & in l. 1. ff. soluto matrimonio, & in l. penult. prope finem, C. de sponsal. & in l. nec filiū, C. de nupt.* dicens, quod si † filius inhonestè contrahit matrimonium, puta cum meretrice, patet potest eum exhæredare, ne vilissimam prolem, quæ inde nascitur, habeat successorem: quia ex his totum genus est infamatum. idem *Bartol. in l. si rogatus. ff. de ma. vin.* quicquid dixerit *Salyc. in l. si vt proponis, C. de nupt.* idē tenet *Abb. in loco prælleg. Ludouic. in rubr. ff. soluto matrimonio. Iason in dict. §. fuerat ante 37. column. Instit. de actio.* ¶ Fundamentum huius opin. est text. in *l. 3. si emancipatus. ff. de bon. poss. contra tab.* vbi dicitur, quod filius, qui vxorem indi-

A 1 2

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

gnam accepit, poteſt exhæredari. ergo eodem modo filiæ, quæ indigno nupſit, poterit dos denegari. ¶ Idem fuit de mente gloſſ. primæ in *dict. authentic. ſed ſi poſt 25. C. de inoffic. teſt.* dum dicit, quod ſi filia ſe copulauit ſeruo poſt 25. ann. eſt iuſta cauſa exhæredandi. quam gloſſ. ad hoc not. ibi *Ioannes Faber & Iaſon Maynus*. ¶ Facit ad hoc in ſimili text. in *dict. l. ſed ſi ea ff. de ſponſal.* dū
3 dicit, quod † filia non poteſt contradicere patri volenti tradere eam nuptui, niſi indignum moribus, vel impenſum pater ei eligat.

¶ Ad idem facit quod voluit *Bartol. in leg. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur 2. columna ff. ſoluto matrimonio.* quem omnes ſequuntur. vbi dixit, quod pater non tenetur ſe obligare, nec bona ſua pro dote vxoris filii, quando vxor erat indigna. Si autem non tenetur ſe obligare pro dote vxoris filii, quod eſt minus: à fortiori non tenebitur filiam dotare, quæ cum indigno contraxit. propter illud dictū Bartoli, de quo meminit *Paulus de Caſtro conſilio 14. 2. columna in fin. verſicul. nam pater.* & dixi ſupra latè in rubrica. ¶ Facit etiam, quod voluit *Baldus in dicta lege pen. C. de ſponſal.* vbi dixit, quod ſi pater dicat, Inſtituo filiam meam in centum, dummodo digno nubat: ſi autem nubat indigno, inſtituo in decem, & nolo quod plus poſſit petere. Si poſtea filia indigno nubat, vt ſi nobilis nubat famulo: non poterit ad ſupplementum legitimæ agere: quia ex hac cauſa poteſt exhæredari: vt in *authentic. vt cum de appellat. cog. §. aliud quoque capitulum, columna 3.* Idem dicit *Bald.* ſi nubit ei, cui non poteſt, vt conſanguineo, vel affini: vt ibi latius per eum. & ita ſentit *ibi Bald.* vnum, quod re-
4 pum valde notabile, quod † non ſolum dicitur ille indignus, qui eſſet vilis perſonæ: vt ſentit *gloſſ. 1. in authentic. ſed ſi poſt.* eſt text. in *l. 1. C. de natur. lib.* ſed etiam ille, qui dato, quod eſſet nobilis, tamen de iure non poterat cum eo eſſe matrimonium, vel ratione conſanguinitatis,
5 vel alterius impedimenti: quia † nuptiæ debent eſſe conuenientes de iure, & de facto: vt dicit *gloſſ. fin. in leg. ſi rogatus, §. matrimonij ff. de ma. vin. in verſicul. matrimonij.* & not. *Inſtit. de nup. §. ſi aduerſus.* quam gloſſ. multum commendat *Phi. in cap. 1. de deſponſ. impub. libro 6. in §. porro.* qui hoc intelligit, niſi fuerit in impedimento diſpenſatum: quia † diſpenſatio de illicito facit licitum:
6 vt *cap. quod dilectio ſuprà, de conſang. & affin.* & per gloſſ. in *cap. literas ſupra, de reſtit. ſpol.* Ecce quomodo *Bald.* ponderauit indignitatem mariti. ergo eodem modo ponderanda erit in caſu noſtro.

¶ Item facit quod voluit *idem Bald. in lege nulla, in fi. C. de in. dot.* vbi dicit, quod † mulier 25. annorū, interueniente decreto iudicis, poteſt ſecundare in dotem totam patris ſubſtantiam,
7 quamuis multum ſit ampla: vt dicit ibi gloſſ. dummodo vir tanta dote ſit dignus. & ita fundat ſe *Bald.* ſuper dignitate, vel indignitate mariti: vnde ſic videtur dicendum in caſu noſtro.

¶ Ad idem facit, quod *b* in ſimili voluit *Paulus de Caſtro, in leg. donationes in concubinam, ff. de donat.* vbi per illum text. dicit, quod cum aliquis vt filius legitimus periit bona paterna, vel dicit ſe generoſum, & ſic habet neceſſe probare matrimonium intemeniſſe inter patrem & matrem: & non poteſt probare matrimonium per inſtrumentum, vel per teſtes, qui fuerunt præſentes: ſed probat, quod ſtabant adinuicem, ſicut ſtat vir & vxor. Aduerſarius ad dicendum hanc probationem præſumptiuam, poteſt articolare, quod vir erat homo magnæ conditionis, & illa vilis conditionis: & quod non eſt præſumendum, quod cum illa matrimonium contraxerit, ſed quod ipſam habuerit in concubinam: & quod non minebat eam honorificè, ſicut ſolent vxores mitri, ad hoc quod habetur in *l. vt libera, ff. de ri. nupt.* ¶ Imò fortius vo- C
luit *Angel. in authent. quib. mod. nat. effi. leg. columna 6. §. 2.* vbi notan. ex illo texu dicit not. ſingul. hunc text. quod licet habens concubinam, ipſam ducat in vxorem, & poſtea conficiat inſtrumenta dotalia: tamen filii antea † nati non 8
legitimantur, ſi talis mulier non erat matrimonio digna: quia forte meretrix erat, vel mulier vilis conditionis, & ille erat homo nobilis, & diues: quia cum illud matrimonium non potuit cum honeſtate contrahi, non legitimat filios ante matrimonium natos, & conceptos.
a * Et dicit, quod ita vidit de facto ſeruari. Hoc A *
dictum *Angel.* refert *Ben. ellinus in cap. tanta, qui fil. ſint legit. in apoſtillis, additione 9. & Martinus Laudenſis, & alij, de quibus in diſputatione incipiente, Angaris, conſilio 24.* quibus adde *Bald. in cap. illud 2. columna de præſumptionibus.* refert *Alexand. in dict. capit tanta penultima columna.* vbi de aliis. ¶ Et ideo cauuis debet eſſe aduocatus contra filios naturales, qui dicunt ſe legitimos per ſubſequens matrimonium, vt videat & inſpiciat an mater filiorum fuerit matrimonio digna, habito reſpectu ad conditionem ſuæ perſonæ, & conditionem amaſij. Quod dictum eſt ſatis ſingulare, ad propoſitum noſtrum, & mirabiliter limitat text. in *cap. tanta ſuprà, qui fil. ſint leg.* de cuius veritate infra ſubiiciam. ¶ Idem in effectu voluit *Angel. in authentic. vt licet mat. & auie, §. ad hoc, columna 8.* vbi dixit, quod licet alias habens filium, vel filiam, ex libera muliere, cum qua nuptiæ conſiſtere poterunt, ſi eum filium appellat in aliquo inſtrumento, legitimatur filius. vt ibi, & in *authentic. item ſi quis, C. de natur. lib. & quarta partis ſtitulo 15. l. 7.* Hoc verum, ſi matrimonium inter eos honeſtè contrahi poterat, aliàs ſecus. vt quia mulier erat vilis conditionis, & homo honeſtæ vitæ: nam tunc honeſtè matrimonium contrahi non poterat, & per conſequens non legitimatur filius. ita dicit eō ſuluiſſe *Bartol. Franciſc. de Piſis, Angel. de Aret. & Hugolinum ſecundum Angel. ibi, & in dict. §. 2.* ¶ Ecce quomodo *Angelus* multum ponderauit indignitatem mulieris, quo ad legitimationem prolis per ſubſequens matrimonium, vel aliàs:

in

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in qua de nullius forte præiudicio agitur. Fortiusergo pōderabitur in casu nostro in quo agitur de patris præiudicio, qui dotem dare debet: præsertim cum ex tali contractu cum indigno filio patrem magna afficiat iniuria: vt notat *Salyc. in l. 3. C. de adulter.* quia indignum est, vt fordidæ proles splendidis natalibus audeant subrogari: vt *l. rusca, C. ad senatusc. Claud. & l. super, C. de quæstio.*

¶ Ad idem facit not. decisio *Angel. in l. fin. column. 4. C. de fin. pass.* vbi dicit, quod † si pater substituit filio pupillariter meretrices, aut ribaldos, lusores postpositis attinentibus pupilli in gradu propinquo, qui erant bonæ conditionis & famæ, non valet talis substitutio: quia facta personis indignis. ergo idem erit in casu nostro, vt ratione indignitatis mariti non teneatur pater filiam dotare. ¶ Et propterea dicebat *Anchar. consilio* 20. quod valet statutum, imponens pœnam amissionis dotis, mulieri nubenti viro indigno, sine patris consensu. Nam † per hoc patrem offendit, & famam eius lædit. & videtur hæc iusta causa exhæredationis: vt *d. l. non tantum, § si emancipatum, ff. de contra tab.* Idem tenet *Bald. in certis apostill. in capit. statutum, de hared. li. 6.* vbi subdit aliud sustentabilius, quòd † valet statutum primus dote puellã, contrabentem matrimonium sine consilio patris: cùm hoc non tollat sibi arbitrium, ex quo non teneatur illud sequi. per not. *in capit. cum in vetere de elect.*

¶ Ex istis iustificari potest dispositio *legis regni, Foro legum libro tertio, titulo primo, leg. 2. & 6.* quæ dicunt, quod si filia relicta cum fratribus, parentibus mortuis, contrahat matrimonium cum aliquo indigno, qui non conueniat sibi, nec generi sui ita' quod sit dedecus sibi & generi suo: potest à fratribus exhæredari ab omnibus bonis, quæ sibi prouenire poterant à parentibus. Et est hoc mirabile, secundum episcopum ibi, quod fratres possint sorores exhæredare à bonis paternis, & maternis. Hoc idem statuit rex Ioann. [en Ocaña, y en Valladolid.]

¶ Ad cognoscendum autem, quando maritus † dignus, vel indignus, debet inspici progenies vtriusque coniugis, scientia ipsorum, & diuitiæ parentum: & secundum ista bonus iudex arbitrabitur dignitatem, vel indignitatẽ mariti. iuxta not. per *Ioan. Andre. & alios, in capit. super eod. el 2. sup. de testib. & per Bartol. in leg. si rogatus ff. de man. vin. & in leg. cum ita legatur, ff. de vsuris. & demonst. & in l. 3. C. de nupt. & per Alexand. in leg. si cum dotem, § transgrediantur, ff. soluto matrimon.* ¶ Et ex hoc infertur vnum, quod est semper menti tenendum, quod etiam si magna comitiua nuberet doctori, non diceretur nubere indigno: vt not. voluit *Salyc. in leg. prouidendum, C. de postu.* per illum textum in aliquibus lecturis, quem refert & sequitur, & multum commendat *Campetus, in tract. datis 1. parte quæstio. 13.* quia scientia nobilitat hominem: vt ibi probatur, & latius ibi ponit *Cyn.* de quo aliquid dictum est super rubric. versicul. & idem erit in doctore. dum dicebam, non valere donationem factam à doctore suæ concubinæ, quia doctor erit miles, nobilis, & clarissimus.

¶ Ex quibus omnibus simul iunctis, de necessario concludendum erit, quod pater non teneatur dotare filiam minorem 25. annis, quæ fine eius consensu (maximè dote non promissa) matrimonium cum indigno contraxit.

ADDITIONES.

¶ Adde *Marti. Lauden. in tract. legitimat. f. 6. col. 3. in princip. versic. not. autem limitationem.* vbi eius additionator plures doct. refert. licet *Capol. in cant. 247. incip. Debes scire,* secutus fuerit simpliciter sententiam Ang. A *

IOAN. BERNARDVS.

¶ Non sit indignus illo matrimonio.] Vide *Tiraquell. de cessant. causa, limitat. 22. numero 10. & tract. de don. capit. 5. numero 6.* & rursus latius *capit. 18. numero 2. & seqq. & Conar. de sponsal. p. 2. ca. 3. §. 8. numero 7.* A

¶ Quod in simili voluit Paulus.] Adde *autorem infr. §. 20. num. 18.* & eaquæ scribit *Conarr. de sponsal. p. 2. cap. 1. numer. 5. & Decium. l. nuptias, nu. 3. de reg. iuris.* B

¶ Imo fortius voluit Angel.] Vide *autorem infr. §. 20. numero 17. versicul. ex his etiam, & Conarrum. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 9. & Castill. in l. 12. Taur. numero 1. & Mynbac. quæstion. frequent. capit. 41.* & pulchram ampliationem ex ista conclusione, pluribus allegatis deductam, scilicet, vitiari rescriptum legitimationis, nisi principi narretur vtrum parentes honestè prodiuitus & honore cuiusque potuerunt honestè nubere, vide per *Tello Fernand. in l. 12. Taur. nu. 8.* & adiunge, quæ dicam infrà §. 20. numer. decimo septimo. C

D. IOAN. BARAHONA.

SVMMA RERVM.

1. *Leges Romanæ diuinitus per oracula principum promulgata fuere.*

ET per ista iustificari possunt leges regni, §. VIII. de quibus succinctè habita est mentio: quas non inconsultè Hispanorum reges Christianissimi ediderunt, quarum verba, editionisque tempora (vt nihil antiquitatis penitus ignoretur) referam, & memorabo, vt appareat quali studio, ac diligentia antiqui curauerunt, vt in matrimonio filiæ parentum interueniret consensus. ¶ In primis igitur Sisnandus Castellæ Christianissimus rex, era 671. Toleti statuit (vt *Foro Iuxgo libro tertio, titulo secundo leg. fin.*) quod si puella ingenua ad quemlibet ingenuum venerit, in ea conditione, vt eum sibi maritum acquirat: prius cum puellæ

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

le parentibus colloquatur. Et si obtinuerit vt eam vxorem habere posset, pretium dotis parentibus eius impleatur, scilicet, nomine antharum à viro. Quod si absque cognitione & consensu parentum hoc fecerit, & ipsam eius parentes in gratiam recipere noluerint, mulier cũ fratribus suis in facultate parentum non succedat, pro eo quod sine voluntate parentum trãsierit, pmnior ad maritum. Nam si de rebus suis parentes aliquid donare ei voluerint, habeant potestatem: ipsa quoque de donatis rebus faciendi quod voluerit, libertatem habebit. ¶ Hoc idem postea innouauit rex, dominus Petrus filius regis Alphonsi, era 1394. vt habetur *Foro generoforum, libro quinto, titulo quinto, l.* 1. iis hæc verba.

¶ Si manceba eo cabello casa sin voluntad de sus parientes, o de sus cercanos hermanos, con alguno hombre, o se ayuntare con el por qualquier ayuntamiento, pesando a sus parientes mas propinquos, o a sus mas cercanos hermanos, no aya parte en lo de so padre, ni en lo de su madre: sea enagenada de todo heredamiento por siempre.] ¶ Idem disponit *lex secunda eiusdem tituli*, dicens: [Esto es fuero de Castilla, que si alguna manceba en cabello, se casa, o se va con algun hombre, si no fuere con plazer de su padre o de su madre, si los ouiere, o con plazer de sus hermanos, si los ouiere, o con plazer de sus parientes los mas cercanos, deue ser desheredada, y puede la desheredar, o heredar el hermano mayor, si hermanos ouiere. E si ella fuere en tiempo de casar, e no ouiere padre e madre, e sus hermanos, o sus parientes, no la quisieren casar por amor de heredar lo suyo: dene ella mostrarlo entre villas, o mas, como es tiempo de casar, e sus hermanos, o sus parientes no la quieren casar por amor de heredar lo suyo. E desque lo ouiere querellado e mostrado, assi como es derecho, e despues casare, no deue ser desheredada por derecho.]

¶ Super hoc etiam rex Alfonsus, contra eam, quæ sine parentum vel fratrum consensu matrimonium contraxit, statuit. vt habetur *Foro legum libro* 3. *titulo primo, l.* 2. Cuius verba sunt: [Si el padre o la madre de alguna muger que sea en cabellos muriere, e alguno la pidiere para casamiento a sus hermanos, e fuere tal, que la muger e los hermanos sean entregados en el, e por su malquerencia, o por codicia de tener lo suyo, o por desheredarla si casare sin su mandado, no la quisieren casar, y ella entendiendo aqueste engaño e afrontandogelo, casare con el, o con otro que conuenga a ella e a sus parientes: los hermanos no la puedan desheredar, por tal razon: fuera, si aquel con quien casa era enemigo de sus hermanos, o les ouiesse hecho alguna afrenta. Ca por tal razon como esta (maguer sea de tan buen derecho como ellos) no es derecho que case con el. E si lo hiziere, sea desheredada de la buena de su padre, y de su madre. E si ella casare con alguno, que no sea conuenible para ella, e para su linaje: o si fuere con alguno, de manera, y que sea a deshonra della y de su linaje: sea otrosi desheredada de lo que ouo o deuia auer de la buena de su padre, o de su madre. Empero (maguer que alguna faga contra alguna cosa destas, que son sobredichas) no pierde a su derecho del heredamiento que le viene de otra parte, qualquier de sus hermanos, qualquier de otros parientes, o de estraños.]

¶ Item in *l.* 3. *eiusdem tituli* dicitur: [Si alguna muger viuda, o que aya auido señor, o amigo, casare despues la muerte de su padre, o de so madre, sin voluntad de sus hermanos, no sea desheredada por ello. Ca pues que le supieron aquel yerro y gelo sufrieron, no es razon que por casamiento lo deuan desheredar.]

¶ Item in *lege* 4. *eiusdem tituli* dicitur: [Que toda muger viuda (maguer aya padre, o madre) pueda casar sin mandamiento dellos si quisiere, e no aya pena por ende.]

¶ Item in *l.* 5. *eiusdem tituli* dicitur: [Si manceba en cabellos casare sin consentimiento de su padre y de so madre: no parta con sus hermanos, en la buena de su padre ni de su madre. Fuera ende, si el padre, o la madre la perdonaren. E si el vno la perdonare, y el otro no (seyẽdo ambos vivos) aya su parte en la buena de aquel que la perdonò. E si el vno fuere vivo y el otro no, al tiempo que casare: y aquel que es vivo la perdonare, parta en los bienes de ambos a dos.]

¶ Item *leg.* 6. dicitur: [Si el padre o la madre, o hermanos, o otros parientes touieren en su poder manceba en cabellos, e no la casaren hasta veynte y cinco años, y ella despues sin su mandado se casare, no aya pena por ende, casando ella con hombre que le conuiene.]

¶ Item in *l. fin. eiusdem tituli* dicitur: [Ninguno sea osado de casar con manceba en cabellos sin plazer de su padre o de su madre si los ouiere, sino de los hermanos, o de los parientes que la touieren en poder. E aquel que lo fiziere, peche cien maravedis, la meytad al rey, y la meytad al padre, o a la madre, si los ouiere: si no al que la tiene en poder, y sea enemigo de sus parientes.] ¶ Postea idem rex Alfonsus duas edidit leges, altera reperitur in *quarta partit. to.* 1. *l.* 10. dicens: [Prometiendo o jurando vn hombre a otro, que recibira vna de sus hijas por muger, por tales palabras como estas no se hazen las desposallas: porque ninguna de las hijas esta delante, ni consiente en el, señaladamente como en marido, ni el en ella. Esto es, porque bien assi, como el matrimonio, no se puede hazer por vno solo, otrosi las desposallas. Ca el matrimonio ha de ser, e menester es que sean presentes aquellos que lo quieren hazer, e que enssienta el vno en el otro. E si el padre jurasse o prometiesse a aquel que le auia jurado a el, que recibiria vna de sus hijas, que gela daria por muger. Si despues ninguna de sus hijas

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

jas no lo ororgaſſe, ni quiſieſſe conſentir en aquel a quien auia jutado ſu padre: por tal razon no las puede el apremiar que lo hagan de todo en todo. Como quiera que les pueda dezir palabras de caſtigo que lo ororguen. Pero ſi aquel con quien el padre quiere caſar alguna dellas, fueſſe tal que cõueniesſe: e que ſeria aſſaz bien caſada con el (maguer que la no pueda apremiar, que cumpla lo que el auia prometido) puede la desheredar, porque no agradere a ſu padre el bien que le hizo, e hazele peſar no le obedeciendo. E eſto ſe entiende ſi deſpues deſto ſe caſare ella con otro, contra voluntad de ſu padre, o ſi fiziesſe maldad de ſu cuerpo.]

¶ Alia vero lex regni reperitur *in ſexta partit. titulo ſeptimo, lib. 5. incipit*, [*miglar.*] Vbi inter cæteria ad propoſitum dixit:] E otroſi quando el padre quiſieſſe caſar ſu hija, e la dotaſſe ſegun la riqueza que el ouieſſe, e ſegun que pertenecieſſe a ella: e aquel con quien la queria caſar, ſi ella contra la voluntad del padre diſſe, que no queria caſar, y deſpues deſto hiziere vida de mala muger en puteria, poder ha el padre desheredarla por tal razon. Pero ſi el padre alongaſſe el caſamiento de ſu hija, de manera que ella paſſaſſe por edad de veynte y cinco años: ſi deſpues deſto hiziesſe ella yerro, o enemiga de ſu cuerpo, o ſe caſaſſe contra voluntad de ſu padre: no podria el desheredarla por tal razon. Porque ſemeja, que el fue en culpa del yerro que ella hizo, porque tardo tanto que no la caſo.

¶ Superuenit poſtea rex Ioann. II. en Ocaña, anno Chriſti 1422. & Valle Oleti, anno 1447. reualidauit legis prædictas per hæc verba: [Ordenamos, que moriendo la madre, y teniendo en ſu poder alguna ſu hija, e aquella quedò en poder de los hermanos para la tener e auer de caſar: ſi ella caſare ſin voluntad e plazer de los hermanos, pierda la herencia que le podia pertenecer por fin de los dichos ſu padre e madre: e que acerca deſto ſe guarden las leyes de nueſtros reynos que ello hablan, no embargante que por luengo tiempo nno ayan ſeydo guardadas: pues que por otras nueſtras leyes no fueron reuocadas.]

¶ Has autem leges nemo ſanæ mentis dicet iniuſtas. Cùm per eas (ſi obſeruentur) diſſenſionum & inimicitiarum tollatur materia, litiumque & iurgiorum adimatur occaſio: parentibus, ac filiabus optimè conſulatur. Abſit enim à nobis earum latores damnare, quos Chriſtianiſſimos fuiſſe cognouimus, & ſacrorũ canonum non ignaros: omnia quidem iura in eorum pectore recondita eſſe cenſentur, propter eos quos ad latus habent periros. Quamobrem nec in fide, nec in iure deficere poterant. Nam, vt ſcribit Ioann. VIII. Ludouico regi, & habetur in *capit. final. 16. quæſtione tertia.* Venerã-
A 1 dæ Romanæ † leges diuinitus per ora principum promulgatę ſunt. Ideo Pelagius Papa ſcribens Chryſoletico regi, ſe legibus ſubditum profiteatur: vt habetur in *capitulo ſatagendum 25. quæſtione prima.* de quibus iuribus meminit *Lucas de Penna*, loquens in hoc propoſito, *in leg. final. C. de iure libro 10. final columna.* quem rogo videas.

¶ Ne igitur naturæ & parentum votum fruſtraretur, quando imbecillis ac fragilis filia, iniqui peruerſique hominis dolis & ſuaſionibus aſſentiret: parentes, cognatoſque ioe inioria afficeret iuſtum fuit has condere leges, quibus hominum, & nonnunquam famulorum oequitia reprimitur: nam eum patris habitationem frequentant, & filiarum conuerſatio, & loquendi facultas ſibi patet, noo verentur ſub coningii velamine innocentes decipere filias, & aliquãdo impudenter ſtuprare. Qualis exinde dolor, qualisque animi commotio parentibus euenturа ſint, indicet qui filias habet. Contra tales facinoroſos dominus rex Alfonſos meritò inſurgens, grauiſſimis pœnis ſubdendos iuſſit, in oppido de Alcala, anno Chriſti 1587. & habetur in *leg. 1. titulo decimo quinto, libro octauo. Ordin. regn.* his verbis. ¶ Algunas vezes acaeer que los que viuen con otros ſe atreuen a hazer maldad y formicio con las barraganas, o con las parientas o con las ſiruientas de aquellos, con quien ellos viuen: e deſto ſuelen venir muertes de ſeñores, e otros males, e daños. Por ende eſtablecemos y mandamos, que qualquier que viniere con otro, e hiziere maldad de formicio con la barragana conocida del ſeñor, o con la ſiruienta de caſa, o con donzella que touiere en ſu caſa, o coo la cobijera de la ſeñora, de aquellos que las han, o coo la parientes de aquel con quien viniere, morando la parienta en caſa del ſeñor, o con el ama que criare ſu hijo o hija en quanto le diere leche, que le maten pro ello. Ela que eſte yerro hiziere, ſea pueſta en poder de aquel con quien viniere, y le de la pena que quiſiere, tan bien de muerte, con mo de otra, y aquel que hiziere tal maldad con la ſobredicha ſirnienta de raſa, que den a cada voo cien açotes publicamente por la villa: e ſi fuere hijo dalgo el que eſte yerro hiziere con la ſirnienta, como dicho eſto ella fuere hija dalgo, que yaga vn año en la cadena. E qualquier de los que no fuere hijo dalgo que le den los dichos cien açotes. E ſi qualquier deſtos que viniere coo otro ſe deſpoſare o caſare coo la hija, o con la parienta, que tenga en ſu caſa, aquel con quien viniere, ſin ſu mandado, que el, que eſte yerro hizime, ſea echado fuera del reyno para ſiempre, e ſi tornare, que las juſticias le maten por ello: y ella ſea desheredada, e aya ſus bienes el pariente mas propinquo. E eſto que lo pueda accuſar el padre, o la madre, o aquel o aquellos con los que viniesen ellos. E ſi aquel o aquellos con quien viniereo no lo quiſieren accuſar, que lo pueda accuſar qualquier delos parientes mas propinquos

L 2. tit. 1. l. 5. & l. 6. tit. 20. lib. 8.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

pinquos fasta el tercero grado. Pero si el padre, o la madre, o el señor con quien viuiere la perdonáre, otro ninguno la pueda accusar.

ADDITIO.

A ¶ Romanæ leges diuinitus per ora principum promulgatæ.] Quia omne bonum à Deo est, & omnis lex humana promanat ab æterna Dei prouidentia, secund. tradita per *Dom. Sot. de iust. & iur. lib. 1. quæst. 3. art. 3.* Ex quibus apparet, merito Romanorum leges ex vi rationis admitti in Hispania: quia licet imperio non cogant, ratione suadent. Et vt egregie dicit *Bald. in l. nemo, C. de sentent. & interlocut.* & *§. iniuria de pace iuramento firm.* à ratione nemo subducitur. quod not. ad proœmium & ll. part. & l. 1. Taur. quam habes hodie 10 l. 3. titul. 1. libr. 2 in vol. nouo. & vide quæ dixi sup. in rubricæ proœmio, versic. maximè iniuria regis. Quid verò interfit si contrauenias legi Romanæ, vel Hispanæ, in iudicando, vide *Rebuff. in const. Gallicanam 1. tomo glos. 5. num. 20.*

D. IOAN. BARABONA.

§. IX. SVNT tamen qui has impugnant leges, eo quod disponunt contra matrimonium vel saltem id intimidant. *Iac. Butr. in l. 1. ff. de constitutio. princip. Ioan. Andr. Dom. & alij in cap. Statutum, de hæret. libro 6. Feder. consil. 53. incipit, in Christi, & c. & consilio 175 incip. Casu talis est: tenetur, & c. Bald. in l. nemini, ad fin. C. de nupt. & in l. Paulus ff. de statu ho. & in l. omnes populi, column. 7. versicul. sed numquid. ff. de iustitia & iur. Angel. in l. consulta, C. de testa. & consil. 29. incip. Titius. Anton. cap. 1. de sponsa. & consil. 40. incip. visa forma. Anchar. in capit. 1. de constit. ver. ex prædictis, in repet. & in dict. capit. statutum, de hæret. lib. 6. & consilio 48. incip. pro solutione dubiorum. Card. & Cald. in cap. gemma de sponsa. Domus. in dict. cap. statutum, & in cap. placuit, column. 3. distinct. 23. Abb. in cap. ecclesia sancta Maria sup. de constit. 2. am in lectura, quam in repet. & consil. 12. incip. magnificus 1. volum. Alexand. in rub. ff. solut. matrimon. & in l. Setus ff. ad l. Fal. & consil. 97. 1. part. incipient. principalis, & consil. 13. parte column. 6. & Andr. Sicul. in capit. clerici, sup. de iudic. column. 2. vers. & inducit Bald. Alexandr. in capit. 1. de cland. despons. & in capit. fin. inf. de secund. nuptiis.* & multi alij, de quibus per *Felin. in dict. capit. ecclesia sancta Maria, de constit. colum. 38. versic. secundus effectus, & in c. 1. sup. de spons. col. 6. vers. & quantum ad primum, cum seq.* vbi pulchrè in hoc articulo locutus est, & finaliter subdit, quod etsi aliqua pro parte contraria, quæ ipse per viam limitationum adducit, habeant in se optimum colorem iustitiæ: tamen dicit, se non firmare, quia repugnant in effectu rationibus, de quibus ibi per eum, post præfatos doctores, quos olim disputationis gratia in iuuentute mea, hanc repetens decretalem, secutus fui, voce conclusionem istam firmando.

ADDITIO.

¶ In contrariam sententiam multos casus & autores commemorauit autor noster sup. hoc not. §. 3. num. 9. & sequent. vbi plures ego adiunxi: vltra quos vide *Matien. in dialogo relatorio, parte 3. cap. 31.* apud quos ingens autorum numerus allegatur. ex quibus huius quæstionis veritas possit apparere: quibus adde *Hippolyt. Marsil. singul. 589. & Conarru. de spons. parte 2. capit. 3. §. 9. numero 2.*

D. IOAN. BARABONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Pater filiam spuriam, vel incestuosam alere & dotare tenetur.*
2. *Vasallus, si tenetur contribuere pro dotanda filia domini legitima, ita pro spuria tenebitur.*
3. *Spurii reputantur infames: infamia facti.*
4. *Spurius non succedit ab intesto.*
5. *Spurij repelluntur ab honoribus, dignitatibus, & testimonio.*
6. *Incestuosi filij non possunt esse testes in testamento paterno.*
7. *Tabellionatus non est dignitas, nisi sit tabellio ad latus principis.*
8. *Spurius potest esse tabellio.*
9. *Spurij sunt turpes personæ.*
10. *Spurium fratrem potest frater instituere.*
11. *Concubina si substituatur heres fratribus, vel sororibus præteritis, vel exheredatis, poterunt fratres & sorores querelare testamentum fratris.*
12. *Statutum, quod pater possit instituere spurium, an valeat.*
13. *Spurius potest relinqui commissarius ad faciendum pro alio testamentum: item potest à patre substitui filio legitimo.*
14. *Spurij an sint ludendi ab alimentis.*
15. *Filij illegitimi an reputentur de genere, vel familia.*

CONCLVSIO.

§. X. FILIAM minorem viginti quinque annis, quæ sine patris consensu matrimonium etiam cum indigno contraxit, pater dotare tenetur, quamuis illa dotem non promiserit. Hoc multipliciter probare conabar. ¶ Primò, quia † sicut pater tenetur alere filiam spuriam, vel incestuosam, & sic indignam: vt *cap. cum haberet. de his qui dux. in mat. quam poss. per adult.* ita a tenetur eã dotare: vt expressè firmat *Bal. in leg. nec mater. C. de iure do.* quem refert & sequitur *Lud. in l. 1. ff. sol. mat.* sentiunt alij, de quibus ibi per *Alex. 6. col. & Bal. in leg. si genet. col. 2. ff. de his qui. vt indi. Matthæus in singul. 148. incipient. nota singulare dictum. Abbas post alios in dict. cap. cum haberet, column. 2.* idem tenet *Bald. in lege, ex complexu. C. de incest. nupt.* refert & *Alexand. in cap. 1. §. similiter, in fin. decis. Corra.* ex quo infert, quod si† vasallus tenetur contribuere pro dotanda filia domini legitima, ita pro spuria, vt ibi per eum, qui subdit, quod non debet assignari tãta dos spuriæ, sicut legitimæ, vt sentit *Bartol. in leg. fin. ff. de quibus vt indigni.* secundum eum. de quo latius dixi infrà §. 24.

¶ Si

§ Si autem fiant illegitimum, spurium, & incestuosum, & sic indignum patri dotare reputetur, à fortiore filium legitimã, & dignã: quamuis ante 25. annum, & sine patris consensu, & nulla dote promissa, matrimonium etiam cum indigno contrahere: quia per illa omnia non potuit filia effici tam indigna, sicut est filius spurius, & incestuosus: quod apparet ex eo, quòd Bonifacius mortuus scripsit ad regem Anglorum, vt habetur in 6. fi. gens Anglorum, 56. dist. dicentis, dicitur gallorum esse, tales filios spurios, adulterinos, & incestuosos, nec bello seculari esse fortes, nec in fide stabiles, nec honorabiles hostibus, nec Deo amabiles illum tenet allegat. Bald. in
3 l. 1. col. 4. C. de bis qui pœnæ nomine. § Et † reputantur infames infamia facti, secundum Azon. in summa. C. de quibus caus. infa. irrog. Hostiens. ad sent. in de fil. presbyt. § quia est causa prohibitionis. Alberic. in authent. sicut, C. de authent. habit. num. Fab. in §. non solum. de mossit. test. Bald. in l. 1. in princ. C. de iurisd. omn. iud. & in l. generaliter, § cum autem, C. de inoffic. & substit. sub conditi. fa. Refert Iason in l. fratre. in fin. C. de mossit. testam. & Nicol. de Vbal. in tr. dilatat. de succes. ab intest. col. 16. versic. sequitur quarta species. De isto dicto Azonis meminit Bald. cons. 70. vol. 1. col. 3. incip. quæsito est. dicens per hoc, quòd
4 † spurius nõ succedit in feudõ: vt ibi per eum. De eodem dicto facit festum Alexand. in 4. cr. fa. cto. § si quis rogatus, cui pen. ff. ad Trebel: & Ias. gene. ralit. § fin autem, C. de inoffic. & substit. sub conditi. fa. & consil. 25. incip. reddenporio. in 1. vol. vide eundem consil. 70. in fin. & bonum text. in §. ferre; inoffic. de mossit. testam. ¶ Item propterea † repelluntur ab honoribus, nisi propter inopiam nõ
B 5 legitimi competitoris: vt l. generaliter, §. spurios; ff. de decurion. ¶ Repelluntur etiam à dignitatibus: vt l. spurij, eodem tit: traditur per Dynum & alios, in reg. infamibus; de regulis iuris, lib. 6. ¶ Et quia ferre testimonium est dignitas: vt c. præterea. 32. q. 5. gloss. in c. testimonium. supra, de test. repellitur à testimonio, & non possunt esse testes, saltem in causis, vbi testes debent esse omnis
7 exceptione maiores: vt in materia c. fin. supra, de accusat. & l. bonæ fidei, C. de rei vendic. & l. admonendi. ff. de furtis. ex. vt singulariter firmat Ludo. in repet. d. l. admonendi. & refert & sequitur Nicol. de Vbal. in d. suo tractatu, de succes. ab intest. hæres 6. C col. 2. ver. sequitur quarta species. ¶ Ex quo ipsi inferunt, quòd habens vxorem adulteram, vel similem in testem, non deferens iuramentum in
A* defectum probationis. a* quod tene memoriæ Idem dicit Nicolaus, si in causis criminalibus duo soli testes sint, quorum alter esset spurius, quia non facerent plenam fidem: cum in criminalibus testes luce clariores, & omni exceptione maiores esse debeant: vt l. fin. C. de probat. cum ex. ca. 2. q. 8. & sciant cuncti. & notat per Bald. in l. sanctos populos, C. de summa Trinit. & fide cathol.
6 Hic est, quòd filij † incestuosi non possunt esse testes in testamento patris: secundum Speculat. tit. de instrum. edit. § compendiosa. refert Bald. in l. 2. cum acutissimi, pen. col. verse. extenuata. C. de testa-

mentis. Item d. l. cum acutissimi. non habet locum in filiis spuriis, imò nec naturalibus: vt l. generaliter, C. de inoffic. & substit. sub condit. fac. secundum Bald. in d. l. cum acutissimi, fol. 2. ver. quæro nunquid. ideo statutum de filiis rebellium, non includit istos; secundum Bald. ibi, licet in aliquibus casibus spurij comprehendantur appellatione filiorum. ¶ Sed 2 quamuis non posset esse cessus, bene tamen poterit esse tabellio: quia † tabellionatus non est dignitas, sed officium satis vile. & ideo propter vilitatem officij seruili publici appellantur: vt ff. de adopt. l. non enim. non quia serui sint, sed quia in dicto officio seruire tenentur. Hinc decisum fuit, quod decuriones (officio decurionatus pendente) debent à tabellionatus officio abstinere. ita not. decidit Ang. de Peru cons. 283. incip. præmitto. idē tenet Cal. de cons. 2. sub tit. de fide instrum. incip. spurius. & facit l. vnic. ff. de decurion. lib. 10. vnde valebit instrumenta ab eo confecta, secundum Bald. in l. 1. C. de testam. col. 4. q. 6. & vide Gloss. in l. 2. § milit. ff. de his qui not. infam. Possunt tamen spurij esse decuriones: vt in l. spurij ff. de decurionibus. Naturalis autem filius, qui parum distat à legitimo, authentica, quibus modis naturales efficiantur legitimi, non est infamis: vnde fortitur honores, & libertatem parentum: vt 7. part. tit. 11. l. 1. & consequenter poterit esse tabellio. facit quod dicit Ioan. Fab. § non solum. de inoffic. test. Instit. & Bald. in l. exercendis. col. 3. C. de fil. instrum. & in l. generaliter, C. de inoffic. & Ioan. de Pla. in l. senatus, C. de legitim. lib. 12. Iason in §. patiatur, Instit. de action. Quamuis ergo † spurius sit
8 infamis, nihilominus poterit habere tabellionatus officium: infamis enim potest esse ta- E
bellio; quia non est dignitas, sed onus: vt dicit gloss. in l. fin. C. qui milit. non pos. lib. 12. & not. Bart. in l. eadem, §. 1. ff. ad l. Iul. repet. licet per l. 3. tit. 19. part. 3. videatur contrarium. vbi inter cætera, quæ requirit in tabellione, est bona fama: vnde videtur, quod infamis non posset esse tabellio. ¶ Intellige, nisi sit tabellio ad latus principis, quia ille dicitur habere dignitatem: b* vt B*
l. 1. C. de sanct. princ. & l. laudabilis, C. de adoc. diuers. iudi. quod nota pro cancellariis principum & dignitatum. ita dicit Angel. Aret. in §. fin. in princ. Instit. de excep. Idem f dicas de procuratore in F
curia Papæ, Imperatoris, vel Regis, vel alicuius domini: nam ibi non potest infamis esse procurator, quia talis cum ab infamibus fedari non debet, nec licet eis ingredi. ff. de ext. tu. l. fidē & melius. § sed ignominia. secundum Bald. in l. 1. §. ait prætor, ff. de postu. refert & sequitur Angel. Aretin. in dict. § fin. prope fin. ¶ Idem dicas de procuratione illustrium personarum, vt episcoporum, vel prælatorum & aliorum similium: quia infamis non potest esse procurator talium. arg. text. in c. fin. 5. q. 3. tenet Bald. in l. vnic. in fin. C. de postul. Ang. vbi supra, itaque infamis non potest esse procurator talium, nec tabellio vel procurator in curia principis: vt colligitur ex prædictis. ¶ Reputantur etiã filij † turpes personæ, 9

& propterea licet frater non possit querelare fratrie testamentum nisi turpi persona instituta: vt *l. fratres, C. de testib. sent.* tamen si frater non instituit aliquem adulterinum, & similes, poterit alter frater querelare, secundum *Cyn. in d. l. fratres, & ibi Iason in fin. Bald. in l. 1. C. de nat. lib.* facit gloss. in *l. turpia legata, ff. de leg. 1.* & quod not. in *l. & si peperierit, ff. de liber. & posthu. in c. innotuit, de elect. & per totum tit. de fil. presbyt.* In contrarium facit *l. spurij, in 1. not. de municipibus & honoribus, Bald. in l. fin. C. de liberis, & eorum liber. in l. 1.* 11 *C. de iure aurorum annulorum.* Fratrem † tamen spurium frater instituere potest, *l. in qui ff. de vulgar. & pupil. gloss. in authent. qui mo. na. effic. sui. §. vlt.* si quidem in *gloss. magn. in vers. item à patre, & in ver. sed quid si pater, Bald. cons. 5. incip. casus talis* G *est, in 1. volum.* Ex quibus infertur ad vnum quod ego habui in practica: Filius cuiusdam sacerdotis contraxit matrimonium cum quadam muliere, quæ morti proxima, condidit testamentum, in quo maritum hæredem instituit, fratres & sorores legitimas præterijt, vel exhæredauit: fratres & sorores querelabant testamentum sororis, quia turpem instituerat personam: dixi, quod poterant, per prædicta. & hoc fere in terminis nostris cõsulendo decidit *Paul. de Cast. consil. 61. incip. ad primum videtur.* vbi loquitur de ea, quæ maritum condemnatum ex causa, quæ reddebat eum infamẽ, hæredem instituit, fratribus & sororibus præteritis: quæ sorores testamentum querelabant, quia turpem instituerat personam. dicit hoc rectè fieri posse, per *d. l. fratres.* ¶ Ad cuius cõfirmationem facit, quod in similibus terminis consuluit *Ang.* 21 *consil. 171. incip. Petrus.* vbi dicit, quod si quis † concubinam hæredem instituit, præteritis vel exhæredatis fratribus, vel sororibus: poterunt fratres & sorores querelare testamentum fratris, quia turpem instituit personam: vt *dicta lex, fratres.* quod est valde notabile signanter ad ea, quæ dicta sunt, in rubrica §. 37. Ex istis infertur, eam sequentib. vbi de donatione facta concubinæ dicebam. ¶ Excludantur etiam isti à successione omnium ascendentium per lineam masculinam, vel femininam: vt in *authb. quib. mo. na. effic. leg. § fin. coll. 6. & in authent. quib. mod. na. effic. sui. §. fin. coll. 7. & l. qui contra, & l. si qua incest. C. de incestis nupt. & authent. ex complexu. eod. tit. & c. Later. & c. causam quæ, supra, qui fil. sint* H 12 *leg.* Nec b valeat † statutum, quod pater instituat spurium: vt latè disputando concludit *Bald. in l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. col. 11. ver. 2. quæro de effectu, & in l. 1. col. 3. C. de his qui pœna nominc.* vide *Paul. de Cast. consil. 217. vol. 2. Alexan. consil. 131. in 3. vol. Baptistam in l. omnes populi, ff. de iustitia & iure, fol. 11. col. 1. in repet.* Quamuis tamen filius spurius excludatur à successione patris, bene tamen potest relinqui à patre executor sui testamenti, ad distribuendum, eligendum, vel restituendũ, dummodo ex hoc commodum non sentiat. Sed *Bald. in l. ab eo, C. de fideicomm.* facit quod voluerunt *Ang. Ioan. de Imol. & alij tenentes in l. in tempus, ff. de hæred. instit. & in l. his qui, eod. tit. Bald. in l. si quis ad declinandum, C. de epis. & cler. Bart. in l. eam quam, C. de fideicomm.* intellige, dummodo constet de distributione bona fide facta: aliàs secus, per ea quæ tradit *Ioan. Andr. in Spec. de instr. edit. § nunc vero aliqua in addit. ami ad istũ fin.* Ex istis infertur, quod † spu- 13 rius potest relinqui commissarius ad faciendũ pro alio testamentum: item pater potest eum substituere filio legitimo *l. si is qui ff. de vulga. & pupill.* ¶ Quinimo de iure † ciuili excluduntur 14 etiam ab alimentis: vt *d. authb. quib. mod. na. effic. sui. § vltra si quidem,* ibi: nec alendus est à parentibus. & *authent. ex complexu. C. de incest. nupt.* not. *in c. per venerabilem, supra, qui fil. sint leg.* æquitas tamen iuris canonici voluit, quod à parẽtibus alerentur: vt *d. c. cum haberet.* cui debemus stare, etiam de iure ciuili, propter naturalem æquitatem, quam cõsiderauit canon. s. quia educatio filiorum est de iure naturali introducta, & ex instinctu naturæ procedit. *infrà, d. ius naturale,* ibi: puerorum educatio. quod adeo verum est, quod si pater filio indigenti alimenta denegaret, non esset à reatu homicidij immunis: vt *l. necare. ff. de hb. ag.* ¶ Istud communiter tenetur, quamuis *Bald. in d. authb. ex complexu.* videatur I sentire ius ciuile remanere incorrectũ in filiis nefariis, & incestuosis, & solùm in spuriis simpliciter corrigi: per *d. c. cum haberet.* Sed si bene aduertatur, ille text. est contra decisionẽ Bald. quia loquitur de adulterino, non simplici spurio. vnde omnes illum intelligunt, de filio ex quocunque coitu damnato nato, vt sic alendus à patre, & per consequens dotandus: vt suprà dixi. & idem de filia, quæ sine consensu patris, &c. An autem filij illegitimi reputentur de genere, vel familia, ponit *Abbas* post alios *in c. nonnulli, § sint & alij, de rescript.* vbi *Felin.* plura cumulat circa ista. An autẽ ius patronatus competat illegitimè natis, vide latè ac diffusè & singulariter per *Roch. in tract. de iure pat. in ver. competens alicui, q. 2.* K

ADDITIONES.

¶ Adde *Hippolyt. in singul. 273. incip. notissimum est in iure, in fine, nouiter additis.* A*

¶ Adde *Felin. in c. fraternitatis, 2. col. de hæred.,* vbi hoc describit, & alios tres casus addit, in quibus infamis non potest esse tabellio. B*

IOAN. BERNARD.

¶ Ita tenetur eam dotare.] Circa dotem & alimenta, quæ liberis spuriis debentur, repletissima sunt volumina nostrarum. Vide *Tusciſt. l. 9. Tusc. & Suarez l. 1. tit. 6. lib. 3. for. & Conar. de sponsal. part. 2. c. 8. §. 6. Mynch. part. 2. lib. 2. de success. creat. & progress. c. 20. n. 315. cum seq. Didac. Perez l. 22. ti. 3. lib. 1. ordin.* Atque ingẽtis doctorũ agminis receptaculum habes apud *Per. Dueñas regul. 366. & reg. 367.* apud quos etiam de eorundem spuriorũ successione tractatur. ac plores etiam circa eadem referuntur per *Plazam de delictis, c. 41.* & vide *authorem infrà, §. 23. n. 4. & n. 11. & Vidalob. vers. pater, num. 29.*

¶ Et

B ¶ Et propterea repelluntur ab honoribus.] Vide *authorem supra in rubr. §. 38. num. pen. versic. item super genere.* nec de republica vel censentur, secundum *authorem supra, §. 58. num. 4.* nec loco civium habentur. vt putat *Bald. consil. 267. col. vlt. lib. 1.* quem sequitur *Cur. Cot. in suis memorab. versic. Civium.* & quod infamia facti notentur, praeter authorem hic, vide pluribus citatis ad idem *Hippolyt. de Marsil. in singul. 273. num. fin.* vbi etiam *num. 17.* refert ex *Bartol. in l. eadem, ff. ad l. Iul. repet.* quod huiusmodi spurij nequeant ad munus publicum aspirare: adiungeque scripta per *Conar. pract. quæst. c. 19. num. 6.*

C ¶ Ex quo ipsi inferunt.] Adde m secundum *Bernar. hic in additionibus suis, Hippolyt. de Marsil. in d. singul. 273.*

D ¶ Sed quamuis non possit esse testis.] Adde *Alexand. consil. 80. lib. 2. & Angel. consil. 284.* & *Tiraquel. de nobilitat. c. 25. num. 15.* & rursus *ibidem c. 34. n. 26.* ac diligenter examinantem, vide *Conar. pract. quæst. c. 19. n. 6.*

E ¶ Infamis enim potest esse tabellio.] Adde *Felin. in c. fraternit. de haret.* & *Tiraquel. de nobilitat. c. 30.* & *Conar. pract. quæst. c. 19. n. 5.* ibi nominatim quoque reperies quid iuris de tabellione principis, vel curiæ regiæ.

F ¶ Idem dicas de procuratore.] Adde *Roman. sing. 814.* & *Lason in rubric. C. de procurat. ad fin.* & hæc eadem procedunt in medico, coquo, & barbitonsore principis, aliisque domus regiæ officio. quia dicuntur habere dignitatem, & eorum officium ars. vide *Roman. sing. 656. Boerium decis. 222.* & *Rip. in lib. 2. respons. cap. 26. Lucam de Pen. in rubr. C. de primip. lib. 12. Cepol. in l. si quis vendidit. §. 1. de ædil. edict. Felin. in rubr. de offic. delegat.* & *Crem. consil. singul. 99.*

G ¶ Ex his infertur.] Huius quæstionis memor est *Castillo, in l. 9. Tauri, fol. 59. col. 3.* & rursus *fol. 63. col. 3.* Addeque *Anendan. par. 2. c. 26. ad fin.* & pluribus citatis *Didac. Perez. in l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 918.*

H ¶ Nec valeat statutum.] Vide *Tauriſtas in l. 9. Tauri, Guiller. Bened. in c. Raynut. in princip. nu. 39.* & *Ferdinan. Lopez. in tract. de matrim. 2. dubio secundo fundamento, pro parte negativa, n. 7. Boerium decis. 227. Ioan. Baptist. Cacialup. in l. cunctos populos, num. 170. C. de summa Trinit.* & pluribus citatis, aliisque ampliationibus ad regul. deduct. *Dnōn. regula 366.*

I ¶ Quamuis Bald.] Vide *Roderic. Suarez. in l. 1. titul. 6. lib. 3. for. versic. sed limita hic, in § sed prædicta, de natur. alium, & Tauriſt. l. 9. Tauri, & Conar. de sponsal. part. 2. c. 8. §. 6. num. 6. ad fin.* & *Segur. in l. cohæredi. § cum filia, num. 123. ff. de vulg. & pupil.* atque aliis citatis *Petrum Ducæus in reg. 167. ampli. 4.*

K ¶ An autē filij illegitimi reputentur de genere vel familia.] Adde singul. doctrinā *Bald. in l. fin. C. de nat. lib.* & *Imol.* & *Alexan.* & *alios in l. ex facto, § si quis rogatus, ff. ad Trebell.* & *Gregor. gloss. h. in l. 1. tit. 11. par. 7.* & *Montal. gloss. 2. in l. 1. tit. 6. lib. 3. for.*

DOCT. IOANN. BARAHONA.
Palacios Rub.

SVMMÆ RERVM.

1. *Electio per metum facta quando valet.*
2. *Filia minor 25. annis sine consensu patris intrans religionem, non potest ob hoc exhæredari, sed dotari debet.*

SECVNDO, matrimonium carnale & spirituale *a* æquiparantur: vt *c. inter corporalia, supra, de transact.* & *plat.* tenet *Card. in c. sua, in fin. supra, de sponsal. Abb. in cap. cum terra, fin. col. supra, de elect.* dicens, quod sicut valet † electio per metum facta, quando electores non compelluntur eligere certum, sed aliquem de certo genere personarū: vt ibi, & in *c. dilectus, supra, de consuetud.* & *in cap. Abb. de verb. signific.* sic etiam valebit matrimonium carnale per metū contractum, quādo non fuit quis compulsus contrahere cum certa persona, sed cum aliqua *b* de certo genere, quam ipse elegerit. * quod dictū mirabiliter limitat text. in *c. cum locum, supra, de sponsal.* & alia iura, quæ volunt nullum esse matrimonium metu contractum. & sic in effectu arguit *de. Abb.* de matrimonio spirituali ad carnale. Idem tenet *Ias. Zochus in d. c. cum locum.* & sequitur *ibi Alexand. col. pen.* Quomodo autem contrahatur matrimonium spirituale inter beneficiatum, & ecclesiam, ponit notabiliter *Abbas in 5 disputatione, col. 22. vers. & aduerte, & ibidem col. 6. ver. nam inter.* ponit differentias inter matrimonium carnale, & spirituale. Sed *c* est ita, quod si † filia minor 25. ann. sine patris consensu contrahat matrimonium spirituale, intrando videlicet quamcunque religionē, non poterit pater ex hac causa illam exhæredare: vt *l. fin. C. de episcop. & cler.* imò tunc tenetur pater eam dotare, vt commodè possit stare & viuere in seruitio Dei, & tanquam Dei sponsa, vt monasterium possit onus alimentationis subire: vt not. voluit *Bald. in dicta l. fin. C. de dot. promiss.* & fuit de mente *Bart. in l. 1. § si parens, ff. si quis à pat. fuer. man.* ¶ Quinimo, etiam si semel huic nupta, licet cum ampla dote, & tunc vidua, velit religionem profiteri, tenebitur pater eam dotem assignare monasterio: vt voluit *Ioan. Andr. in addit. ad Spec. isto tit. § formatis, ad fin. gloss. & Cyn. in authent. sed quāuis, C. de rei vxor. act.* Ergo eodem modo non poterit pater filiam exhæredare, si ante 25. annus contrahat matrimonium carnale, cum quocunque, nulla promissa dote, & sine patris consensu: & per consequens ex hac causa non poterit alimenta nec dotem denegare, cùm dos succedat loco alimentorum: vt suprà dictum est.

ADDITIO.

¶ Adde *Felin. in c. in præsentia, de probat. col. 18. vers. 2. declara. Lasso in l. Titia, col. 3. post medium, ff. de verb. obligat.*

IOAN. BERN.

¶ Æquiparātur.] Adde *Bald. Nouell. de dote, p. 1. priuileg. 16.* & *Guiller. Benedict. c. Raynutium, versic. dote, n. 7. cum pract.* & *sequent.* & *Alexan. consil. 139. lib. 2.* & *Gregor. in l. 8. tit. 11. par. 5.* & *Felin. in c. non sat. de simonia, Butr. de dot. c. 14. n. 2.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

B ¶ De certo genere quam ipſe elegerit.] Adde *Felin. c. in preſentia de probat. n. 37. Decium. c. licet de electione.* & multis citatis atque ingenioſe diſputantem *Conar. de conſil. parte 2. cap. 3. §. 5. num. 8. & 9.*

C ¶ Sed ita eſt.] Vide *Alexan. conſil. 139. lib. 2. Guillel. Benedict. vbi ſup. Dolum. in authent. res quæ, C. communia de legatis, nouiſſima deciſ. 131.* habeſque multis citatis latè ſcribentem *Battum de dotibus §. 14. num. 2. per totum.*

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Opus pietatis exercere poteſt quis compelli, & num. 9.*
2. *Pauper poteſt implorare officium iudicis contra domitem, vt ei tempore neceſſitatis ſubueniat, & num. 9.*
3. *Eleemoſynam facere debemus conſtituto in extrema neceſſitate.*
4. *Dos eſt pia cauſa.*
5. *Cauſa dotis cùm ſit pia, index in ea ſupplet ex officio ſuo, non petito: & poſſea index decernere dotem filiæ eo caſu, quo pater non prouidet.*
6. *Legata pro virginibus maritandis dicuntur pia.*
7. *Executores dati in teſtamento ad diſtribuendum in pias cauſas, poſſunt erogare pro dotibus puellarum.*
8. *Nobilibus paupertatem incurrentibus, qui mendicare erubeſcunt, ſubueniendum eſt.*

§. XII. TERTIO, propter neceſſitatem compellitur quis † opus pietatis exercere: vt eſt gloſſ. quam ibi not. *Abb. in c. 1. ſup. de empt. & vendit. gloſſ. 1. alia. in c. humanum genus. in ver. inferre, in fin. 1. diſtinct.* ¶ Ex quo dicebat gloſſ. not. in *cap. ſicut, 47. diſt. & in c. domine ſancto. in ver. neceſſitatem. l. de alia in c. exigunt, 8. q. 7. gloſſ. 1.* quod † pauper [a] poteſt implorare officium iudicis contra diuitem, vt ei ſubueniat tempore neceſſitatis. & hoc idem firmat *Abb. in c. cum cauſam, fin. col. ſuprà. de elect. in c. nouit. 16. col. ſuprà. de in. & in c. ſi quis per neceſſitatem, infrà, de ſur.* ¶ Et facit quod voluit *S. Thom. ſecunda ſecundæ, q. 33. art. 5.* vbi dicit, quod conſtituto in extrema neceſſitate † tenetur quis eleemoſynam facere, ſi habeat vnde: quoniã hoc caſu eleemoſyna eſt in præcepto, ſecundum eum: quem refert & ſequitur *Abbas in c. ſi vero, col. 4. ſuprà. de iureiur.* & idem tenet *Archid. in c. 1. 1. diſt.* ſic intelligens gloſſ. ibi. Idem tenent multi alij, quos refert *ibi Felin. in fin.* adde *Archiepiſcopum Flor. 2. parte ſummæ, tit. 1. cap. 24. in fin.* & quæ dixi ſuprà in princip. §. 27. verſ. 2. intellige eum ſeq. Sed ita eſt, quod † dos [b] eſt pia cauſa: vt eſt text. not. & forte non alibi ita bonus, in *l. cum hic, §. ſi mulier. ff. de condit. inde.* & ſentit gloſſ. allegata. illum text. in *§. ſi quoque, in ver. acceperit, Inſtit. quibus mod. re. contra. ob. & in §. fin. in ver. quod per errorem. Inſtit. de ob. quæ ex quaſi contra. & in l. 2. C. de condict. inde.* not. *Bart. in l. ſi conſtante, in 9. q. 1. parte, in fin. ff. ſol. matrim. & in l. ſi ego, in princ. & in §. 2. ff. de iur. dot.* & eſt expreſſum in *l. regni, 5. par. tit. 14. l. 35.* vide quæ dixi in rubr. §. 49. & ſuprà, e. in 2. not. ad fin. princ. ver. eodem modo. ¶ Et inde eſt, quod in † cauſa dotis, cùm ſit pia, index ſupplet ex officio ſuo, non petito: vt eſt caſus not. in *l. ſi cum dotem, §. ea autem tempore. ff. ſolut. matrim.* ſecundum *Raph. & Paul. ibi, & Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudicium, in prin. ff. de dam. infect.* ¶ Ex quo infertur, quod index ex officio ſuo oemine petente, poteſt decernere dotẽ filiæ, eo caſu quo pater non prouidet: vt eſt text. valde not. in *l. profectitia, poſt princ. in ver. ſed & ſi proponas. ff. de iur. dot.* per quam ita dicit *Bart. in l. 1. in 3. col. ff. ſoluto matrim. Lud. in authen. ſimiliter, C. ad l. Falcidiam, 11. ſpeciali, Alexan. in dict. §. hoc autem iudicium.* de quo etiam per *Bald. in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* ¶ Et ex his dicebat *Bart. in d. l. ſi ego, ff. de iur. dot. & Bald. in d. §. ſi mulier, & in l. vnica, in fin. C. de his quæ pœn. not. & in authent. niſi rogati, col. 3. ver. quæro nunquid monaſterium, C. ad Trebell.* & in pleriſque aliis locis, de quibus per *Alexan. in d. §. ſi mulier, in poſt.* quod † legata pro virginibus maritandis dicuntur pia, & hoc, quia, vt dicebat *Bald. in l. poſt mortem, col. pen. C. de fideicomm.* legata pro virginibus maritãdis videntur relicta reſpectu diuini numinis, & poſſunt dici quodammodo relicta ipſi Deo immortali: & propterea non poſſunt conuerti in alium pium vſum, per executores teſtamenti, etiam authoritate epiſcopi, & ita aſſignari puellæ intrãti monaſterium, ſecundum *Bald. in d. authent. niſi rogati.* nec de tali legato dotis, vel pro dote, detrahetur Falcidia, ſecundum *Bald. & Angel. in d. l. cum hic, § ſi mulier.* ¶ Et inde eſt, quod ſi teſtator relinquit Bertæ pro ſe maritanda 10. debentur ſibi, licet ipſa fuerit supra tempore teſtamenti: vt *ff. de condic. & demonſtr. l. ſi iam facta, & C. de inſtitut. & ſubſtit. l. antepen.* ſecus ſi eſſet relictum pro incerta puella maritanda: quia non habebit locum in iam maritata. ita not. dicit *Bald. in l. fin. ad fin. C. de ſent. quæ ſi. cer. quan.* de quo meminit *Alexand. conſil. 146. col. 2. 5. vol. & Iaſon in auth. res quæ, C. com. de le. colum. 6.* de quo infrà, latius dicetur, in ſeq. col. & verſ. eodem hoc dicebat. ¶ Quo autem tempore debeantur legatum factum pro puellis maritandis, vide not. per *Bar. in l. Titia centum, § fin. fin. col. ff. de condic. & demonſtrat.* ¶ Ex iſtis infertur, quod † executores dati in teſtamẽto ad diſtribuendum in pias cauſas, poſſunt erogare pro dotibus puellarum: præſertim ſi ſunt pauperes. cùm tunc etiam ſtricto modo dos dicatur pia cauſa. ſecundum *Bald. in l. 1. de leg. 2. in 2. charta, in repet. & Alexand. in d. l. cum hic, § ſi mulier, in poſt.* ¶ Idem dicendum, ſi eſſent puellæ, quæ ſecundum ſuam conditionem vel nobilitatem mereantur maiorem dotem, quàm eſſet ſufficientia ſui patris: & propter hoc non poſſent inuenire virum condignum ſuæ conditioni: nam tunc ipſum executores poſſent ſupplere vſque ad congruam dotem, vt poſſent puellæ condecenter ſecundum ſuam conditionem marirari: quia tunc cenſetur pia cauſa, vt matrimonia condigna contrahantur: quia non dicitur poſſe nubere, quando honeſtè nubere non poteſt. ſecundũ ſuam conditionem. arg. *l. nepos Procul. ff. de verbor. ſignificat.* facit *lex, plenum, §. equitẽ, ff. de vſu & hab.* iſtud eſt notabile dictum *Baldi Nouelli, in ſuo tract.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

C *trall. de dote, 5 part. 4. col. in fin.* ¶ Ad cuius c confirmationem facit, quod notare voluit *Bald. in l. si quis ad declinandum, 3. col. ver. circa tertium, C. de epi. & cle.* vbi dicit, quod si aliquis est nobilis qui habet alimenta, sed suam dignitatem conseruare non potest: & habet forte puellas, quas maritare non potest: poterit episcopus vel executor testamẽti, qui habet bona testatoris, distribuere in pauperes, aliquid ipsi nobili erogare in subsidium vitæ, vel dotium: quia licet non sit omnino mendicus, tamen secundum statum natalium suorũ, aliqua sustentatione egere: & ideo inter pauperes cõnumeratur: vt est ibi casus not. secundum eum. quod tene semper menti. de quo *Bald. Nouellus* nullam facit mentionem. per quod optimè ampliatur eius dictum, vt procedat, non solùm cùm testator mandauit bona sua distribui pro puellis dotandis, vel maritandis, sed etiam si iussit illa distribui in pauperes. ¶ Idem dicendum esset, si talis nobilis pauper haberet aliqua bona malè acquisita, quæ deberet pauperibus erogare: nã hoc
D casu potuisset *d* sibiipsi retinere, vel filiabus in dotem dare. per ea quæ dixi in rubr. §. 65. ante fin. vers. intellige, & vers. quod antè dixi. quod tene menti. Adde prædictis bonum textum in
g *§. considerandum, 86. dist.* vbi dicitur, quòd † præcipuè subueniendum est nobilibus paupertatem incutientibus, qui mendicare erubescũt. Idem dicit *Ambros. in lib. de officiis.* vide quæ dixi suprà, in rub. §. 11. circa fi. ver. & inde est, quòd si vnus est nobilis. & infrà, eod. §. 23. post princ. ver. sed quod dixi. vide etiam quæ latè scripsi in *c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissio. in parte, omnia peccata, vers. sextum, per quod venialia.* ¶ Secundò ampliatur, vt procedat, etiam si dictæ puellæ iam fuissent nuptæ sine dote, vel cum modica dote: præsertim si vir, qui accepit talem puellam indotatam, erat egenus, adeo quòd non sufficeret ad onera matrimonij supportanda: nam tunc poterunt dicti executores dotare, vel dotem augere, si videatur esse necesse, pro supportandis onerib⁹ matrimonij: quia adhuc subest causa pia, & necessitas oneris matrimonij. ita not. decidit *Bald. Nouel. vbi suprà, in q. facti*, qui hoc intelligit, quando testator iussit bona distribui in pauperes, vel in puellas dotandas: secus in puellas maritandas, quia tunc non videtur satisfactum intentioni testatoris, nec etiam verbis testamenti: & maximè si diceretur, pro virginibus maritandis: cùm istę nec sunt virgines, ex quo iam sunt nuptæ: nec sunt maritandæ, ea quo iam habent
E maritos. ¶ Ad hoc e facit text. & quod ibi not. *Bart.* quem alij ibi sequuntur, in *l. Lucius, le 1. ff. de legat. 2. Bald. & alij in l. filia legatorum, C. de legat. Anchar. & Imol. in c. filius, suprà, de testam. col. pen.* vbi dicunt, quòd si pater relinquit filiæ ducenta, pro ipsa maritanda: viuens ipsam maritauit, & dedit sibi centum nomine dotis: potest filia residua centũ petere ab hæredibus patris eo mortuo: quando testator dixit, lego pro dote, seu nomine dotis: quia tũc ea maritata, causa legati non est finita, cùm cõstante matrimonio possit dos augeri: vt *l. pe. & in auth. sed etiam necesse, C. de don. ante nupt.* secus quando testator dixit, pro ea maritanda: quia ea maritata, est finita causa. Ita ergo dicendum in casu prędicto, & secundum ista intellige *Bald. in d. l. fin. in fin. C. de sent. quæ sin. cert. quan. profe.* de quo paulo antè feci mentionẽ, ver. & inde est. ¶ Redeundo ad propositum, si propter † necessitatẽ compellitur quis opus pietatis exercere, & constituere dotem, est opus pium: vt suprà dictum est: quæ maior est necessitas, quàm illa, in qua est vxor non dotare: quia potest maritus ei alimenta denegare, & à se illã expellere, vt suprà dixi. ex qua alimẽtorum denegatione, & expulsione à domo, potest sequi peccatum adulterij. vt hic dicit text. & possunt etiam multa alia incõmoda sequi, de quibus inf. subiiciã. Ergo est compellendus pater illã dotare, quamuis sine eius consensu aute 25. annũ non promissa dote matrimoniũ cum indigno contraxerit: præsertim cùm in patre duæ cõcurrant obligationes: vna, qua tenetur, vt quilibet extraneus tali tẽpore necessitatis, opus pium exercere: alia, qua tenetur vt pater filiã dotare. Duplex enim obligationis causa, maiorem habet efficaciam. arg. *c. 1. suprà, de treu. & pace, § sed hodie, Instit. de adop. & l. cum in adoptiuis, C. an. & in authent. ita aque, C. commun. de suc. cog.*

ADDITIONES.

¶ Pauper potest implorare officium iudicis.] Vide *Panorm. in c. 1. de empt. & vẽdit.* & sat plurea qui adiunguntur in additionibus eiusdem in *c. nouit. de iudic. & Syls. in summa, vers. eleemosyna, n. 2. & Canet. in 2. to de præcept. eleemos. per sex cap. & Medina in tract. eleemosyna, c. an extremè indigenti, & Dominic. Sot. l. 4. de iust. & iure, qu. 3. art. 1. col. 6. & lib. 5. q. 8. art. 4. & Nauar. in suo manual. c. 23. n. 3. cum sequent. & Greg. gloss. 1. in præmio, tit. 1. part. 5.* qui plura dicunt & docent quando eleemosyna sit in præcepto. & lege *Conar. regul. peccatum, part. 2. §. 1. n. 4. & infrà, 6. not. n. 5. & D. Franc. Sarmento de redit. ecclesiast. part. 4. c. 5.* A

¶ Dos est pia causa.] Vide latè disputantẽ & resoluentem *Bald. de Bartolin. in repetitione l. 1. ff. sol. matr. n. 40. & sequent.* & ibi *Ioan. Cruc. n. 35. & authorem suprà in rub. §. 48. ad fin. & 2. not. in princ. n. 20. & Peral. in l. 1. n. 27. de leg. 2. & Arias in l. 29. Tauri, n. 66. & sequẽt. & Did. Perez. ad Segur. in l. 3. § fin. n. 75. de lib. & posth. & Baetium de dotib. c. 11. n. 53. & 56. & Pinel. de bon. mat. l. 1. part. 3. n. 62.* B

¶ Ad cuius confirmationem.] Vide quos adiungam, infrà, §. 23. num. 8. C

¶ Sibiipsi retinere.] Quia multa ub necessitatem tolerantur. vt not. suprà in proœmial. §. 27. n. 9. & adde hnc *Conar. in reg. peccatum, part. 1. in princip. n. 2. Medinam, de restitut. q. 5. Soto de iustit. & iur. lib. 4. q. 7. art. 4.* D

¶ Ad hoc facit textus.] Circa ista vide pluribus allegatis, *Conar. de testam. c. officiq, num. 10. &* E

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Bacium, de dotibus, cap. 20. num. vlt. & lege alium casum *inf. §. 20. num. 6. & Peralt. in l. Lucius 1. de leg. 2. num. fin.*

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Alimenta denegari possunt vi, qui ex causa potest exheredari.*
2. *Dos succedit loco alimentorum.*

§. XIII. QVARTO ex quacunque causa potest quis exhæredari, possunt ei † alimenta
1 A denegari. & quantum ad hoc, parificatur *a* exhæredatio, & alimentorum denegatio: vt voluit gloss. not. in *d. l. si quis à liberis, in ver. detulerat, ff. de liber. agn.* & in *l. fin. C. de alend. lib.* tenet *Bald. in authent. res quæ, C. communia de legat.* & doct. in *prælleg. loci.* a* Sed est ita, quia licet filia minor
A* 25. annis sine patris consensu matrimonium etiam cum indigno contraxerit, quamuis dotem non promiserit, non potest ex hac causa exhæredari hodie, quamuis olim sic, de iure *Digest. vt d. l. 3. §. si cum ancipitem, de bon. po. contra tab.* quia ista causa exhæredationis non repetitur hodie inter alias causas, quas enumerat textus in *dict. authent. vt cum de appell. cog. §. causas,* & glo. in *l. Quintianus, supra, de iurisd.* Ergo ex eadem causa non poterit pater alimenta denegare, nec per consequens dotē non tradere: quia ex causis, ex quibus potest quis exhæredari, vel ei alimēta denegari, potest dos non constitui secundū *Bald. in d. authent. res quæ.* & econtra. Cuius ratio est, quia † dos succedit loco alimentorum: imò fauorabilior est causa dotis, quàm causa alimentorum: vt supra dictum est. ergo tenebitur pater eam dotare. ¶ Et si dixeris, quòd imò filia, quæ matrimonium contraxit, sine patris consensu, ante 25. annos potest à
2 patre exhæredari: vt in *authent. vt cum de appell. l. 1. tit. 1. cog. §. si alicui, & in authent. sed si post 25. C. de inoffic. testam. lib. 5.* & hodie si contrahat matrimoniū clandestinum, per *l. 47. de Taur.* potest exhæredari. dicu, quòd licet ex hac causa possit exhæredari (quod tamen non est sine scrupulo, vt infrà subiiciam) non tamen poterit pater ei dotem denegare: vt sic illa iura procedant in exhæredatione, non tamen in denegatione dotis: vt est de mente *Hostien. & Ioan. Andr. in dict. c. insuper, supra, de despons. impub.*

ADDITIONES.

A* ¶ Adde not. per *Petrum Gregor. in singul. 1.* & vide supra §. 5. ver. item quia.

IOAN. BERNARD.

A ¶ Parificantur.] Vide *Petrum Gregor. singul. 1.* & *Franciscū Cromens. singul. 20.* & plurib. citatis *Conar. de spons. parte 2. c. 8. §. 6. circa fin.* & *authorem supra, §. 5.* vbi plures congesti.

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Pater tenetur ad dotandam filiam, etiam si ipsa habeat alunde vnde se dotet.*
2. *Professio non relevat professum circa ea in quæ certo modo diffinita sunt & determinata à lege.* & n. 6.
3. *Bona materna sunt pro dote tacite hypothecata, etiam si maritus protestetur in contrarium.*
4. *Expensæ, quas fecit pater filio studenti, videtur in dubio de bonis paternis factæ, nisi filius habuisset apud patrem peculium castrense, vel quasi castrense, siue aduenticium.*
5. *Dotare qui tenetur filiam, si eius negotia gessit, videtur de bonis filiæ dotare.* & num. 7.
8. *Consuetudo in dandis dotibus attenditur.*
9. *Dotare filiam tenetur pater: vnde quòd si mater ipsam dotauit, potest à patre repetere per actionem negotiorum gestorum.*
10. *Extraneus dotans filiam alterius, potest à patre dotem repetere.*
11. *Ætas legitima ad matrimonium in fœmina est duodecim annorum.*

§. XIIII. QVINTO officium *a* paternum est dotare
A filias: vt *dict. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. l. dejit autem, ff. de ver. bon.* & *l. fin. C. de dotis promiss.* & *quarta partit. tit. 11. l. 8.* quæ iura dicunt † patrem
1 B teneri ad dotandum filiam, etiam si * filia habeat bona alunde, vnde se possit dotare: ex quo sequitur, quòd si pater constituendo dotē pro filia, promisit, seu dedit de bonis tā suis, quàm etiam filiæ, semper intelligitur pater de bonis suis promisisse, si sufficiāt ad prædictam dotem: & si non sufficiant, eo quòd deficit, recurritur ad bona filiæ: vt *d. l. fin. C. de dot. prom.*
C ¶ Ex quo infertur vnum quotidianum & singulare, quòd si in instrumēto promissionis dotis dicatur, quòd pater promisit in dotem filiæ mille ducatos: computato in ea omni eo, quod debetur ipsi filiæ, tam de bonis maternis, quàm de paternis: hoc non obstante, poterit dicta filia post mortem patris petere bona materna, vltra dictam dotem: probando tot bona esse in facultatibus patris, quot sufficiant ad dotem promissam: ita in contingentia facti consuluit *Ioan. de Monte Sperelo*, apud Pistorium, in fauorem cuiusdam domini Petri, mihiis Tuderini, per textum in *d. l. fin.* cui cōsilio se subscripsit *Bald. Nouellus*, vt ipse refert *in suo tract. de dote, 6. par. in priuilegio.* Sed quamuis ille non dicat, hoc in expresso voluit *Angel. de Aret. in §. fuerat ante, Inst. de act. col. 28. ver. & aduertas, quòd in dubio.* dicens, quod quāuis filia habeat bona aduēticia, tamē pater simpliciter dotādo filiam, in dubio præsumitur eam dotasse de bonis propriis filiæ, dummodo pater sit soluendo: cùm officium paternum sit ex necessitate dotare filias: vt dictum est. quod dictum vt singulare extollit *Lasson in d. §. fuerat ante, col. 34. vers. idem subdit ipse.* Ad cuius confirmationem adducit ille duo fundamenta. Primò, quia præsupposito (vt est verū) quòd pater de necessitate teneatur filiam de suo dotare, vt dicunt iura præalleg. protestatio in contrarium, quod intendit filiam dotare de bonis filiæ, non habet relevare patrem protestantem,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

stantem, nisi etiam intercueniat consensus eius, contra quem fit protestatio: & hoc, quando est obligatio iam contracta. & sic de preterito: secus si de futuro *l. alimenta, & ibi gloss. mat. & Bart. & alij, C. de neg. gest. Bart. in l. non solum, §. morte. ff. de nouat. oper. nunt. col. 7. ver. sed quæro an etiam patris consensus. & in l. final. § item si prodiderit, ff. naut. caupon. stabula. Bald. Angel. Salycet. & alij, in l. pacta nouissima, C. de pact. Bald. in l. non ideo minus, C. de liber. cau.* doctores nostri in *cap. cum M. de constit.* ¶ Secundò in his, quæ certo modo dispositа
2 sunt, & determinata à lege, & † protestatio nihil operatur, nec releuat protestatem: secundum *Bart. in l. Nescimus Apollinarius. ff. de negot. gest. in prima notab. & ibi Ang. Bart. in d. §. morte, col. 8. vers. circa quintum gloss. & Bart. in d. l. alimenta.* Sed determinatum est à iure, quòd pater tenetur dotare filiam de suo proprio: ergo protestatio patris nihil habebit operari, secundum *Iason. vbi suprà.* idem tenet *Bulgarus in d. l. 1. ff. soluto matrimon. in repet. col. 34. ver. & ex. d. l. fin.* quod not. ad ea quæ dixi in rubr. ver. si tamen vir. ¶ Ex his
3 infertur vnum nouum & singulare, quòd si † maritus, cuius bona sunt tacitè bypothecata pro dote ex dispositione legis: vt ibi, & in *l. asiduus, C. qui pot. in pign. hab.* accipiens dotem protestetur: & si diceret, quòd nolit bona sua esse bypothecata pro dote: talis protestatio nihil operaretur. Idem & eo rabilius dicit in socero, cuius bona etiam fuot tacitè bypothecata pro dote nurus, sioc ipse dotē acceperit, sine alius de eius voluntate: secus si sine voluntate, secundum glossam in *dicta lege, asiduus, in vers. sunt, ante finem, per l. cum dotem, § transgrediamur. ff. sol. matrim.* certè si socer protestaretur, & diceret se nolle, quòd bona sua sint bypothecata: ista protestatio nihil operatur: qua non obstante, posset mulier agere bypothecaria ad bona ipsius soceri. ita signanter dicit *Iason in d. §. fuerat ante, col. 35. ver. & per hoc duo.* quod tene menti, ad ea quæ dixi in rubric. §. si autem pater nolit. ¶ Redeundo ad propositum, habes confirmatam decisionem prædictam contra patrē constitueotem dotem filiæ, & protestantem, quod vult dotare de bonis filiæ, vt semper intelligatur de bonis propriis dotasse. quæ decisio videtur satis æqua, quamuis dubia: quia *d. l. fin.* loquitur, quando non constabat, pro qua parte bonorum maternorum pater voluerit dotem esse constitutam: vt quia constituendo dotem in mille, dixit eam constituere de bonis paternis & maternis: sed in casu proposito pater voluit, quòd omnia bona materna venirēt io dotem: & cùm prædicta lex sit exorbitans, non videtur extendenda: vt *l. si vero, §. de viro, cum materia. ff. soluto matrim.* ita dicit *Bulgarus in repetitione l. 1. 34. col. ff. soluto matrim.* & demum dicit fore cogitandum: quia ratio *d. l. fin.* satisfacit pro opinione prædicta. quam *Iason in d. l. 1. 6. col. ver. adde quòd per illum text.* dicit esse signandam in practica, de qua tamen dicit se valde dubitare: quia text. in *d. l. fi.* procedit in dubio, quando non apparet de quibus bonis, & de qua quantitate: dum dicitur, ibi: nedum effuso sermone se iactet. & *Bald. ibi* ad hoc notat illum text. quod loquitur quando verba sunt dubia. idem *Bald. fin. col. ver. renoco in dubium, casum illius legis.* Sed in casu nostro, quando in instrumento dicitur, compurato eo quod potest habere de bonis matris: ista verba nō patuntur, quod intelligatur tota dos de bonis patris. In claris igitur non est opus coniecturis. *l. continuus, §. cum ita. ff. de verb. oblig.* & propterea in casu prædicto contrarium consuluit *Marianus Socinus in c. 3. infrà, de fiunf.* vbi quædam alia addit, secundum *Iason in d. l. 1. ff. sol. matrim.* ¶ Et quamuis illi non dicant, ego reperio, quod *Ang.* dixit contra Bart. in terminis, tenentem contrarium in *d. l. Nescimus 4. col. ff. de neg. gest.* vbi inquit, quod licet pater & frater, qui dotant filiam, videantur in dubio dotare de suo proprio, & non filiæ, vel sororis: per *d. l. fi. C. de dotis promis.* verum est, nisi esset negotiorum gestor filiæ vel sororis: vt quia filia vel soror haberet bona propria: quia tunc videmus dotare de bonis propriis filiæ vel sororis. mouetur per illum text. & ita dicit sentire *gloss. in d. l. fin. in ver. patrimonium.* & sic vult, quod etiam sine expressa protestatione patris, vel fratris, in dubio videtur dotare de bonis propriis filiæ vel sororis: ex quo infert *Bart.* quod licet parer † expensas, quas facit pro
4 filio studente, videtur in dubio facere de bonis paternis. *l. qua pater, ff. famil. herciscu.* tamen hoc debet intelligi, nisi filius habuisset peculium castrense, vel quasi castrense, vel aduentitium, quod fuisset penes patrem *l. fin. de petit. hered.* ita ergo videtur dicendū in casu de quo agitur. Est verum, quod in quantum *Bart.* loquitur de patre, auo, & aliis, qui † tenentur dotare. & vult,
5 quòd si gerant negotia filiæ, in dubio videntur dotasse de bonis ipsius filiæ. contra Bart. tenet *Lud.* illum reprehendens, *in l. 1. ff. sol. matrim. per d. l. fin. C. de dot. promis.* & dixi suprà, in rubr. in fi. Sed si expressè hoc dixit pater, quando dotem constituit, videtur quod non tenextur de suo proprio patet dotare. ¶ Et eo endo hanc vltimam opinionē, faciliter possunt excludi duo fundamenta, quæ pro prima parte addocebat *idem Iason in d. §. fuerat ante.* ¶ Ad primum quod ab his, ad quæ quis tenetur de necessitate, protestatio non releuat protestantem, fateor: sed cùm subiungimt, quod pater de necessitate tenetur dotare filiam de proprio patris, oego: quia imò pater non tenetur de necessitate de suo proprio matrimonio dotare filiam, quādo filia habet bona aduentitia, vel alinnde † vnde
6 se dotet: secundum *Bart. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebel.* ita dicit *Iason in d. §. fuerat ante, col. 35. ver. sed aduerte.* Ad cuius confirmationem, quamuis ille non dicat, facit: quoniam certum est, quod dos succedit loco alimentorum: vt sæpè dictum est. Sed pater non tenetur alere filium, nisi tunc demum, quando non habet filius, vnde se alat: vt *l. si quis à liberis, ff. de*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

liberis agnoſcendis. & dixi ſuprà §.4.in princ.verſic.confirmatur.dicam latius infrà §.23.verſic. iſta tamen debent intelligi. Ergo idem erit dicendum in dote, vt ſi filia habeat bona, ex quibus pater poterat eam dotare, & dotauit: hoc expreſſo, quod de bonis ipſius filiæ illam dotabat: non tenebitur pater amplius illam dotare. facit in ſimili notabilis deciſio *Bald. in l.1. §. ſcimus, C. de Latin. liber. tol.* vbi dicit, quod qui tenetur aliquem alere, ſatisfacit, ſi faciat eum recipi in aliquo loco, vbi alimenta ſibi miniſtrantur. de quo latius dicam infrà §.23. verſicul. ad idem facit quod notanter dicit *Bald.* Non eſt ergo neceſſarium, quod pater doter de ſuo. & ſic euaditur illud primum fundamentum. ¶ Ad ſecundum dicebatur, quod in his, quæ certo modo diſpoſita ſunt à lege, proteſtatio nihil operatur: fateor. Sed cùm ſubiungitur, quod illud eſt determinatum à iure, quod pater teneatur dotare filiam de ſuo: iſtud eſt falſum, vt ſuprà dixi. Cogitabis ſuper his. ¶ Fortius adhoc
7 dicebant alij, quod ſi † pater gereret negotia filiæ: tunc eam dotando de bonis filiæ, non de ſuis dotaſſe cenſetur. ita dixit *Bart. & Angel. in l. Neſcimus ff. de negotia geſt.* quod tamè reprehendunt *Ioan. de Imol. Ludouic. & Alexan.* pro quibus bene facit text. in *d.l.fin.* qui loquitur, quando filia habebat bona materna, quorum pater eſt legalis adminiſtrator: vt *l.1. C. de bonis maternis.* Item hoc caſu etiam militat ratio *dicta l.fin.* ergo, &c. de quo aliquid dixi ſuprà in rubr. §.66. poſt principium, ver. ſi tamen vir. vide *Bald. in l.fin. §. fin. C. de bonis quæ lib.* quem refert & ſequitur *Franc. Aret. in l.1. ff. ſolut. matrim. 5. col. verſ. in glo. ſemper*, &c. ¶ Vide etiam *Socin. in d. l.1.8. col. ff. ſolut. matrim.* qui pulchrè loquitur. & inter cetera dicit vnum, quod alibi non reperio in ſpecie tactum. & habui in practica, quod ſi pater iam aliquas filias nuptui tradidit, dando eis pro parte de propriis, & pro parte de maternis: ſi poſtea aliam nuberet, promittendo dotem de bonis ſuis, & filiæ, cēſetur promiſiſſe, proor
D *aliis filiabus dederat, ratione ſeruandæ æqualitatis. argum. quod habetur in l. fin. C. communia vtriuſque iudic.* faciunt not. per *Bald. in l. cum*
8 *pater, §. cuic de leg.2.* Adde, quod † conſuetudo in dandis dotibus attenditur *c.1. de adult.* & ibi not. *Card. Abbas, & alij.* ad hoc *l.1. ff. de ſtu. & c. certificari, de ſepul.* vide *Bart. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trinitat. & in l.1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Card. in c. fin. de conſuetud. Anton. Abbat. & alios in c.1. de ſponſal.* ¶ Et quod plus eſt, adeo pater tenetur filiam dotare, quod
9 E † ſi mater ipſam dotauit, poterit * à patre repetere per actionem negotiorum geſtorum, ex quo omnis dotandi non ſpectabat ad ipſam, ſed ad patrem: vt dicimus in alimentis, licet aliter non proteſtetur. vt *l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, ff. de liberis agnoſc. & per Bart. in l. Neſcimus, ff. de neg. geſt. & l. alimenta, C. eod.* ita dicit idem *Bald. Nouellus in d. tractatu, de dote, 6. par. 3. priuilegio.* ¶ Et ſubdit fortius idem
10 quocunque alio † extraneo, dotante filiam alterius, vt poſſit à patre repetere. arg. *l. nihil ff. de in rem verſo.* vt ibi latius per eum. Sed ſi animo donandi extraneus alterius filiam dotaſſet, vel dotē ſibi conceſſam repetere vellet: nihilominus eius pater tenetur ſibi conſtituere congruam dotem de ſuo patrimonio. *ita dicit idem Bald. Nouellus in dicto ſuo tract. de dote, 6. part. in 16. ſpeciali, fin. col.* quod tene menti. & dixi ſuprà in rub. verſ. ſubdit tamen. quæ habeas pro repetitis hic, & ſecundum illa intelligas iſta. ¶ Nec diſtinguitur, an filia ſit maior 25. annis, vel minor: cùm ætas † ad matrimonium legitima *in* 11
femina ſit duodecim annorum: vt *c.1. & 2. ſup. de deſponſ. impub.* nec etiam diſtinguitur, an in contractu matrimonij intercedente patris conſenſus, vel nō: quia etiam eo inuito poteſt matrimonium contrahere: vt infrà dicetur. & nihilominus pater tenetur eā dotare: vt expreſsè voluit gloſſ. *in c. fin. 32. q.2.* nec fit diſtinctio, an contraxerit cum digno, an cum indigno, promiſerit dotem ſecum, vel non: quia licet dotem non promiſerit, nihilominus pater tenetur eam dotare: vt eſt gloſſ. ſingularis, quæ hoc ſentit in *c. nemo, in ver. dominum, de conſ. diſt.1.* quæ dicit, quod ille qui conſtruxit eccleſiam, non promiſſa dote, debet poſtea illam dotare: vt *c. pia mentis, 16. q.7. & c. cum ſit, de conſtit. eccleſ. vel altar.* allegar illa gloſſ. in argum. text. in *d.l. qui liberos.* & par hoc ſentit, quod illa lex habet locum, necdum quando promiſſa eſt dos: quia dicta doctorum debent intelligi, ſecundum iura, quæ allegant: vt dixi ſuprà primo notabili, §.1. ver. ſi tamen ageretur. Intelliguntur ergo prædicta iura generaliter prout incent: præſertim quia text. in *l. qui liberos.* arctat patrem copulariuè ad duo, ſcilicet ad maritādum, & dotandum: quamuis autē vnum fuerit adimpletum. ſ. quod filia ſit matrimonio collocata, nihilominus pater tenebitur adimplere ſecundum ſ. eam dotare. & ita illum text. ponderauit *Angel. in d. authent. res quæ, C. communia de legatis.* facit text. in argum. in *l. ſi heredi plures, ff. de condit. inſtit. &* tenet *Bart. in l. nupta, ff. ſol. matrim. & Imol. in l.1. eod. titul. Salyc. in l.1. §.1. C. de rei vxor. act. Angel. in §. fuerat ante, Inſtit. de act.* quia non videtur ceſſare ratio in filia nupta, propter quā pater tenetur eam dotare: quia dos eſt neceſſaria ad ſuſtinenda onera matrimonij: vt *l. pro oneribus, C. de iur. dot. cap. ſalubriter, inſtit. de vſur.* text. optimus *in l. ſi aſſiduus, § exceptis, C. qui pot. in pignor. hab.* & tenent doctores prædicti.

ANNOTATIONES.

1

¶ Officium paternum eſt dotare filias.] Vide circa obligationē paternam erga filias dotandas, quod notabiliter ſcribit *Bartholomæus de Capua ſingular. 71.* & vltra eum habes ingentem doctorum numerum, quos refert *Bactius de dotibus, c.1. num.1. & ſequent.* & rurſus in *cap.2. num. 25.* & circa idem adiungē, quos proxima additione referam. A

¶ Etiam

B ¶ Etiam si filia habeat bona aliunde.] Repete huctext. hic allegatum *in l. 8 tit. 11 part. 4.* & præter alios Tauriſt. vide *Ant. Gomez. in l. 53. Tauri, n. 22. & Comez ſuper 4 de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 8 num. 8. & Gregor. gloſſ. 1 l. 2. tit. 11 par. 4.* & rurſus *gloſſ. b in l. 8 end. tit. & Baeticum*, qui diligenter multis caſibus adductis, Doctores in omnibus quamplurimos citat, in *tract. de dot. c. 2. num. 26.* & per iſtos latè ſcribitur de omnibus fermè articulis, quos proſequitur *author in iſto §.* & vide infrà §. 10. num. 6. & nouiſſimè repetentes in *l. 1. ff. ſoluto matrim.*

C ¶ Et quo infertur vnum.] To de dote promiſſa per patrem, ſiue ex bonis filiæ, ſiue vtriuſque, cum eſſet eius adminiſtrator vel oõ, vnde ſolui debeat: vide *Alciat. regul. 1 præſumptione 26. & Greg. gloſſ. b in l. 8 tit. 11 part. 4. & Anton. Gomez. l. 53. num. 21. & 22.* & multis citatis *Baet. de dotibus, num. 132. cum ſequent.* hodie verò vide *l. 53. Taur.* quam habes *l. 8 tit. 9 lib. 5.*.

D ¶ Cenſetur promiſiſſe prout aliis filiabus.] Vide *Socin in l. 1 num. 10 ff. ſolut. matrim. & Ant. Gomez. l. 53. Taur. num. 19. & Baet. de dotibus, cap. 1. num. 16.*

E ¶ Poterit à patre repetere.] Vide *authorem ſuprà, §. 66. n. 12. & Baet. de dot. c. 12. n. 11.*

DOCT. IOANN. BARAHONA.

SVMMA RERVM.

1. *Matrimonia debent eſſe libera ab omni exactione, & pœnæ impoſitione, & ab omni eo quod poteſt præſtare impedimentum, etiam ad tempus, quamuis honeſtiſſima cauſa.*

§. XV. 1 SEXTO, matrimonia debent eſſe libera † ab omni exactione, & pœnæ impoſitione: vt *cap. de nuptiis, 31. quæſt. 2. cap. cum locum, & cap. requiſiuit, & cap. gemma ſuprà, de ſponſal.* Idem debent eſſe libera ab omni eo, quod poteſt præſtare impedimentum etiam ad tempus: quamuis ſubſit honeſtiſſima cauſa: vt *l. cum tale, § ſi arbitratu Titij ff. de condition. & demonſtrat. text. in cap. pen. & vlt. infrà, de ſecundis nuptiis.* vbi non potuit lex impedire matrimoniũ etiam infra annum luctus, quamuis ad illam probibitionem interoeniebat cauſa honeſtiſſima, ſcilicet, vt euitetur ſeminis commixoo. De cuius intellectu vide *Lucam de Penna in l. final. C. de incolis, lib. 10.* qui mirabiliter loquitur. ¶ Sed ſi deberet ſpectari conſenſus patris, vel tempus 25. annorum, vel promiſſio dotis, vel electio digni, intimidaretur libertas matrimonij, & impediretur ſaltem ad tempus. Quinimo præſtaretur cauſa molieribus, ad fornicationem committendam. ergo per conſequens habebit filia libertatem, vt poſſit coontrahere matrimonium ante 25. annos ſine patris conſenſu, cum quocumque voluerit, & pater ex debito naturali tenebitur eam dotare, quamuis illa dotem non promiſerit. Iſtud eſt præcipuum fundamentum in materia, ſuper quo ſe fundant doctores prælegati: ſuprà verſiculo, ſunt tamen. Quod ſcribentium mentem adeo turbauit, vt ſpiritum penè relinquat exanimem.

ADDITIO.

¶ Circa controuerſiam huius §. ſatis multi Doctores allegantur per authorem, ſuprà in §. 9. huius tertij notabilis, vbi quoque plures ego adiunxi. & in §. 3. num. 9.

DOCT. IOANN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Conſenſus eorum, de quorum matrimonio agitur, ſufficit ad matrimonium contrahendum: & infrà, ver. & tenendo, num. 16.*
2. *Matrimonium contractum cum meretrice, valet.*
3. *Matrimonium, quod libera ſcienter contrahit cum ſeruo, valet.*
4. *Filia minor 25. annis poteſt ſine patris conſenſu contrahere matrimonium, etiam cum indigno.*
5. *Correctio vitio, correcta eſt pœna.*

§. XVI. SEPTIMÒ, ad matrimonium contrahendum ſufficit † conſenſus eorum, de quo- 1
cum matrimonio agitur: vt *c. ſufficiat 17. q. 2. &* 2
c. fin. 32. q. 2. & c. 1. & cum locum, & cum apud, ſuprà, de ſponſal. & hoc non ſolùm, quando matrimoniũ contrahitur cum digno, ſed etiam ſi cum indigno cõtrahatur, vt ſentiunt iura prædicta, quæ ſolùm pòderant aſſenſum eorum, de quorum 3
matrimonio agitur, ad validitatem matrimonij: nec faciunt differentiam, ſit dignus, vel indignus ille, cum quo matrimonium coontrahitur. Apertius hoc probat text. in *cap. inter opera charitatis, ſuprà, de ſponſ. & integritatem, & c. non eſt culpandum, 32. q. 1.* vbi † dicitur, quod validum re- 2.
putatur matrimonium, quod quis contrahit com meretrice, & ſic cum indigna. Iſtud etiam videtur de meore gloſſ. in *d. authent. ſed ſi poſt 25. annos.* quæ infert ex text. dum dicit, Si ſe libero copulauerit: ſecus ſi ſeruo. quaſi dicat: quamuis ſe copulet cũ libero vili, vel indigno, nihilominus tenetur pater eam dotare. ſic ponderat illam gloſſ. *ibi Ioan. Fab.* quem refert & ſequitur *Ioſeph.* ¶ Sed ego dicerem idem, ſi ſe copulet ſeruo, vt apparet ex prædictis. eſt bonus text. in *cap. propoſuit, & c. fin. ſuprà, de coniugio ſeruor.* vbi eodem modo valet matrimonium, 3
† quod libera ſcienter contrahit com ſeruo, & ſic cum indigno. Vtroq; ergo caſu ſolus conſenſus facit valere matrimonium. ¶ Et inde eſt, quod a conſenſus patris non eſt neceſſarius: A
imò etiam eo inuito, poteſt filia matrimonium contrahere: vt voluit gloſſ. in *l. Paulus, qui aliàs* 4
incipit, cum qui, ff. de ſtatu hominum. idem voluit gloſſa in *cap. accedens, ſuprà, de procurat. & in cap. cum cauſam, infrà, de rapt.* pro quibus eſt textus in *cap. vnico, de deſponſat. impub. lib. 6.* Ratio eſt, quia in iſtis ſpiritualibus non cenſetur de patria poteſtate: vt *c. ſi annum. de iudic. lib. 6.* quod quidem matrimonium contrahere poteſt filia maior duodecim annis. Ex quibus omnibus ſimul iunctis cõcluditur, quod rectè & legitimè poteſt

4 poteſt filia † minor 25. annis contrahere ma-
B trimonium, etiam [b] cum indigno, ſine patris conſenſu: nec ad eius validitatem eſt opus dotem promittere. ¶ Si autem matrimonium ſic contractum reputatur legitimum, ergo per conſequens filia, quæ illud contraxit, nullam pœnam meretur: vt *l. Gracchus, C. de adulter. & l. ſancimus, C. de adminiſt. tutor. & l. ſi vir proponis, C.*
5 *de confirm. tutor.* † correcto enim vitio, per conſequens eſt correcta pœna: vt *c. non debet, de conſanguin. & affin. iuncto c. de gradibus 35. qu. 2.* quia quoties aliquid deſinit eſſe delictum, per conſequens deſinit & pœna: vt patet ex notat. per *Bald. in l. decuriones, C. de infamibus.* facit text. & quod ibi not. in *l. 3. § transfugas, ff. ad l. Cor. de ſicar. & l. 1. & 2. C. quando licet ſine iud. ſe vindic. & l. ſi qui aggreſſorem, C. de ſicar. & cle. ſi furioſus, de homicid. & d. l. Gracchus C. de adulter. cum ſim.* Concluditur ergo de neceſſario, quod ex cauſa pater non poteſt denegare filiæ dotem. hoc ſimiliter eſt vrgens fundamentum.

ADDITIONES.

A ¶ Conſenſos patris non eſt neceſſarius.] Vide quid dicatur in *Concilio Trid. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij, c. 1.* & quæ reiectis quorundam prauis opinionibus, ſcribit *Couar. de ſponſal. part. 2. c. 3. §. 3. n. 1.* & infrà §. 20. in princ.

B ¶ Etiam cum indigno.] Vide quos adiunxi ſuprà §. 7. in princ. & additoque *Couar.* & plures per eum allegatos contra patrem ob hanc exhæredantem *ſup. 4. de ſponſ. parte 2. c. 3. §. 8. n. 5.* & not. iſta ad *l. 1. tit. 1. lib. 5. vol. noua.*

DOCT. IOANNES BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Rapta ſi contrahendo matrimonium conſenſit raptori, licet hoc faciat ſine patris conſenſu, excuſatur.*
2. *Puella dicitur, donec durat pubertas.*

§. XVII. OCTAVO, pondero text. ſingularem in *c. fin. 36. q. 1. in ver. ſi verò quæ rapitur.* vbi lit-
1 ra dicit, Si verò quæ † rapitur, patrem habere conſtiterit, & puella raptori conſenſerit, poteſtati patris excuſata reddatur. Ecce text. quod ſi puella quæ fuit rapta, raptori conſenſit, & ſic indigno, intelligo contrahendo cum eo matrimonium: quamuis hoc faciat ſine patris cõſenſu, excuſatur. & ſic eſt ibi text. apertè probans iſtam concluſionem. Nam ibi illa puella erat minor 25. ann. quod apparet ex eo, quod dicit puella. Nam puella dicitur, donec durat
2 † pubertas, ſecundum *Bart. in l. Mela in princ. ff. de alim. & cibar. leg.* not. in *l. pueri, ff. de verb. ſignific. & in c. 1. & c. puberes, ſup. de deſp. impub. & per Abb. in rub. de delictis puer.* & matrimonium cum indigno contraxit, quia cum raptore. Crimẽ enim raptus omnem dignitatem tollit: vt *l. 1. C. vbi ſenat. vel clari.* Item contraxit ſine patris conſenſu: vt apertè dicit ille text. quia ſi cum eius conſenſu cõtraxiſſet, nulla eſſet dubitatio: nec promiſit dotem illa puella: quia de promiſſione nihil ibi dicitur: vnde dicere, quod promiſſio interuenit, eſſet diuinare. Sed quamuis omnia iſta interuenerunt, nullam tamen pœnam puella incurrit: ergo per conſequens ex hac cauſa non poterit pater ſibi dotem denegare, quam ex iuris diſpoſitione præſtare tenetur. 6

SVMMA RERVM.

1. *Dotare filiam tenetur pater, licèt eo inuito contrahat* † *matrimonium.*

§. XVIII. NONO, hanc concluſionem videtur ſentire *gloſſ. in c. fin. 32. q. 2. & in c. fin. 36. q. 1.* quæ generaliter dicit, quod † licet filia in matrimonium contrahat patre inuito, nihilominus pater tenetur eam dotare. Nec illæ gloſſ. diſtinguunt, an filia ſit maior vel minor, contraxerit cum digno, vel cum indigno, promiſſa vel non promiſſa dote: ergo nec nos diſtinguere debemus: vt *l. de pretio, ff. de public. & ſolita, de maior. & obed. cum ſimili.* Nec ob. cùm gloſ. in *dict. c. fin. 36. q. 1.* dicit, quòd ſi contraxerit cum indigno, pater non tenetur dotare: quoniam ad hanc reſpondebitur infrà dando reſponſum ad *legem 3. §. ſi emancipatus ff. de contra. tabul.* 1

SVMMÆ RERVM.

1. *Officium paternum eſt dotare filiam.*
2. *Lex debet eſſe de dubio.*

§. X. DECIMO & vltimo poteſt adduci iſta decretalis hoc modo. Nam vt ſuperius dixi, iſte magiſter R. ſecundum vnum intellectum erat pater vxoris iſtius H. pauperis, quod apparet ex eo, quod petebatur ab eo dos. & ſic illud, ad quod realiter ſolus pater tenetur: quia † officium paternum eſt dotare filiam: vt *dict. l. fin. C. de dotis promiſ. & dict. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* & iſta filia contraxit matrimonium cum indigno: vt videtur innuere text. cùm dicit, quòd iſte H. erat pauper, & vergebat ad inopiam: quæ qualitas inerat à principio, ſecundum aliquos doctores, in præſcoci, de quibus ſuprà §. & propter iſta. Nec apparet ex textu, quod illa fuerit maior 25. annis, nec quod pater conſenſerit, nec quod filia promiſerit dotem, quando matrimonium contraxit. Potuit ergo eſſe minor 25. annis, & contrahere matrimonium ſine patris conſenſu, & dote non promiſſa: & nihilominus exigitur dos à patre, & compellitur dotẽ aſſignare: vt apparet ex text. qui ſic debet intelligi, vt deſeruiat de maiori dubio. ¶ Quia quando aliqua lex vel decretalis poteſt dupliciter intelligi, & ſecundũ vnum intellectum deſeruit de maiori dubio, ille intellectus eſt aſſumendus: vt *l. 2. ad fin. ff. ad municip. & l. quod Labeo ff. ad Carbon. & in authent. de fide inſt. §. 1. col. 6. Cyn. in l. ſi maior, C. de tranſact. Guil. in c. vno, de cleric. coniug. lib. 6. ad fin. Abb. in cap. quia, 5. col. ſuprà, de iud. & in c. peruenit, de ſentent. excommun. & in c. cum in iure, in princip. ſuprà, de*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de elect. & ideo dicebat ipse in *cap. de multa. in princip. supra, de prabend. Angel. de Aret. in* §. *affinitatis, Instit. de nuptiis, & Andreas Sicul. in c. quoniam frequenter, in princ. supra, vt lite non contestata.* quod
1 A † lex [a] debet esse de dubio. & subdit, quod idem debent facere repetentes, cùm ponunt conclusiones. Debent enim ponere eas dubitabiles ne disputent de certo, & nullus effectus inde proueniat. quod ceuera de conclusione ista dici non potest, cùm satis sit dubia, & hucusque per aliquem, quem viderim ita latè firmatam, non reperio. quæ satis comprobatur ex prædictis.

ADDITIO.

A ¶ Lex debet esse de dubio.] Hoc sanè non est perpetuum, nec in lege necessarium. vide tu *Corasium in l. si testamento, nu. 11. C. de impub. & aliis, Hieronym. Buttigell in l. 1.* §. *qui præsens, nu. 3. ff. de verbor. oblig. & Sebast. Sapia in l. 1. n. 14. C. quando non pet. part. & Pinel de bon. matern. l. 1. part. 3. n. 42. circa fin.* & rursus *eund. in rub. C. de rescind. vendition. p. 2. c. 2. n. 18. ad fin. & Silvest. Aldobrand. in* §. *affinitatis de nupt. n. 5.* & ante eos *Bart. in l. vbicunque, nu. 10. ff. de interrog. act.* illud tamen scito & nunquam obliuiscare, ratione dubitādi & decidendi ignorata, nullam posse legem intelligi. vt inquit *Bald. in l. si tutores, C. de compens.* & ante eum *Philosoph. 3. Metaph.* & arg. text. *l. scire, de ll.*

DOCT. IOAN. BARAHONA.

SVMMÆ RERVM.

1. *Consensus patris in matrimonio an requiratur de necessitate, vel solùm de honestate.*
2. *Dos quare detur filiæ.*
3. *Mulier dotata an teneatur operari marito.*
4. *Relictum filiæ in testamento, an intelligatur relictum pro dote.*
5. *Priuilegium, si habet plures causas, sufficit vnam causam durare, quæ sit potens ad donationem remanere.*
6. *Testator si reliquit certum Bertæ pro ea maritanda, quæ tamen erat maritata tempore condit. testamenti, debet habere legatum.*
7. *Iura eiusmodi non potest tollere, quod in fauorem rei spiritualis concessit.*
8. *Puella capta, si contrahat matrimonium cum raptore, an perdat locum bonorum raptorum.*
9. *Matrimonium est de iure diuino: cùm à principio fuerit institutum in paradiso terrestri.*
10. *Dos à iure naturali descendit.*
11. *Iura eiusmodi non potest statuere super matrimonio.*
12. *Credendum non est alicui, quantæcumque sanctitate vel doctrina polleat, nisi lege vel auctoritate probauerit illud quod dicit.*
13. *Dos quare fiat.*
14. *Vbi sunt rationes plures quarum quælibet per se sufficeret ad impediendum actum, licet vna tollatur, sufficit alteram remanere.*
15. *Exheredari potest filia, quæ non consentit in maritum, quem sibi dat pater, si iniuriosam vitam elegerit.*
16. *Matrimonium & eius dependentia pertinent ad forum Ecclesiæ.*
17. *Imperator olim erat dominus totius mundi, & præerat in temporalibus & spiritualibus.*
18. *Indignitas mulieris an tollat præsumptionem matrimonij.*

ET tenendo istam conclusionem, ad contraria respondebam. Primò ad *c. honorantur*, dicebam quod ille textus requirit consensum patris in matrimonio filiæ de honestate: non † autem [a] de necessitate: vt voluit *ibi glos.* quia ad validitatem matrimonij sufficit consensus eorum, de quorum matrimonio agitur: vt supra dictū est in septimo fundamēto huius conclusionis. ¶ Ad secundum dicebam, quòd licet illa contraxerit matrimoniū, non per hoc cessat ratio, propter quā † dos datur filiæ: quia non solùm datur sibi, vt inueniat cui nubere possit, sed etiam ad sustinendę onera matrimonij: vt *l. pro oneribus, C. de iure dotiū, & c. salubriter, infrà, de vsuris.* secundum *Bart. in l. nupta, ff. sol. matrimon.* datur etiam dos filiæ, vt melius & commodius tractetur à marito: quia mulier nō dotata facilius spernitur à viro: vt *d. auth. de nupt.* §. *si quis itaque, vers. si quis enim, coll. 4. & auth. quæ mod. ess. legat.* §. *quem autem, col. 6.* datur etiam dos ob alias causas, de quibus infrà, eo. ver. ex istis satis apparet. Ex istis infertur, quod † mulier dotata, competenter non [b] cogatur operari viro in operibus seruilibus, quādo dos sufficit ad alimenta mariti, vxoris, & familiæ: aliàs sic, secundum *Abb. in c. literas fin. col. de rest. spoliatorum.*
1 A
2
3 B
¶ Ex hinc est, quòd † si pater reliquit filiæ centum in testamēto, licet non dicat pro dote, vel pro ea maritanda: tamen intelligitur relictum pro dote, & dicetur filia dotata, vt singulariter decidit *Bart. in l. quod autem, ff. de iure dotiū.* quod est menti tenendum. & hoc teneas, licet *Raph. & Ioan. de Imola* contradicant. Sed opinio *Bart.* seruatur in practica, secundum *Angel. de Aretio in loco à nobis allegando.* ¶ Inde est etiam quòd si pater, vel alius extraneus, leget filiæ suæ dotem in testamēto, vel aliàs, si frater habet vnde eam alat, tenetur eam alere, donec cōtrahat matrimonium: quia expedit, quòd illa habeat integram dotem, ad hoc vt inueniat virum, cui nubere possit, & qui eam bene trahet. text. singul. est de hoc, & ibi not. *Bald. in l. qui filium, ff. vbi pupillus &c.* tenent *Iacob. de Arenis, Cyn. & alij in l. alimenta, C. de negot. gest.* refert & sequitur *Angel. de Aretio in* §. *fuerat ante Instit. de actionib. charta 17. fin. sol. vers. aliud notatur.* quod tene menti. vide infrà §. 27. vers. & tenendo istam opinionem.
4
5
C
¶ Et ita d quamuis filia sit nupta, & sic cesset vna ratio, propter quam dos constituitur filiæ, scilicet vt inueniat maritum: non tamen cessant aliæ causæ, & ideo semper remanebit pater obligatus ad dotandum: quia vbi alicuius dispositionis sunt plures causæ, vel rationes: quando sunt plures causæ, & vna cessat, dato quod cesset vna, non propterea cessabit dispositio: vt notatur in §. *assuetatis, Instit. de nupt. & in l. liberorum*, §. *notatur, ff. de inofficios. & l. si non lex, ff. de hæred. instit. & l. 2. ff. soluto matrimonio. & l. 1. in princip. ff. si quis à par. fuer. manumiss. & in authent. vt determinatus sit numerus clericorum, in fin. collat. 1. per Bartolum & Angel. in l. ita stipulatus, ff. de verborum obligat. per Angelum*
D

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

post gloss. l. si ventri, § in bonis, ff. de priuileg. cred. dicens per hoc, quod si priuilegium † habet plures causas, sufficit vnam earum durare, quæ sit potens ad durationem priuilegij: idem si vtraque sit æquè potens, seu æquè principalis. arg. *l. si domum, ff. de ser. vrb. præ.* secundum *Bald. in l. vnu. 3. col. ver. de vno quero. C. ne ex delictis defun.*

E § Ex hoc * dicebat notanter *Bald. in l. final prope finem, cum pen. q. C. de sent. qua sine cert. quant. profer.* quod si † testator reliquit in testamento certum Bertæ, pro ea maritanda, quæ tamen erat maritata tempore conditi testamenti: quamuis causa relicti videatur cessare, tamen debet habere legatum, per *l. si iam facta, ff. de cond. & demonst. & l. pen. C. de inst. & substitut. sub condit. fa.* quem refert & sequitur *Alexan. consil. 140. 2. col. in 5. vol.* vide *Bart. in l. Lucius Titius 1. ff. de legat. 2. Bald. Saly. & Ang. & alios in l. filia legatorum, C. de legat. Ioan. de Imol.* post *Anchar. in c. filius, pen. col. sup. de testam.* de quo suprà habita est mentio vers. & inde est, quod si testator, ver. 2.

F ampliatur. § Sic ergo videtur dicendum in casu nostro, quod licet filia iam sit nupta, nihilominus pater eam teneatur dotare. quod videtur sentire *Bald. ex d. l. fin. 2. col. ver. sed ponit quod ista, C. de dotis promis. in 1. lect.* cùm dicit, quod si filia non fuit congruè dotata, potest cogi pater ad supplendum congruam dotem, etiam constante matrimonio: fortius ergo cogetur ad dotandum eam, quæ nullam habet dotẽ, etiam post huiusmodi matrimonium contractit. ad idem gloss. in *d. l. obligamur, §. 1. ff. de admin. & obligat.* quam sequitur & reputat singularem *Bald. in c. iuramus, 2. col. sup. de probat. & in l. final. C. de sent. qua sine cert. quant. & in rubr. de offic. iudic. 6. col. Bald. Imol. Ias. & alij in d. l. 1. ff. solut. matrim. Bald. Angel. Paul. in authen. res quæ, C. communia. de legat. & ibi Iason 5. col. vers. 4. quæritur, & Camper. in suo tractatu de dote, 1. part. q. 13.* Quamuis ergo pater per contractum matrimonij filiæ libererur ab vno, scilicet, ab ea maritanda: non liberatur ab alio, scilicet, ab ipsa dotanda, vt suprà dixi. § Ex istis infertur, quod in duabus obligationibus, sublata vna, remanet alia. *ff. de arbit. l. Celsus sup. de dolo & commodat. c. cum dilecti.* Sic de duabus seruitutibus. *ff. de seru. vrb. prad. l. si domus mea.* Sic de duobus impedimentis. *cap. ex nostrum, de rest. palli.* Quod enim non mutatur, quare fieri prohibetur? *C. de testa. l. sancimus, C. de ap. l. præcipimus.* Item est, quod si lex vel constitutio dicat, quod filia dotata & coniugata à patris successione repellatur à fratribus, nõ excludetur, quamuis sit coniugata, nisi fuerit etiam dotata, secundum *Andream de Isernia, in c. 1. de success. feud.* cuius meminit *Lucas de Penna in l. sacra, col. 1. in fin. C. de prouentu sacrorum scrinior. lib. 12.* Ad ista facit notabile verbũ, quod ponit *Iason post alios in l. licet inter priuatos, in fine. C. de pact.* vbi dicit, quod pactum de futura successione non valet, nec firmatur iuramento, ex duplici ratione. Prima, quia aufert liberam facultatem testandi. Secunda, quia inducit votum captandæ mortis. vnde licet cesset vna ratio, tamen ex quo militat alia, militat dispositio legis prohibitiuæ: vt est tex. melior de iure in *l. lex Rhetorica, & ibi Bald. ff. de hæredibus instit.* Ex quo infertur, non valere pactum inter duos fratres, de succedendo adinuicem casu, quo alter promoueretur, sine liberis, nullo condito testamento: quia licet non auferatur libera testandi facultas, remanet votum captandæ mortis alterius. ita dicit *Iason vbi suprà.* quamuis contra sentiat *Alexand. consil. 393.* § Ad simile, quod postea subiungitur, de alimentis filio non præstandis, quando habet vnde se alat: dicebam, quod ista argumentatio, quo ad casum nostrũ, non procedit dum filius, vel filia, quando habent vnde se alant, non sunt alendi à patre: vt *d. l. si quis à liberis. § sed si filium. & pot. Bart. in l. cunctis, C. de mendicantibus validis, lib. 11.* & tamen

G filia 25 dives, quæ habet vnde se possit dotare, semper est à patre dotanda: vt *d. l. fin. multis glossis 4. C. de dotis promiss. & ibi Bald. & Ang. idem Ang. in l. à filia, in princ. ff. ad Trebel. Ludouic. & alij.* (vide *Paulum in authent. nouissima, C. de inoffic. testam. in princip. Bald. in l. 1. § ius naturale, de iust. & iure ff.*) *in d. l. 1. ff. solut. matrim.* & sic non est bona argumentatio, quantum ad hoc de alimentis ad dotem. § Item videõ, quod pater naturalis tenetur alere filiam naturalem tam de iure ciuili, quàm canonico: vt *authẽ licet, C. de natur. liber. & l. cum haberet de in qui duc. in mat. quam poss. per adulter.* & tamen non cogitur eam dotare: vt *l. vxori, §. pater naturalis, de leg. 3.* & dicetur latiùs infrà. § Item filius tenetur alere matrem: vt *d. l. si quis à liberis in princip. in verbis matrem.* & tamen non tenetur eam dotare: vt *l. tutor secundum, §. fin. ff. de admin. tut. l. 1. § præterea. ff. de tutel. & ratio. distr. Bald. & Ang. in l. 3. C. de præscript. long. temp.*

H § Item frater * tenetur alere sororem, etiam solùm vterinam, cùm iura hoc non distinguant. *l. qui filium, §. fin. & ibi Bald.* not. ad hoc illum tex. *ff. vtrip. pupil. adiuc. deb. gloss. in l. 1. C. de alend. liber. Cyn. in l. si patrem, C. de alendis liberis.* & tamẽ non tenetur eam dotare: vt *l. cum in plures, §. pater, vers. ex eod. patre, ff. de administrat. tutor. & gloss. in ver. nulla, in l. non omnis. C. ex Bald. suc. super literis, 3. col. suprà, de rescript. Abb. Anton. & alij in c. peruenit suprà, de arbit. Ang. & Alex. and in d. l. à filio. ff. ad Trebel. Alexan. in l. 1. 12. col. ff. sol. matrim.* & per ista est subtatum secundum argumẽtum. § Ad tertium dicebam, quod filia contrahendo matrimonium sine patris cõsensu, propter hoc non potest à patre exhæredari: quia ista causa exhæredationis non reperitur inter alias, quæ numerantur in *authent. vt cum de app. cog. § cæsar. & per gloss. in cap. Quintauallis, sup. de iur. cust. & 6. part. tit. 7. l. 5.* ergo ex hac causa non poterit exhæredari: vt sentit gloss. in *d. l. 3. § si emancipatus. ff. de bon. poss. ff. contra tabul. in ver. exheredare.* Quinimo quamuis filia inuito patre contrahat matrimonium, nihilominus pater tenetur eam dotare: vt volunt gloss. nos. quæ communiter approbatur in *d. c. final. 32. qu. 2.* de qua sup. fecit

mentio.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mentionem, in nono fundamento huius conclusionis. ¶ Ad illud quod postea subiungitur, quòd pater tenetur dotare filias ex dispositione iuris ciuilis: dicebã, quod etiam tenetur ex dispositione iuris canonici: nam de iure canonico pater tenetur alere filiam, etiam spuriam, & incestuosam: vt *d. c. cùm haberet.* a * & per consequens tenetur illam dotare, quia dos succedit loco alimentorum: vt supra dictũ est: & ita etiam de iure canonico pater tenetur filiam dotare: ¶ Et præsupposito (sine veritatis præiudicio) quod solùm ex dispositione iuris ciuilis teneatur pater filiam dotare: non sequitur, quòd propterea possit idem ius † ciuile tollere, vel subtrahere aliquid ex eodem iure limitando, vel aliàs, licet hoc faciat ex aliqua iusta vel honesta causa, vt enim *Innoc. in c. nouit. de iudic. & Franc. Car. in repe. c. perpendimus, de sentent. excommunic.* vbi dicunt, quod licet Imperator reuocet legem, per quam concessum est ecclesiæ priuilegium, tamen non intelligitur reuocare priuilegium. ¶ Et ita licet ius ciuile in fauorem matrimonij, quæ est res spiritualis, possit concedere legem priuilegiatiuam ad matrimonium, vel eius dependentia, non tamen poterit tollere, vel diminuere dictum priuilegiũ. ita voluit gloss. singularis in *c. de puellis. gloss. fi. 36. q. 2.* quæ dicit, quòd † lucrum bonorum raptorum datum ipsis mulieribus raptis per legem ciuilem, scilicet per *l. vnicam, C. de rap. virg.* non potuit eadem lex ciuilis tollere vel diminuere, dicendo, quod si puella rapta contrahat matrimonium cum raptore, perderet dictum lucrum: prout dicit text. *in auth. de raptis mulier. ad fin. col. 9.* hoc idem tenet *Frederic. consil. 36. in fi. incip. casus talis est. maritus*, &c. Idem tenet *Abb. in c. ecclesia sancta Maria, de const. & ibi Felin. 36 col. in fi.* ¶ Et ratio huius est, quia per talem legem hoc lucrum tolleretur inrimidarentur molieres ad contrahendum matrimonium, permissum eis à lege diuina & canonica: ergo, &c. ¶ Maximè quia ipsum matrimonium, quod fuit causa dotis, vt dicit text. *in l. 1. § . ius naturale. ff. de iustit. & iure.* est de iure diuino, cùm à principio fuerit † institutum in paradiso terrestri: vt habetur *Gene. c. 2. & in c. litera, de frigidis. & in c. vnico, de voto. lib. 6.* ¶ Postea verò de iure gentium primæuo, quo tempore gentes sine legibus & moribus viuebant, matrimonium erat incognitũ, & omnes passim ex quacunque muliere nati legitimi dicebantur: vt dicit text. *in auth. quibus mod. na. effi. sui, in princip. & in §. & licet.*

¶ Successit postea ius gentium, secundum quod matrimonium fuit recognitum & ordinatum ob bonos mores conseruandos, & ad euitandam fornicationem, & scandalorũ materiam. & sicut inter gentes fuerunt diuisa prędia, ita & mulieres, vt vnusquisque haberet vnam in vxorem, vt recognosceret propriam sobolem. ¶ Vnde eodem tempore fuit inuentus contractus dotis, ad sopportanda onera matrimonij: vt *l. eas obligationes. ff. de capit. diminu.*

Palacios Rub.

vbi dicitur, quòd † dotes habent naturalem præstationem: id est, naturali ratione à iure gentium considerante, fuerunt dotes ordinatæ: vt videtur sentire *Bart. in rub. ff. solut. matrim.* & declarat *Bald. Neuel. in suo tractatu de dote. 3 p. 4 col.* Ea autem quæ sunt ratione naturali subnixa, illibata debent perpemò custodiri: vt *instit. de iure naturali. § . sed naturalia quidem iura. & in clemen. 3 generalis. de rescrip.* est text. & ibi not. *Bald. in l. vnica. § . 1. in princip. C. de caduc. tol.* facit gloss. in *§ . fin. Instit. de leg. agnat. succ. verbo, vtique.* quæ dicit, quòd ea quę habent naturalem æquitatẽ, sunt immobilia. ¶ Cùm autem dos dependeat à matrimonio, & sic à iure naturali, vel saltem habeat naturalem æquitatem: meritò ius dotandi debet illibatum remanere. ¶ Ad illud, quod postea sequitur, de filia minore 25. ann. quæ sine patris consensu matrimonium contraxit, quod poterit ab eo exhæredari: vt *auth. ut cum de appel. cogn. & in auth. sed si post 25.* dicebam, quod illa iura hodie non sunt obseruanda: quia fuerunt condita ab Imperatore, qui † nullam penitus habuit iurisdictionẽ disponendi super matrimonio, etiam ipsum impediendo, seu differendo solùm modo ad tempos: vt probatur in *cap. pe. & vlt. inf. de secund. nupt. l. 1. C. eo. & in l. decreto. C. de inoff.* & dicit supra in 6. fundamento huius conclusionis. Ergo eodem modo non potuit lex ciuilis differre matrimonium contrahi, vsque ad 25. annum: quia negari non potest, quin per hoc mulieres intimidentur ad matrimonium contrahendum: quia si deberent expectare 25. ann. limitatum à iure ciuili, propter hoc retraherentur à libertate matrimonij contrahendi: ideo nubendo ante 25. ann. maximè si expectarunt tempore congruo, secundum morem patriæ, vt puta vsque ad 20. annum: & tamen pater non curauit filiam maritare, & dotem sibi constituere: si ipsa postea nubat, licet personæ sibi indignæ, & ante 25. ann. patre ignorante vel contradicente, non videtur quòd propter hoc possit exhæredari, ne aliàs per indirectum tollatur filiæ libertas matrimonij: quam libertatem non potest impedire ius ciuile: vt notatur per gloss. & *doctores in statutum. de here. lib. 6.* ¶ Cùm ius canonicum non curet de patria potestate circa matrimonia, & alia spiritualia: vt habetur in *c. non est vobis, sup. de spons. & in c. si quis. de iudic. lib. 6.* ita dicit *Abb. in d. c. 1. sup. de despon. impub.* dicens se ita consuluisse: vt habetur in *suo consil. 12. 1. vol.* idem *Bald. in l. in copulandis, C. de nupt.* de quo etiam per eundem *in l. 1. § . ius naturale. ff. de iust. & iure.* ¶ Eadem ergo ratione sunt sublatæ pœnæ inductæ à iure ciuili, contra filiamfamilias nubentem ignorante vel contradicẽte patre: vt fuit de mente *Bald. in l. 2. § . 1. ff. solut. matrim. super gloss. allegat. l. si vt proponis, C. de ins.*

¶ Ad illud, quod dicebatur, si filia quando matrimonium contraxit, non promisit secum dotem: patet non tenetur eam dotare. dicebam, quòd hoc nõ reperitur iure cautum: imo

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

illa fuit vna singularis opinio *Bartol. in d. l. obligamur.* quæ aliquibus visa fuit satis æqua.

¶ Sed certè, si legi Imperatorum super matrimonio disponcui non acquiescimus nec stamus: multo fortius non stabimus opinioni alicuius doctoris aliquid asserentis, seu tenentis in præiudicium matrimonij, quantumcunque fulgeat auctoritate. *c. ego solis, 9 dist.* ¶ Maximè, quia si teneremus istam opinionem, multæ mulieres & viri cum eis matrimonium contrahentes, tanquam iuris ignari, grauiter deciperentur: quia mulieres non promitterent dotē, & per consequens spernerentur à viris, & non ita bene alimentarentur, nec tractarentur ab illis, ficut si essent dotatæ: nec viri ita libenter tolerarent, vel subirent onera matrimonij, præsertim circa infirmitates, & alia sibi necessaria: præcipuè si maritus esset pauper, & aliquando forte maritus vxorem à se expelleret, vt suprà dictum est. & ob hoc forte ipsi coniuges adulterium committerent: & sic fœdus matrimonij rumperetur. quod multum considerauerunt iura, fauendo propterea mulieribus circa dotes: vt *l. 3. ff. de iure dotium, & l. assidua, C. qui po. in pig. habe.* & hic. ¶ Sequeretur etiam aliud absurdum, quòd soluto matrimonio per mortem mariti, non haberet filia dotem paratam ad contrahendum matrimonium cum secundo, vel si ad secundas nuptias transire nollet, deficerent sibi alimenta. ¶ Ex istis, satis apparet iniquitas opinionis *Bartol.* ideo non tenenda: maximè quia ipse loquitur sine fundamento. non enim est † credendum alicui, quantumcunque sanctitate vel doctrina polleat, nisi illud quod dixerit, lege vel auctoritate comprobauerit; vt *c. ego solis 9 dist.* ¶ Nec limitata ratio, quam *Bartol. & sequaces* adducunt, dicentes quòd ex quo filia est in matrimonio collocata, cessat ratio, propter quam pater tenetur filiam dotare: quia vt sæpè dictum est, non † solùm tenetur pater filiam dotare, vt inueniat maritum, sed etiam vt ex dote onera matrimonij sustententur, & vt vxor melius & commodiùs tractetur à viro, & ab eo non expellatur. item vt mortuo viro habeat dotem paratam ad nubendum cum alio: vel si nubere noluerit, habeat vnde possit alimenta sumere, vel religionem intrare: & sic quamuis cesset vna ratio, propter quam tenetur pater filiam dotare, scilicet, vt inueniat, cui nubere possit: nō cessant aliæ, quæ non minus sunt vrgentes, & finales: ex pluribus enim causis finalibus circa vnum dispositum, licet aliquæ cessent, sufficit vnam remanere: vt *l. liberorum, § notandum. ff. de inoffic. & l. si non lex, ff. de hared. instituend. & § assiduo. Inst. de nupt. & per Bartol. in simili, in l. 1. ff. solut. matrimon.* ¶ Ex cuius dictis colligitur, quòd si mulier à principio nupsit sine dote, & post matrimonium contractum dotem constituit: talis dos habebit sua priuilegia, licet cesset causa fauoris dotis matrimonij contrahendi. Nam non cessat causa matrimonij conseruandi cum bona pace & synceritate animi. ita eum declarat *Baldus Nouellus in suo tractatu, de dote. 6. parte. 17. speciali. 12. colum.* ¶ Ad quod bene facit, quod in simili voluit *glos. in authen. de nupt. § matteres, in ver. das lex.* quam ibi notat *Angel.* qui dicit, quòd † vbicunque sunt rationes plures, quarum quælibet sufficeret per se ad actum impediendum, licet vna tollatur, sufficit alteram remanere ad impedimentum subsequendum: quod dicit *Ang.* bene not. ex quo infertur, quod sicut mulier quæ nubit infra tempora luctus, punitur cùm nubit, antequàm pariat: sic punitur, si nubat intra dictum tempus, postquam peperit, licet cesset ratio turbationis sanguinis: quia non cessant aliæ rationes. ¶ Ad vltimum cùm dicebatur, quòd si filia contraxit matrimonium cum indigno, pater non tenetur eam dotare: vt dicit *glos. in d. c. fin. 36. q. 1.* quam approbant multi doct. quos sup. tetuli. mouetur tam glos. quàm doct. per text. in *d. l. 3. § fi emancipatum, ff. de bon. po. contra tab.* vbi text. dicit, quòd si filius contraxit matrimonium cum aliqua vili, vel indigna muliere, potest à patre exheredari: ergo eodem modo poterit pater dotem denegare filiæ, quæ sine eius voluntate matrimonium cum indigno contraxit. Dicebam, quòd olim poterat filius exheredari, si ignominiosam duxit vxorem: vt *d. § fi emancipatum.* hodie non potest, quia non est de causis approbatis, quæ enumerantur in *d. § cause, in authen. vt cùm de ap. cog.* ita sentit glossin *d. § fi emancipatum, in ver. exheredare.* & tenet expresè *Sal. in l. si vt proponis, la primera. C. de nupt.* ad hoc facit text. in *d. authen. vt cum de appellatione cog. § aliud quoque capitulum.* dum dicit, quarum aliquæ non dignæ. Item cùm subdit in diuersis legibus sparsas, iunctis his, quæ postea sequuntur, dum dicit, præter ipsas nullas. Hoc idem clarius probatur in *d. authen. in ver. si alicui.* vbi dicitur, quòd si † filia non consentit in maritum, quem pater sibi dat, poterit exheredari, si luxuriosam vitam elegerit. Vult ergo ibi text. quòd ad hoc vt possit exheredari, requiritur, quòd luxuriosam vitā elegerit, postquàm noluit consentire in maritum, quem pater sibi dare volebat. Et per consequens vult text. quòd nubendo alteri etiam indigno, licet contra voluntatem patris, non posset exheredari. idem dicit *lex regni. 7. part. tit. 6. l. 5.* de qua suprà ver. altera verò. Sed caue, quia *lex regni. 4. part. tit. 1. l. 10.* de qua sup. fecì mentionem. ver. postea idem tex. quæ sumpta fuit ex d. auth. cōtrarium disponit in finalibus verbis, dum dicit, [Esto se entiende, si despues desto se casare ella con otro, contra voluntad de su padre: o biziesse maldad de su cuerpo.] & sic vult, quòd si postquā filia recusauit accipere maritum, quem pater sibi dabat, cum alio matrimoniū contraxit, vel turpem vitā elegit, poterit exheredari; quod est valde notandum. Aliud notabilius vult illa lex: quia non requirit, quòd ille, cum quo filia contraxit, sit indignus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dignus: sed sufficit, quòd postquam recusauit maritum sibi datum à patre, cum alio contraxerit matrimonium, quamuis dignus sit. quod est mirabile: & alibi non legi. tene memoriæ illam legem. Fortius adhuc voluit *lex regni, Foro legũ lib. 3 tit. 1 l. 2.* de quo suprà vet. super hoc. quòd ex hoc solo, quòd filia contraxit cum indigno, potest exhæredari, quamuis pater alium sibi non præmiserit maritum. ¶ Et secundum ista non est iura opin. *Saly.* nec bona solutio præcedens: præsertim, quia dato, quòd non repetietur ista causa exhæredationis inter alias, nihilominus posset filia ex hac causa exhæredari: quia potest quis exhęredari, non solùm
L ex dictis causis contentis *in d. §. causæ.* sed *etiam* ex aliis habentibus similem rationem: vt voluit not. *Gui. de Cug. in authent licet, C. de libr. præt.* de quo meminit *Alexander in c. 1. §. præditis modis, pen. colum. in fin. qua sunt prima can. bene. am. libr. feu. & multis alijs, de quibus per Felin. in c. pastor. sup. de rest.* idem *Angel.* tenet *in l. lex Cornelia, in princip. ff. de iniur.* vide quæ dico sup. super rub. §. 16. vertic. & inde est. Nemo tamen dubitabit, quin iste casus habeat maiorem, vel saltem æqualem rationem exhæredationis, cum aliis enumeratis, in d. authen. ergo, &c.

¶ Poterit dari alia solutio. & ista erit generalis ad multa, de his quæ pro parte contraria fuerunt adducta. Dico enim, quòd ille text. *in d. §. si emancipatus.* prohibens matrimonium contrahi cum indigno, & omnes alia iura ciuilia, quæ in matrimonio filiæ requirunt patris consensum, vel ætatem 25. ann. vel promissionem dotis, vel quouis alio modo contra matrimonium disponunt, directè vel indirectè, perpetuò vel ad tempus non valent, nec habent aliquam firmitatem, ex eo quòd disponunt super re non sibi subiecta: quia matrimonium est sacramentum maximum in Ecclesia Dei: vt *c. debitum, de big. Felin. in c. 1. de sponsa. colum. 6. & 7.*
16 ¶ Et propterea matrimonium † & eius dependentia pertinent ad forum Ecclesiæ: vt not. *in c. tuam, sup. de or. cog. & in c. latum. sup. qui fil. sint leg.* & dixi latè suprà. ergo non potuit ius ciuile super eo disponere. argum. *l. fin. ff. de iur. fisc. iud. & c. 2. de constit. libr. 6.* quo ad ista enim spiritualia, ipsis laicis obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: vt *c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & c. fin. de reb. eccle. non alien. & c. bene quidem, dist. 96.* ¶ Stabimus ergo dispositioni iuris canonici, quod ad validitatem matrimonij solum requirit consensum eorum de quorum matrimonio agitur: vt sup. dixi, in 7. fundamẽto huius conclusionis. Iura ergo ciuilia contra hoc disponentia directè vel indirectè, perpetuò vel ad tempus, etiam ex honestissima causa, non valent: nec sunt hodie obseruanda, quamuis aliquo tempore valuerint, & fuerint obseruata. emanarunt enim ab Imperatore, eo
17 tempore quo ipse erat dominus † mundi, & præerat non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus: vt dicit *Odof. in l. qui contra, C. de incest. nup. in verbo, ignore.* Circa istũ articulum refert & sequitur *Ang. consil. 29. in princip.* & tunc temporis prohibuit Imperator matrimonium contrahi inter tutorem & pupillam: vt *l. 1. C. de interd. matrim. & inter liberum, & ancillam, vt leg. cum ancilla, C. de incest. nupt.* & inter rectotẽ prouincix, & prouincialem: vt *l. vnica, C. si quacumque præsid. potestate.* & inter plures alias personas, quas longum esset numerare. Permisit etiam illis temporibus duorum & repudium inter coniuges ex aliquibus causis: vt apparet per *totum titulum, C. de repu.* ¶ His autem casibus iura ciuile disponebat super substantia & essentia matrimonij. & hoc erat non ob aliud, nisi quia, vt dixi, tunc Imperator erat dominus mundi, & etiam in spiritualibus imperabat: vnde disposuit de abbatibus, monachis, & de episcopis, & de quàm pluribus & diuersis generibus clericorum: vt patet *in auth. de monachis, & quomodo oportet episcopos, & de sanct. epis.* Hodie verò dispositio spiritualium solùm spectat ad Ecclesiam, non ad Imperatrem: vt *d. c. Ecclesia sancta Mariæ. cum alijs sup. allegatis.* Meritò ergo prædicta iura ciuilia super substantia & essentia matrimonij disponentia, abrogata sunt, ex quo iuri canonico contradicunt: vt apparet ex prædictis. & firmat *Angel. in dicto consilio*, de quo meminit *Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. 27. col. versic. & ista limitatio.* Sequitur ergo, quòd leges vel statuta imponentia pœnam amissionis dotis, mulieri nubenti viro indigno, sine consensu patris, non valent: vt patet ex prædictis, & firmat *Felin.* post alios, de quibus ibi per eum, in *dicto c. ecclesia sanctæ Mariæ. 38. col. versic. 3 effectus.* Et si quis rectè consideret, dicet hoc non esse contra dictas leges ciuiles: nam in huiusmodi spiritualibus & accessorijs eorum, intelligenda sunt iura, quæ dicunt, quòd leges non dedignantur sactos canones imitari: vt dicit text. *in c. clerici. sup. de iudic. & in t. fin. inf. de secun. nup. & in authen. vt clerici apud proprios episcopos, §. penult. colum. 6.* Videtur ergo lex ciuilis dispositionem suam reuocare, si canoni contrarietur directè, vel indirectè, perpetuò vel ad tempus, secundum ea quæ no. *in regula, sine culpa, eod. tit. & libr. in Mercurialibus.* & firmat *Saly. in authen. maximus, in fin. C. de nupt.* ¶ Ex istis resultat solutio ad glossin *d. c. fin. 36. q. 1. & ad text. in d. §. si emancipatus.* & etiam ad omnia alia iura, quæ videbantur obstare conclusioni prædictæ. ¶ Ex his etiam resultat, quòd [m] non bene dixerit *Angel. in d. authen. quo modo natu. effi. legit. §. 2. colu. 6.* cùm dicebat, quòd M
si homo diues, vel in dignitate positus, contraxit matrimonium cum vili, vel indigna muliere: per tale matrimonium non legitimantur filij antea nati: nam aut Angel. intellexit, quòd non legitimabantur, ex eo quòd inter tales nõ poterat esse matrimonium de iure ciuili: vt *l. imperialis, C. de nupt. & l. humilem, C. de incest. nupt.* & pessimè loquitur: quia hodie de iure canonico, cui super matrimonio standum est: vt

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

c.pe.& vltim.inf sit.prox.& gloſ.in §.fin.Inſt.de gradibus, & in l.iuriſperitos.ff.eod. valet matrimonium cum talibus.quia & cùm ſeruat matrimonium contractum, tenet: vt *c. propoſuit, & c.fin.ſup.de coniu.ſeruo.& cum meretrice:* vt *c.inter opera. ſup.de ſpon.& c.integritatem, & c.non eſt culpandus*, 32.*quæſt.*1. Si autem *Angel.* præſupponit matrimonium tenere contra text.*in c.tanta.ſup.qui fil.ſint legi.* vbi litera dicit, tanta eſt vis matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, per contractum matrimonij, legitimi habeantur. & ſic vult ille text. quòd legitimatio filiorum antea habitorum fundatur ſuper virtute, & potentia, & fauore matrimonij. fingitur enim matrimonium à principio fuiſſe contractum. Et ſic non bene loquitur *Angel.* & *ipſemet* viſus eſt ſentire contrarium in *authen. vt liceat matri & auia.* §.*quia verò legem, colum.*8. vbi dicit. quòd ſi quis vult filios, quos ex muliere vili, vel meretrice habet, facere legitimos, non poteſt, niſi * inſtrumenta dotalia ſequantur. A contrario ergo, ſi ſequuntur dotalia inſtrumenta, poſſunt filij legitimari per tale matrimonium. Iſta autem inſtrumẽta hodie non ſunt neceſſaria: vt concludit *Abb.* puſt alios in *d.c.tanta.* ergo per tale matrimonium legitimabuntur. ita dixit *Nicol. de Vbaldis, in ſuo tract. de ſucceſſo. ab inteſta charta* 8.1.*col.* ſic reprehendeos Ang. vbi ſuprà, quod mihi ſatis placet. Ex quo infertur, quòd ex matrimonio taliter cum indigna contracto, legitimantur filij antea nati, etiam ſi pater proteſtetur, quòd non vult filios legitimari: vt notanter voluit *Iacobus Zochus in d.c.tanta.* quem refert & ſequitur *Alexandrinus ibi:. col.*21.*verſi.quæro.* quamuis contrarium tenuerit *Anton. Roſellus in ſuo tractatu, de legitimatione filiorum, fol.*3.*col.*1. cuius opinio poteſt ſaluari in alia legitimatione, quàm per matrimonium, ſecundum *Alexandrinum, vbi ſuprà.* Item infertur, quòd tales filij per ſequelã matrimonij legitimantur, etiam * ignorantes, & inuiti: vt ibi per *Alexandrinum contra Guillelmum, Bald.& alios, in l.benignus.ff.de legibus, & Andream Siculum in repetitione Iaſon acutiſſimi, C.de fideicõmiſſ.col.*149. vide ad prædicta *Alexandrinum in c.per venerabilem*, §.*quod autem, col.*40. *qui filij ſint legitimi.* ¶ Per ſupra dicta † etiam videtur non benè dixiſſe *Paul.de Caſt.in d.l.donationes in concubinam, ff.de donatio.* dum vult, quòd † indigniras mulieris tollit præſumptionem matrimon.

¶ Et per hæc remanet defenſata mediocriter & coloratè concluſio prædicta, quòd pater teneatur dotare filiam minorem 25.annis, quæ ſine eius conſenſu matrimonium etiam cũ indigno contraxit, quamuis dotem non promiſerit. Poterit ergo filia, vel maritus, pro ea petere dotẽ à patre (venia tamen prius petita à iudice: vt *L. generaliter ff.de in im vocand.& Inſtitut.de actiõn.* §. *penales*) quæ iura procedunt, nedum quando agitur contra patrem per viam actionis, ſed etiam quando imploratur officium iudicis: vt eſt gloſſ. nota. in *l.ſi ſocer.in princ.ff.ſol.matrim.& in l. ita tamen*, §. *qui rogatus ff.ad Trebell.*

ADDITIONES.

¶ Adde, idem tenet *Soc.in l.12.olum.9.verſic.3. concluſ.ff.ſol.matrim.* A*

D. IOAN. BERNAR.

¶ Non autem de neceſſitate.] Vide quæ dixi ſup. §. 6.addit.1. Addeque *Brunell. de ſponſal. concluſ.*17.*n.*1.*& Camill.Viſtarin.l.1.n.*145.*ff.ſolut. mat.& Ioan.Crot.in l.ſtipulatio hoc modo, num.*11.*de verb.oblig.& Sylueſt. in ſumma verſic. matrimonium*, 3.*num.*4. vbi leges vtrum matrimonium cõtrahi poſſit ſub conditione, ſi pater conſenſerit. Hodie verò non modo, non admittendæ, ſed nec audiendæ ſunt diſputationes *Coraſij, Chaſſanæi, Oldendorpij, & aliorum*, ſi qui ſunt, quos refert *Conar. de ſponſal.par.*2.*c.*3.§.8.*num.*1. defendentes, requiri neceſſario patris conſenſum ad matrimonium filij, quia præter id, quod & antea, vt puto, iſti doctores errabant, imponitur in poſterum huic quæſtioni ſilentium ex *concil. Trident. ſeſſ.*24.*c.*1. *de reformat.matrim.*& vide *Bart. de dot.c.*18 *num.*7. A

¶ Non cogatur operas præſtare viro.] Vide *Bart.de decimis tutorum, c.*2.*num.*12 *ad fin.*& circa operas vxoris erga virum vide quæ dixi ſuprà in rubric.§.31.num.2.& §.62.num.6. B

¶ Inde eſt etiam.] Adde *Chaſſaneum, in conſuet.Burgund.rubric.*7.§.12.*num.*3.*& Beroium q.*11. *num.*4.*& Bart.de dot.c.*12.*n.*39 *ad fin.* C

¶ Et ita quamuis.] Vide diligenter diſputantem *Camill.Viſtarin.in l.*1.*nu.*145.*cum ſequent. ff.ſol.mat.*& plures, quos adiunxi ſup.§.4.in addit.1.*& Meſiam in l. Tolet.p.*1. *fundamento* 2.*numer.*14. D

¶ Ex hoc dicebat notanter Bald.] Adde alios caſus, per *Conar.& alios*, quos adiunxi ſuprà §.12.num.8. E

¶ Sic ergo videtur dicendum in caſu noſtro.] Vide quos adiunxi ſuprà, §.14.n.1.& adde *Meneſes, in authen.res quæ nu.*72.*C.comm.de legatis.* F

¶ Et tamen filia diues.] Adde hinc quos adiunxi ſup.§.14.num.1. G

¶ Item frater.] Vide quæ ſcribit *Matth. de Afflict.deciſ.*138.*nu.*2.*& Guid. Pap.deciſ.*479. *Boerium deciſ.*129. *Bald.Nouell.de dot.*6.*parte. primileg.*16.*n.*5.*& Guid. Papa ſingul.*479. *Tiraquell. de iure primogenit.qu.*26. & ex noſtris *Meneſ.in authen.res quæ n.*62.*C.comm.de leg.& Suarez, in l.quoniam, in principio*, 2.*limit. ad legem regiam, num.*10. *C.de inoffic.teſt.& Pintl.de bon.mater.l.*1.*part.*3. *C.de bonis num.*101.*& Ant. Gomez, in l.*40. *Tauri num.*75.*& auctorem infrà*, §.27. *vbi not.* H

¶ Illa iura non ſunt obſeruanda.] Adde *Fanucium de lucro dotis, c.*3.*n.*35. & rurſus *gloſſ.*5.*num.*37.& repete plures quos adiunxi ſup.§.3.num.9.& rurſus, §.9. I

¶ Ad vltimum dicebam.] Vide autem ſup. §.7.num.1. & §.16. & multos doctores, quos vtrobique circa hoc adiunxi. K

¶ Sed etiam ex aliis habentibus ſimilem rationem.] Iſta concluſio eſt ſatis trita per noſtros. Vide quos adiunxi ſup.*in* rubric. §.16. num.10. L

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

num.10. *Castil.ubi.9. & alios Taurisi.in l.49. Tauri, & Placam. de delict.c.1.num.15. Conar.in c. Raimundus, in princip.num.16. de testam. Suarez, in l.2.tit. 1.lib.3. fori.* a quibus plusquam satis sit, aliorum allegatur. & *Iulium Clarum recep. sent. libr.3.§. testamentum, quæst.41.n.2.*

M ¶ Quod non benè dia erit Angel] Adde *Conar. de sponsal.p.2.c.8.§.2. num.9. & Castill.in l.12. Tauri, num.1. & Minch.quæst. frequent.c.41. num.2. Gregor. glos.c.in l.1.tit.13. par.4. & Cep. in cautel. 247. incipient. debes scire, & Martin. Laudens. in tract. de legitimatione, fol.6.col.3.numer.158. & Curt. Iunior consil.136.n.10.* atque studiosè examinãtem, & plures in vtramque huius quæstionis partem adducentem vide *Duenas in regul.350. limit.8. & autorem sup.§.7.n.7. vbi not.*

N ¶ Non potest nisi instrumenta dotalia sequantur.] Adde *Duenas in d.regul.350 limit.8. & Decium in consil.155. & in Lucca sanguinis de reg.iur. Alexand.in l.ex facto,§. si quis rogatus, num.19. ff.ad Trebell. Socinum Iuniorem, in consil.52.lib.1. Conarru. de sponsal.p.2.c.8.§.2.num.8.* vltra quos summopere videre oportet, disputantem, & multos citantem, in vtramque huius quæstionis partem *Minch.quæst.frequent.c.41.n.3.*

O ¶ Etiam ignorantes, & inviti.] Vide *Conarr. d.§.2.n.13. & Oroscum de benignum, de fi.* & plenibus citatis studiosè disputantem *Minch.q.frequent.c. 42.n.4.* & rursus *de succes. progres. par.1.lib.3.§.21. n.151. & Duenas reg.350.limit.9.*

P ¶ Per supradicta.] Adde *autorem sup.§.7.numer.7.* & vide *Paulum Paris. consilio 59.num.7.vol. 4. & Conar. de sponsal.par.2.c.1.in prima.n.5. & Decium in l.nuptias de reg.iuris.*

D. Ioan. Barahona.

SVMMÆ RERVM.

1. *Spe lucri an possit quis inuitari ad contrahendum matrimonium.*
2. *Conditio hæc fit bonesta, Accipiam te in vxorem, si mihi erit tua domus.*
3. *Testator si instituit filios hæredes sub conditione, quòd non contrahant matrimonium, nisi cum filiabus mercatorum: & si contraxerint, priuat eos hæreditate vltra legitimam: an tale præceptum valeat.*
4. *Stipulatio pœnalis num potest impedire matrimonium contrahi, nec ipsum contractum dissolui. & num.6.*
5. *Adeptio prohibetur fieri metu pœnæ.*
7. *Ludens moliùs, si faciat instrumentum amico suo, in quo promittat non ludere, & si ludat, promittet soluere summam nomine pœnæ: talis instrumentum sine stipulatio valebit.*
8. *Vxor potest propter sæuitiam viri ab eo recedere, & etiam si eum cum abusum: non est restituenda, nisi sanitatem idem ab præstet.*
9. *Scholares non potest in domum inducere genetrix.*
10. *Dimittens vxorem, & adhærens concubinæ, eadem debet esse communione priuatus, & à cœtu hominum alienus, quandiu à consortio vxoris fuerit separatus.*
11. *Mentula medium est, quo coniuges discordantes ad pacem reducuntur.*
12. *Innocens in delicto non dicitur, nisi apprehendatur. & num.14.*
13. *Concubina clericorum an sint de furu ecclesiæ.*
15. *Fornicatio clerici, quando dicatur notoria.*

Palacius Rub.

16. *Palam & publicè differunt.*
17. *Publicè fieri dicitur, quod fit in ecclesia multis assistentibus.*
18. *Deprehensi in hæresi dicuntur, qui publicè prædicant hæresim.*
19. *Concubina ad hoc vt dicatur publica, non sufficit, quòd sit deprehensa in delicto.*
20. *Publicum ad hoc, quòd aliquid efficiatur, quid requiratur.*
21. *Filius concubinæ clerici beneficiati, in minoribus tamen existentis, non legitimatur per subsequens matrimonium.*
22. *Mulier nupta an possit pro debito tertetari.*
23. *Curator dari potest mulieri viuenti luxuriosè.*
24. *Vlysses fidem vxori seruauit.*
25. *Proles immaculata quæ dicatur.*

EX his patet huius rei difficultas, cuius decisio remittitur ad eum, qui dicere potest. Et quamuis cum istis hucusq. transierim: nunc autem (dato maiori odio) arbitror vnum posse attentari, per quod omnium scribentium tollatur dissensio: & ad vnam omnes reducantur sententiam. Quod fiet, si Christianissimi reges nostri nouam ediderint legem, per quam filiarum mionatur legitima ad decimam, vel ad duodecimam bonorum parentum partem, vel aliam minorem, pro alimentis, quæ sibi à iure naturæ debentur: quoniam (vt nostri) legitima succedit loco alimentorum, vt in præcedentibus sæpè dictum est. & propterea aliqui doctores dixerunt legitimam in totum per legem vel statutum tolli non posse: minuit ermen sic, quasi illud, quod filio dimittitur, deseruiat pro alimentis: vt dixi sup. versic. & inde est. ad hoc facit *lex regni, For legum lib.3. titul. 5.l.9.* ¶ Ex quo infertur vnum quotidianum, quòd si filius habet alimenta ex bonis paternis, vel aliàs licitè poterit pater ex omnibus bonis suis cum regia facultate facere maioratum pro filio primogenito. ad hoc benè facit quod not. in *c. licet, de voto, & decisio Abb. in capit. Raymutius, suprà, de testamen. quarta colum. versiculo, ego crederem.* dum dicit, quod vbi filius haberet aliàs vode vinueret, valetet cõsuetudo, vel statutum, etiam in totum absorbens legitimam: quia cessat æquitas naturalis, ex qua pater tenetur alere filios: & militat alia, secundum quam licitum esse debet patri (sicut cuilibet est licitum) disponere de re propria ad libitum: quia in re sua quilibet est licitus moderator, & arbiter. *Institut. de rerum diuisione, §. per traditionem, & capitulo, de his, de sepul. cum similibus.* quod est notandum, secundum *Abbatem, vbi suprà.* Et per hoc reducuntur ad concordiam opiniones contrariæ, de quibus suprà, versiculo, & inde est. de decisione *Abbat.* meminit *Alexandrum. in capitulo, ins naturale, prima distinctione, colum.4.* vbi de ea videtur dubitare. vide *Baldum in l. cum lege, ad finem, C. de episcopis & clericis.* & quæ dixi suprà, §. quatto, incipiente, redeundo. in principio. ¶ An autem in foro conscientiæ sit licitum facere maioratum, vel meliorare vnum

A

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca